This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

878
C7
V48
1724
v. 6, pt. 2

e Libris.
Nich.d Elliott
Coll: Ball.
OXON

4

A 468373



878
C7
V48
1724
v.6 pt.2

e Libris.
Nich.s Elliott
Coll: Ball.
OXON

MARCI TULLII CICERONIS OPERA

QUAE SUPERSUNT, OMNIA,

CUM ASCONIO & SCHOLIASTE VETERI;

Ac Notis Integris

P. VICTORII, J. CAMERARII, F. URSINI,

& Selectis

P. MANUTII, D. LAMBINI, J. GULIELMII, J. GRUTERI, J. F. & J. GRONOVIORUM, J. G. GRAEVII, & ALIORUM QUAMPLURIMORUM,

Qui Aliquam Ciceronis Operum Partem Animadverſionibus illuſtraverunt.

ISAACUS VERBURGIUS

COLLEGIT, DISPOSUIT, RECENSUIT,

Variantes Lectiones ubique appoſuit,

Paginas Aldinae Editionis, quas Nizolius & alii ſunt ſecuti, unà cum Alexandri Scot Sectionibus, Apparatui Latinae Locutionis reſpondentibus, ad utentis commodum ubique diligenter notavit.

CUM INDICIBUS ACCURATISSIMIS, INSIGNITER AUCTIS.

Voluminis Sexti pars ſecunda.

AMSTELAEDAMI,

Apud ROD. & GERH. WETSTENIOS.

MDCCXXIV.

John S. Lawrence Estate

9+
3-31-1925

M. TULLII CICERONIS P. CXXVI.

EPISTOLARUM

LIBER NONUS,

AD

M. TERENTIUM VARRONEM, ET CETEROS.

EPISTOLA I.

ARG. *Varronis adventum expetit; quod in ejus potiſſimum conſuetudine & ſermone ſpem doloris leniendi, quem capiebat e rerum publicarum interitu, aliquam repoſuerit. Scripta Caſare tertiùm & Lepido Coſſ.* [A. V. C. DCCVII.] Hanc præceſſit ep. 14. lib. IV. ſequitur ep. 15. lib. XV.

M. T. CICERO M. TERENTIO VARRONI S. D.

EX [a] HIS litteris, [1] quas Atticus [b] à te miſſas mihi legit, quid ageres, & ubi eſſes, cognovi: quando autem te viſuri eſſemus, nihil ſanè ex iiſdem litteris potui ſuſpicari. In ſpem tamen [c] venio, appropinquare tuum adventum: qui mihi utinam ſolatio ſit! etſi tot tantiſque rebus urgemur, [2] ut nullam allevationem quiſquam non ſtultiſſimus ſperare debeat: ſed tamen

[a] *alii* iis. [b] ad ſe *MS.* [c] venit *MS.*

1. *Quas Atticus a te miſſas mihi legit.*] Quidam pro *Ad te*, *ad ſe*, legunt. Antiquus codex *ad te* corrupte: & ex quo utraque lectio, ſi aliquantulum eam adjuves, confirmari poteſt. Ego non aſpernor *ad ſe*. Quin enim Varronis eſſent literæ, ex iis, quæ ſubjungit, dubium eſſe non poteſt: conſuetudo autem eſt dicere ad quem literæ miſſæ ſint. *Victorius.*

2. *Ut nullam allevationem quiſquam non ſtultiſſimus ſperare debeat.*] Pal. ſextus, quem librum ſicut & Tuſculanum Quartum, in Germaniâ ſcriptum eſſe, diverſitas à libris Italicis indicat, præfert *ut nullam alleviationem.* ſicut & alibi verbum *Allevio* ex aliis libris notavimus.

tamen aut tu potes me, aut ego te [d] fortaſſe aliqua re juvare. Scito enim me, poſteaquàm in urbem venerim, rediſſe cum veteribus [e] amicis, id eſt, cum libris noſtris, in gratiam. etſi non idcirco eorum uſum [f] dimiſeram, quòd iis ſuccenſerem: ſed quòd eorum me [g] ſuppudebat. [3] Videbar enim mihi, cùm [4] me in res turbulentiſſimas infideliſſimis ſociis demiſiſſem, præceptis illorum non ſatis paruiſſe. Ignoſcunt mihi, [h] revocant in conſuetudinem priſtinam: teque, quòd in [i] eo permanſeris, ſapientiorem, quàm me, dicunt fuiſſe. Quamobrem, [k] quum placatis his utor, videor ſperare debere, ſi te viderim, & ea, quæ premant, & ea, quæ impendeant, me facilè [l] tranſiturum. Quamobrem [5] ſive in Tuſculano, ſive in Cumano [m] ad te placebit, ſive (quòd [n] minimè velim) Romæ: dummodò ſimul ſimus, perficiam profectò, ut [6] id utrique noſtrûm commodiſſimum eſſe [o] dijudicetur.

d fortaſſis *alii.*
e amicis noſtris *alii.*
f demiſeram *MS.*
g ſubpigebat *MS.*
h & rev. *MS.*
i *ita MSS. alii* eâ.
k quando *alii.*
l ſubiturum *Guliel.*
m *alii* adeſſe tibi.
n minus P. B.
o videbitur *ed. pr.* videatur *alii.*

EPI-

tavimus. Gloſſæ: *Adleviant* κουφίζουσι. Principio quoque epiſtolæ legit; *Quas Atticus ad ſe miſſas mihi legit:* unde Lambinus forte ex ſimili ſcripturâ alicujus libri, *quas Atticus à te ad ſe miſſ.* quod ego non ſequor. *Gebhard.*

3. *Videbar enim mihi, cùm me in res turbulentiſſimas infideliſſimis ſociis demiſiſſem.*] Propono lectionem Pal. primi: *videbam enim me in res turbulentiſſimas infideliſſimis ſociis demiſſum, præceptis illorum non ſatis paruiſſe.* quam confirmant duo libri Gulielmio conſulti, qui tantum *videbant* variant. *Idem.*

4. *Me in res turbulentiſſimas demiſiſſem.*] Quum ſuſcepiſſem Remp. undique conquaſſatam fulciendam, fretus ſubſidio eorum, qui me turpiter prodiderunt. *J. F. Gronov.*

5. *Sive in Tuſculano, ſive in Cumano ad te placebit.*] Alii emendarunt *Adeſſe tibi placebit*, locum explanare cupientes: nos veterem ſcripturam (ut arbitror) ſinceram & incontaminatam repoſuimus *Ad te*, id eſt, apud te, & in tua villa: habuit enim & M. Varro villam in Cumano, quod ex procemio Academicorum ad ipſum miſſorum colligitur. *Victor.*

6. *Ut id utrique noſtrum commodiſſimum eſſe dijudicetur.*] Extrema dictio hujus epiſtolæ in impreſſis anceps eſt. & *videatur* enim, & *dijudicetur* legitur. Quod ortum eſt ab incerta vetere ſcriptura. In antiquiſſimis enim *dividetur* eo loco legitur. Quæ vos, cum aliquantum perverſa ſit, quidam duabus litteris interjectis *dijudicetur* reſtituunt. Sæpe enim aliqua ſyllaba truncatæ & diminutæ aliquæ dictiones reperiuntur incuria librariorum. Alii melius legi credunt *videatur.* Nos priorem opinionem ſecuti ſumus, quia non nimis ab antiqua lectione diſcedit. *Idem.*

7. Ca-

EPISTOLA II.

ARG. *Diutius retenta epiſtolæ cauſſam exponit: ſuadet, quod ſibi quoque ſtatutum affirmat, ut hominum frequentiam vitet, dum gratulatio, quæ propter Africanæ victoriæ nuncium fiebat, deferveſcat: cauſſam affert, cur in urbe maneat: ſummque juvandæ quoquo modo reip. deſiderium declarat.* [A. V. C. DCCVII.] Hanc præceſſit ep. 4. lib. VI. ſequitur proxime ſubjecta.

CICERO VARRONI.

7 CANINIUS tuus idem, & idem noſter, cùm ad me p perveſperi veniſſet, & ſe poſtridie manè ad te iturum eſſe dixiſſet: dixi ei, me daturum q aliquid manè; r ut peteret, rogavi. Conſcripſi epiſtolam noctu: nec ille ad me rediit. oblitum credidi. s Attamen eam ipſam tibi epiſtolam miſiſſem per meos, niſi audiſſem ex

p *alii* nuper veſperi. q litterarum aliquid *MSS.* r *alii* & ut. s Et tamen *MS.*

7. *Caninius idem tuus & idem noſter.*] Nulli antiqui codices habent *tuus*, quare nos quoque prætermiſimus, elegantius ſine ea voce locum & legi & intelligi putantes. Nam quod paulo poſt, pro *nuper veſperi*, *perveſperi* ſcripſimus, vetuſtorum id quoque exemplarium auctoritati tribuimus. Auget autem *per*, ut ſero admodum dicat eum veniſſe. Et cum ſe mane poſtridie dixiſſet proficiſci velle, docet ſe vix tempus habuiſſe ad ſcribendam epiſtolam. *Victorius. Idem & noſter.*] Hæc eſt Medicei codicis cum aliis, quos vidi, manuſcriptis lectio, jam tunc a nobis reſtituta: quam veriorem credimus, quia eadem eſt in indice ante librum illum poſito, unde facile exiſtimari non poteſt, culpa librarii hoc commiſſum eſſe, cum duobus locis nulla varietate eadem verba ſcripta ſint. Nam quomodo locus ille de divinatione ſimilis priſtinæ hujus loci lectioni dici poſſit, cogitent doctiores. *Idem in poſter. Caninius idem tuus & idem noſter.*] Sic aliquot libri veteres. quod placuit. nam eodem modo locutum eſſe Ciceronem libro II. de Divin. animadverti. *Marcellus*, inquit, *idem imperator*, *idem augur.* Sic Varro Seſqui-Ulyſſe: *Idem ſenatus*, *idem populi caput.* Alius liber, *Caninius tuus*, *& idem noſter.* non male: nam & infra, epiſt. 17. *Ego vir fortis idemque Philoſophus.* Ceteri libri, *Caninius idem & idem noſter.* quod probare nullo modo poſſum: quamquam alii probarint, qua ratione ducti, non equidem video. miror enim, eoſdem negare, *Tuus*, in veteribus libris eſſe. *P. Manut. Caninius idem & idem noſter cùm ad me perveſperi veniſſet.*] Ex Pal. primo ac Victorii editione recepimus hanc lectionem. nam Pal. ſextus; *Caninius idem & frater cùm ad me perveſperi veniſſet:* ceteroquin Pall. duo, tres Gulielmio conſulti, Vaticanus, prima & Victorii editiones, *perveſperi.* cùm vulgatum nequiter ſit: *Caninius idem tuus & idem noſter, cùm ad me nuper veſperi veniſſet.* Gebhard.

ex eodem, poſtridie te manè è Tuſculano exiturum.

t ibi *alii*. At [t] tibi repentè, paucis pòſt diebus, cùm minimè exſpectarem, venit ad me Caninius manè: proficiſci

v ſe ad *Lamb.* [v] ad te ſtatim dixit. etſi erat ἕωλος illa epiſtola, præſertim

x *alii* tot & tantis. [x] tantis poſteà novis rebus allatis, tamen perire lucubrationem meam nolui, & eam ipſam Caninio dedi: ſed cum eo, ut cum homine docto, & tui amantiſſimo, locutus ea ſum, quæ pertuliſſe illum ad te exiſtimo. Tibi autem idem conſilii do, quod mihimetipſi: ut vitemus oculos hominum, ſi linguas minùs facilè

y *alii* poſſumus. [y] poſſimus. Qui enim victoria ſe efferunt, quaſi victos nos intuentur. Qui autem victos [z] noſtros moleſtè

z eſſe noſtros *alii*. ferunt, nos dolent vivere. Quæres fortaſſe, cur, cùm hæc in urbe ſint, non abſim, quemadmodum tu. Tu enim ipſe, qui & me & alios prudentia vincis,

a *alii* quamvis quis. omnia, credo, vidiſti, nihil te omnino fefellit. [a] Quis eſt tam [8] Lynceus, qui [b] tantis tenebris nihil offendat?

b in tantis *iid.* nuſquam incurrat? [c] Ac mihi quidem jam pridem venit in mentem, bellum eſſe aliquò exire, ut ea, quæ

c At *MS.* agebantur hîc, quæque dicebantur, nec viderem, nec audirem. Sed calumniabar ipſe. putabam, qui obviam

P. CXXVII. mihi veniſſet, ut cuique commodum eſſet; ſuſpicaturum, aut dicturum, etiam ſi non ſuſpicaretur: Hic aut metuit, & ea re fugit; aut aliquid cogitat, & habet navem paratam. Denique, leviſſimè qui ſuſpicaretur, & qui fortaſſe me optimè noviſſet: putaret me idcirco diſcedere, quòd quoſdam homines oculi mei ferre non poſſent. Hæc ego ſuſpicans, adhuc Romæ maneo: & tamen λεληθότως [9] conſuetudo diurna callum jam obduxit ſtomacho meo. Habes rationem

8. *Lynceus.*] Dicitur, ut ſatis notum eſt, de homine oculatiſſimo, & viſus perſpicaciſſimi, ſive intelligas de oculis corporis ſeu de prudentia. Horat. I. Sat. II. *vs.* 90. Valer. Flacc. lib. I. Argon. & Nazarius in Paneg. *Non hic tecum Lynceus ille certaret, qui, ut poëta ferunt, parietum ſepta, & arborum truncos viſu facile trajiciebat, aut etiam ille, quem eadem vetuſtas locuta eſt, cum in Sicilienſi ſpecula conſtitiſſet, conſpicari ſolitum naves, quæ Africa portum ſubirent.* J. F. Gronov.

9. *Conſuetudo diurna callum jam obd. ſtom.*] *Callum obduxiſſe ſtomacho* ſignificat omnem ſtomachi ſenſum & faſtidium perdidiſſe, ita ut ad nullam amplius rem ſtomacheris ſive indigneris. Eſt enim metaphora translata a callo, quæ eſt caro ita durata ac denſata, ut ſenſum vix habeat. lib. III. Tuſc. Quæſt. *Corinthiorum ani-*

nem mei conſilii. Tibi igitur [d] hoc cenſeo: latendum tantiſper ibidem, [10] dum effervescit hæc gratulatio, & ſimul dum audiamus, quemadmodum negotium confectum ſit. confectum enim eſſe exiſtimo. Magni autem intererit, qui fuerit victoris animus, qui exitus rerum. quamquam quò me conjectura ducat, habeo: ſed exſpecto tamen. Te verò nolo, niſi ipſe rumor jam raucus erit factus, ad Bajas venire. Erit enim nobis honeſtius, etiam cùm hinc diſceſſerimus, videri veniſſe in illa loca ploratum potiùs quàm natatum. Sed hæc tu melius: modò nobis ſtet illud, unà vivere in ſtudiis noſtris; [11] à quibus anteà delectationem modò petebamus, nunc verò etiam ſalutem: non deeſſe, ſi quis

d *alii* hæc: cenſeo latendum.

animis diuturna cogitatio callum vetuſtatis obduxerat. Senec. Conſol. ad Mart. c. VIII. *Tam ingens triſtitia videtur jam duxiſſe callum.* Vide & Plaut. Aſinar. II, 4, 13. *J. F. Gronov.* Lib. II. ad Attic. ep. 16. *Locus ille animi noſtri ſtomachus, ubi habitabat olim, occalluit.* Omnium elegantiſſime Senec. ep. 119. *At, dii boni, quam facile eſt extinguere ſitim ſanam; ſed quid ſentire poſſunt emortuæ fauces & occallata cibis ardentibus.* Ceterum, notiſſimum eſt ſtomachum ſumi pro iracundia, ut ſupra lib. I. ep. 9. II. ep. 15. ad Attic. lib. V. ep. I. Sueton. Tiber. c. XXI. & LIX. *Cuper.*

10. *Dum effervescit hæc gratulatio.*] Stabilitur hæc Victorianæ editionis lectio Pal. ſexto, Hittorpiano, editione principe. Inclinat Palatinus primus; *dum hac ferveſcit gratulatio.* erit autem *effervescere* ſicut *exſævire* Livio, aliis *eludere*, *expatrare*, ubi ſemper præpoſitio finem ferre intelligitur. alias: *dum deferveſcit hac gratulatio.* [Grævius tamen *deferveſcit.* & rectè quidem.] paullo poſt: Pal. primus ſcriptum habet; *in illa loca ploratum potius natatum.* Sextus vero: *ploratum potius natatu:* in ora verò, *nataturi:* mihi elegantia recondita non per nebulam, ut dicitur, ſed mero clarore promicare videtur. *Gebhard.*

11. *A quibus antea delectationem, modo ſolatium petebamus, &c.*] Sic ante in cunctis vulgatis legebatur. Miror olim qui ab antiquis codicibus deſcripſerunt, apertum elegantemque admodum locum non intellexiſſe, & maluiſſe nonnullis additis dictionibus ſententiam totam contaminare & labefactare, quam planam & genuinam ſequi. Noſtram lectionem tam lucidam eſſe arbitramur, ut nihil eam opus ſit amplius confirmare. Illi tres voces inculcaverant, punctum ſuo loco moverant, & ubi minime conveniebat, collocarant, ordinem duarum dictionum mutaverant, adeoque totum hunc locum corruperant, ut ægre ferendum ſit tantam eſſe imperitorum audaciam, quæ omnia perturbet & evertat. Nam quam frigida ſit ſententia, quam ex illis verbis eliciebant, vix dici poteſt. Optima eruditorum ingenia facile cognoſcent. Nos hic nullum alium laborem ſuſtinuimus, niſi dum accurate unius tan-

quis adhibere volet, non modò ut architectos, verum etiam ut fabros, ad ædificandam rempublicam, & potiùs libenter accurrere, [e] ſi nemo utetur opera, tamen & ſcribere, & legere πολιτείας & ſi minùs in curia atque in foro; at in litteris, & libris, ut doctiſſimi veteres fecerunt, [12] navare rempublicam, & de moribus, ac

e ſin *alii.*

tantum literæ perverſio in antiquo codice cogitamus quomodo corrigenda ſit. inſederat autem quicquid erat vitii in hoc vocabulo *potius*: *patius* enim in Mediceo, & in melioribus legebatur, atque hoc eo libentius admonere placuit, ut videant eruditi lectores tam parva perverſio in antiquis codicibus quam magnos errores pariat. Nacti enim eam occaſionem ſiniſtri quidam correctores, dum parvam maculam delere volunt, totas ſententias lacerant, & divellunt. Per ea autem verba, *Et potius libenter accurrere*, quaſi reprehendit ſeipſum, & quaſi caſtigat ſegnitiem verborum ſuperiorum *non deeſſe ſi quis, &c.* Dicit enim non eſſe expectandum dum vocentur, imo ſi parvam aliquam inclinationem Cæſaris ad meliorem civitatis ſtatum conſtituendum viderint, debere ultro ſe offerre, & libenter accurrere. Qui autem vulgatam lectionem ſequebantur, illud *modo* pro *nunc* poſitum credebant, ut illi adverbio *ante* reſponderet: nos pro *tantummodo* intelligimus. Eſt autem eadem ſententia iiſdem pene verbis pronunciata in extrema epiſt. ad Ampium. *Sed eſt unum perfugium doctrina, ac literæ, quibus ſemper uſi ſumus, quæ ſecundis rebus delectationem modo habere videbantur, nunc vero etiam ſalutem.* Sed ut hæc certa & firma putamus, ſic locum paulo infra illum *navare Reip.* corruptum eſſe arbitramur. *Victor.* Hic locus in Venetis, ut videtur, eleganter perſcribitur, & Victorius certè veram eſſe ſcripturam de fide librorum veterum affirmat. Idem & de verbo *navare* ambigit. Quod ſanè, niſi veterum exemplorum ſcriptura obſtet, rectè poterit retineri, in repetitione *opera*, cujus nomen paullo ante uſurpaſſet. *Camer.*

12. *Navare Reip.*] Antiqui libri mendoſi ſunt hac parte, nullo enim ſenſu habent *Gravare remp.* Verbo autem illi *gravare* qui locus hic eſſe poteſt? Nos nihil, cui acquieſcamus, excogitare potuimus: ingenioſiores videbunt attentius, an ex his veſtigiis poſſint ſinceram lectionem indagare. Nos communem lectionem ſuſpectam habemus, melioremque omnino quærendam exiſtimamus. Poſtquam hæc adnotavi, ſcripſit ad me Mar. Cervinus (de cujus eruditione & amore in me paulo ante locutus ſum) ſe vidiſſe librum manu ſcriptum Bernardini Maphæi nobiliſſimi, & ſtudioſiſſimi juvenis, qui *juvaret remp.* ſcriptum haberet. Quam lectionem non contemno, nec valde probo: quomodo enim poteſt aliquis in literis & libris prodeſſe Reip.? agendum profecto eſt aliquid ab eo, qui velit Reip. afflictæ ac perditæ utilitatem & opem adferre. Poſtquam, ut conſtitueram, ſilere non potui, ecce quomodo hunc locum legi non inepte poſſe putem: conjecturam autem ex antiquis veſtigiis duco, *At in literis & libris (ut doctiſſimi*

legibus quærere. Mihi hæc videntur. Tu, quid acturus, &c, quid tibi placeat, pergratum erit, ſi me ſcripſeris. P. R.

EPISTOLA III.

RG. *Iturum ſe ad Varronem ſignificat: quanquam fore videat, b hominibus uterque reprehendatur: quaſi turpe ſit, miſerrima civi-, villarum amœnitatem quærere. ſe tamen contemnere ait ſermo- hominum indoctorum, & in ſtudiis omnino cum Varrone victurum.* V.C. DCCVII.] Hanc præceſſit proxime ſuperior, ſequitur : ſtatim ſubjecta eſt.

C I-

veteres fecerunt) gubernare Remp. Cum inquit curia & foro udamur, ut nullo pacto poſſimus aliquid in Repub. agere, ;jus quemadmodum conſueveramus, clavum tenere, poteri- in literis & libris Remp. gerere, eam ſc. quam nos finge- , & ingenio noſtro ad optimum ſtatum conformabimus. *r.* Priſcam hujus loci ſcripturam jam pridem notam fecimus, uid turbatum in ea eſſet docuimus, ac pene inviti ac coacti: en quandam ſuſpicionem noſtram expoſuimus, cui nihil nunc imus, niſi quod locus eſt in prooemio ſecundi libri de Divina- e, qui huic ſimilem, vel eandem potius ſententiam habet: n igitur adſcribam, videtur autem mirifice hanc ſententiam ıvare. *In libris enim ſententiam dicebamus, concionabamur, Phi- hiam nobis pro Reip. procuratione ſubſtitutam putabamus.* In imunı lectione manifeſtum vitium. quomodo enim recte *nava- eip.* dictum eſſe poſſit, niſi intelligatur opus, aut ſtudium, video: hoc autem nimis durum. *Idem in poſter. Navare remp.* duobus in libris ſuis teſtatur Manutius: quamvis ille mendo- putet. Ego in pluribus libris ſic ſcriptum fuiſſe reor, aut *are*, unde in Pall. duobus atque etiam Victorii libris *gravare* riptum fuerat. certè, quin *navare remp.* probum ſit, non du- . nam (ut docti dudum notarunt) & apud Tacitum *bellum i navare*, & apud A. Gellium *navare Philoſophiam* in v. c. le- r. *Gebhard.* Aliud eſt *navare bellum alicui*, aliud *navare rem- icam.* Illud Gellii *navare philoſophiam*, æque corruptum eſt, ic Ciceronis locus. Novi apud Ciceronem legi *navare ſuam volentiam, ſtudium*, ſed longe hæc abſunt ab hoc: *navare rem- icam.* Nihil autem nunc mihi occurrit rectius, quam, quod Maphæi libro legitur, & Manutio quoque probatur, *juvare publicam.* Qui enim non juvet rempublicam, hoc eſt utilem ublicæ præſtet operam, qui ſalutaribus præceptis cives in- it de bene gubernanda republica. *Quod enim munus reipubli- fferre majus meliuſve poſſumus, quam ſi docemus atque erudimus ntutem? his præſertim moribus, atque temporibus, quibus ita apſa eſt, ut omnium opibus refrenanda atque coërcenda ſit*, ut ipſe II. de divin. Amſterodam. *gravare rempublicam.* Græviue. *Na- e Remp.*] Efficere aliquid Reip. utile, juvare. VI, I. *navare ali- d & efficere.* J. F. Gronov.

CICERO VARRONI.

13 ETSI, quid ſcriberem, non habebam: tamen f Caninio ad te eunti, non potui nihil dare. Quid ergo potiſſimùm ſcribam? quòd velle te puto, citò me ad te eſſe venturum. Etſi vide, quæſo, ſatiſne rectum ſit, nos, hoc tanto incendio civitatis, in iſtis locis eſſe. Dabimus ſermonem iis, qui neſciunt, nobis, quocumque in loco ſimus, eundem cultum, eundem victum eſſe. Quid refert? tamen in ſermonem incidemus. Valde id, credo, laborandum eſt, ne, cùm omnes in omni genere & ſcelerum & flagitiorum volutentur, noſtra nobiscum, aut inter nos ceſſatio vituperetur. Ego verò neglecta barbarorum inſcitia, te perſequar. Quamvis enim hæc ſint miſera, quæ ſunt miſerrima, tamen artes noſtræ neſcio quo modo nunc uberiores fructus ferre videntur, quàm olim ferebant: ſive quia nulla nunc in re alia acquieſcimus, ſive quòd gravitas morbi facit, ut medicinæ egeamus, eaque nunc appareat, cujus vim non ſentiebamus, cùm valebamus. Sed quid ego nunc hæc ad te, cujus domi naſcuntur? γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας. nihil ſcilicet, niſi ut reſcriberes aliquid, me exſpectares. ſic igitur facies.

f amico MSS.

EPISTOLA IV.

ARG. *De Varronis adventu, ex Diodoti dialectici ſententia, jocatur. nam in libro de Fato, Diodoti opinionem improbans, Chryſippo aſſen-*

13. *Etſi quid ſcriberem non habebam, tamen Caninio ad te eunti.*] Ita olim emendavimus, & auctoritate veterum codicum moti, qui hujus lectionis non parva veſtigia retinent, & elegantiore hoc ſermone delectati. Mediceus igitur liber, ut alios taceam, *Tamen animo ad te eunti.* Quod ſi primam literam hujus nominis illi voci addas, & ex penultima duas facias, qui error proclivis eſt, prorſus *Caninio* effeceris. Quod ſi cui audax meum incœptum videtur, cogitet eundem librarium eodem pacto non multo poſt in eodem nomine ſcribendo peccaſſe: ubi enim in impreſſis omnibus *Caninius* legitur, *Sed plus facio, quam* Caninius *mandavit*, in Mediceo, *Animus mandavit.* Quemadmodum olim feci de hac tenui animadverſione, nunc verbum non feciſſem, niſi Manutii vulgarem lectionem meæ, non inſipienter excogitatæ, præpoſuiſſent. *Victorius.*

14. Περὶ

aſſentitur. [A. V. C. DCCVII.] Hanc præceſſit ſuperior epiſtola, ſequitur proxime ſubjuncta.

CICERO VARRONI S.

14 ΠΕρὶ δυνατῶν me ſcito κατὰ Διόδωρον κρίνειν. Quapropter, ſi venturus es, ſcito neceſſe eſſe te venire. ſin autem non [g] es, τῶν ἀδυνάτων eſt te [h] venire. Nunc vide, utra te κρίσις magis delectet, 15 Χρυσιππεία ne, an hæc, quam noſter [i] Diodotus non concoquebat. Sed

g *alii non habent* es.
h venturum *MS.*
i *alii* Diodorus.

14. *Περὶ δυνατῶν me ſcito κατὰ Διόδωρον κρίνειν.*] Cum ad Varronem virum eruditiſſimum ſcribat, quæſtionem illam obſcuram tangit, quam περὶ δυνατῶν appellant: de qua magna erat inter Philoſophos contentio, præcipue inter Diodorum Dialecticum, & Chryſippum Stoicum. Quam autem varie hæc illi acciperent, oſtendit Cicero in libro de Fato, cum inquit: *At hoc, Chryſippe, minime vis, maximeque tibi de hoc ipſo cum Diodoro certamen eſt: illi enim id ſolum fieri poſſe dicit, quod aut ſit verum, aut verum futurum ſit: & quicquid futurum ſit, id dicit fieri neceſſe eſſe: & quicquid non ſit futurum, id negat fieri poſſe. Tu & quæ non ſint futura, poſſe fieri dicis, ut frangi hanc gemmam, etiamſi id nunquam futurum ſit.* De eadem hac re alibi etiam in paucis illis, quæ remanſerunt ejus libri paginis loquitur. Rationem Diodori diligenter Alexander Aphrodiſienſis explicat in commentariis in primum τῶν προτέρων ἀναλυτικῶν his verbis: Δύναται λέγειν καὶ περὶ τῶν δυνατῶν τοῦτο ὃ Διοδώρῳ λέγεται, ἤγουν ὅ ἐστιν ἢ ἔσται· τὸ γὰρ ἢ ὂν ἢ ἐσόμενον πάντως δυνατὸν μόνον ἐκεῖνος ἐτίθετο· τὸ γὰρ ἐμὲ ἐν Κορίνθῳ γενέσθαι, δυνατὸν κατ' αὐτὸν εἰ ἦν ἐν Κορίνθῳ, ἢ πάντως μέλλοιμι ἔσεσθαι, εἰ δὲ μὴ γινοίμην, οὐ δὲ δυνατὸν ἦν· καὶ τὸ παιδίον γενέσθαι γραμματικὸν, εἰ ἔσοιτο. Chryſippi vero Plutarchus in lib. quem adverſus Stoicos edidit inſcriptum Στωικῶν ἐναντιωμάτων. Ubi etiam idem de Diodoro confirmat: ea nos, ne longiores ſimus, omittemus. Jocatur hic Cic. cum docto & gravi viro, docte & graviter: nec enim umquam poſſunt ab artificio ſuo recedere, qui literis & ingenuis diſciplinis delectantur. Cognitis diverſis eorum ſententiis de hac re quid Cic. nunc dicat manifeſtum eſt. *Victor.*

15. *Χρυσιππεία ne, an hæc, quam noſter Diodorus, &c.*] A recepta lectione diſcrepat Medic. cod. hoc loco. Sic enim habet, *Chryſippias hæc quam noſter, &c.* Et vereor ne ex majori parte hoc non ſine culpa librarii acciderit. Eruditiores hoc cenſebunt. Quæ certe ſupra dixit, ex opinione Diodori dixit. Chryſippi rationem non exponit. In eo quod conſequitur nomine integrior eſt idem codex: *Diodotus* enim recte habet, cum omnes ante noſtrum mendoſe *Diodorus* haberent. nec enim de Diodoro, de quo ſupra, ſermo nunc eſt, nec eum intelligere poteſt, ſed de Diodoto Philoſopho; qui domi Ciceronis multos annos vixit: ob id enim ſuum illum dicit. De quo cum multis locis agat (ut manifeſto per-

P.CXXVIII. Sed de his etiam rebus, otioſi cùm erimus, loquemur: hoc etiam κατὰ Χρύσιππον δυνατὸν eſt. De [k] Coctio mihi gratum eſt. Nam id etiam Attico mandaram. Tu, ſi minùs ad nos; [l] accurremus ad te. ſi hortum in bibliotheca habes, deerit nihil.

k *alii* Coſtio. *alii* Ceſtio.
l *alii* nos accur.

EPISTOLA V.

ARG. *Probat & diem, quo conventuri ſint, & ſuum Varroniſque conſilium, quod ſemel a Cæſare victi ab armis diſceſſerint.* [A. V. C. DCCVII.] Hanc præceſſit proxime ſuperior, ſequitur quæ ſtatim ſubjecta eſt.

CICERO VARRONI.

MIHI verò ad non. bene maturum videtur fore, neque ſolùm propter [m] reipublicæ, ſed etiam propter anni tempus. Quare diem iſtum probo. itaque [n] eundem ipſe ſequar. [16] Conſilii noſtri, niſi eos quidem, qui id ſequuti non ſunt, non pœniteret, nobis pœnitendum putarem. Sequuti enim ſumus non ſpem, ſed officium. Reliquimus autem non officium, ſed deſperationem. [o] Ita verecundiores fuimus, quàm qui ſe domo non commoverunt: ſaniores, quàm qui, amiſſis opibus, domum non reverterunt. Sed nihil minùs

m *alii* remp.
n euntem *alii*.
o *alii* Itaque.

percipiatur alium eſſe a Diodoro Dialectico) fere ſemper id nomen in impreſſis codicibus inquinatum eſt, & in Diodorum imperite immutatum. Neſcio an ſemel tantum illud recte in excuſis libris ſcriptum invenerim, cum antiqua exemplaria contra ſemper incontaminatum conſervarint. Is eſt in ſecundo libro epiſtolarum ad Atticum, *Diodotus mortuus eſt, reliquit nobis* HS *fortaſſe centies.* De eodem lib. v. Tuſcul. longius agit. *Victor.*

16. *Conſilii noſtri, ne ſi eos quidem, qui id ſecuti non ſunt, non pœniteret, nobis pœnitendum putarem.*] Hieronymi Ferrarii, magni ingenii ac multarum literarum juvenis, animadverſionem laudo, ejuſque ſententiam, & ut amici hominis, & veritatis defenſoris, libenter ſequor. Sane in Mediceo ita legitur, *Conſilii noſtri, niſi eos, quid id ſecuti non ſunt, non pœniteret n. p. p.* Quare minus a vetere lectione diſcedit, qui eam, quam Hieronymus excogitavit, lectionem ſequitur, quam qui vulgatam lectionem retinere vellet: ex illa enim & *non* tollendum eſſet, quod fecerant, & fortaſſe etiam plura: nam illud *quidem* non parum mihi quoque ipſam turbare videtur. In nova igitur (novam appello, quæ nuper exorta eſt) & elegantior ſenſus eſt, & plura priſcæ ſcripturæ veſtigia. *Idem.*

17. *Ut*

minùs fero, quàm ſeveritatem otioſorum: &, quoquo modo ſe res haberet, magis illos p vereor, qui in bello occiderunt, quàm hos curo, quibus non ſatisfacimus, quia vivimus. Mihi ſi ſpatium fuerit in Tuſculanum ante nonas veniendi, iſtic te videbo. ſin minùs, perſequar in Cumanum: & antè te certiorem faciam, [17] ut lavatio parata ſit.

p *veneror alii.*

EPISTOLA VI.

ARG. *Cæſaris ex Africano bello revertentis adventum ſignificat: belli civilis culpam Pompejo potius, quam Cæſari, tribuit: Varronem laudat, quod ſe ab armis ad ſtudia, quaſi a tempeſtate in portum, contulerit.* [A. V. C. DCCVII.] Hanc præceſſit proxime ſuperior, ſequitur quæ ſtatim ſubjecta eſt.

CICERO VARRONI.

CANINIUS noſter me tuis verbis admonuit, ut ſcriberem ad te, ſi quid eſſet, quod putarem te ſcire oportere. [18] Eſt igitur adventus Cæſaris ſcilicet in ex-

17. *Ut lavatio parata ſit.*] Ita in editione primâ ac Victorii, ita in Pall. & omnibus Gulielmianis. Quia tamen in quibuſdam aliis codicibus exſtabat, *lautio parata*, faciendum putabat Schoppius l. II. Suſp. ep. 22. *ut lautia parata ſint*, id eſt, *αἱ εἰδομεναι*, ſive ſupellex; ut exponit Soſipater, quod etiam Jacobus Lectius probabat. *Gebhard.* *Ut lavatio parata ſit.*] Inſtrumentum balneare. Phædrus *lavationem argenteam*, Fab. LXIII. *J. F. Gronov.*

18. *Eſt igitur adventus Cæſaris in expectatione.*] Nos arbitrati ſumus hanc dictionem *Cæſaris* vacare, propter modum illum dicendi conciſum & compendioſum, quo ſæpe utitur, & quem nos antea notavimus. Manifeſtius autem ſupervacaneam eſſe docent vetuſtiores codices, in quibus eſt *ſcilicet Cæſaris*, ut plane perſpiciatur fuiſſe olim expoſitionem declarationemque verbi illius *adventus* ſuperne poſitam, poſteaque temere a librariis in ordinem verborum Ciceronis conlatam. Sic etiam ad Atticum loquitur pluribus locis, ut lib. X. *Cum quid ſcriberem, plane nihil haberem: hæc autem reliqua eſſent, quæ ſcire cuperem, profectusne eſſet, quo in ſtatu urbem reliquiſſet.* Loquitur enim de Cæſare proficiſcente in Hiſpanias, nec tamen nominat: notiſſimum enim erat quem intelligeret. Ita autem de principibus viris, regibuſque loqui mos eſt. *Victor.* Non ejiciendæ ſunt voces *Cæſaris*, *ſcilicet*, quæ in omnibus MSS. integris ſunt, ut perſuaſit editoribus Victorius. Nimirum acceperunt particulam, ut nunc vulgo uſitatur explicandi cauſſa. At mens Ciceronis erat: Hoc igitur ſcito, vel hoc ſcias licet, adventus Cæſaris in exſpectatione eſt. Atque ideo le-

exſpectatione: neque tu id ignoras. Sed tamen, cùm ille ſcripſiſſet, ut opinor, [19] ſe in Alſienſe venturum; ſcripſerunt ad eum ſui, ne id faceret: multos ei moleſtos fore, ipſumque multis. q [20] Oſtiæ videri commo-

P. B. q *alii* In Pomptinum.

lepidius additur: *neque tu id ignoras.* Confirmat quod præcedit: *ſi quid eſſet quod putarem te ſcire oportere.* Sic eodem libro ep. 21. *Privatas cauſſas & eas tenues, agimus ſubtilius, capitis, aut famæ, ſcilicet, ornatius.* Gronovius lib. III. obſerv. 9. ubi vide plura de hac voce *ſcilicet.* Grævius.

19. *Se in Alſienſe venturum.*] Ubi fuerit Alſium didicimus nuper ex vetuſti lapidis fragmento, quod in *Alexandri Farneſii Card.* Palo, villa amœniſſima ad mare, non longe a Cære oppido erutum eſt cum hac inſcriptione:

IMP. II. COS. III. PROCOS
IMP. CÆS. L. SEPTIMI. SEVERI. PII
PERTINACIS. AUG. ARAB. ADIAB
PARTH. MAX. BRIT. MAX. FORTISSIMI
FELICISSIMI. PONT. MAX. P. P. FILIO
DIVI. M. ANTONINI. PII. GERM. SARM.
NEPOT. DIVI. ANTONINI. PII. PRON.
DIVI. HADRIANI. ABN. DIVI. TRAJANI
PARTH. ET. DIVI. NERVÆ. ADNEPOT.
OB. INSIGNES. VIRTUTES. EJUS
DECUR. COLON. ALSIENSIS. D. D.

Recte itaque recentiores Geographi Alſium eſſe dixerunt, quod nunc Cære appellatur, his etiam Plinii verbis adducti ex cap. v. lib. III. *Graviſcæ, Caſtrum novum, Pyrgi, Cæretanus amnis, & ipſum Cære intus millia paſſuum quattuor Agylla à Pelaſgis conditoribus dictum, Alſium, Fregene.* Urſinus.

20. *In Pomptinum videri commodius eum exire poſſe.*] Nos *Oſtiæ,* ut in antiquis invenimus, ſcripſimus, etſi ſatis negligenter noſtri librarii hunc locum impreſſerunt. Punctis enim a ſuperioribus hoc verbum diſtinguere debebant, majoreque prima litera ſcribere, ut oppidi nomen. Sed nos petimus a ſtudioſis veniam horum errorum, cum enim adeſſe impreſſioni nobis non licuerit, hæc illorum vitio commiſſa peccata corrigere nequivimus. Dicitur autem *Exire* ſæpe nulla mentione habita loci unde diſceditur: ſed illius tantum in quem venimus, aut ubi conſiſtimus: ut *exire in provinciam:* & in epiſtola ad Cæſarem: *C. Trebatium cogitaram quocunque exirem, &c.* Eſt hic *Exire,* de navi deſcendere, ut ad Attic. lib. VI. *in Piræea cum exiſſem,* Et in II. Rhetoricorum Ciceronis de nautis qui tempeſtate in alto jactati fuiſſent: *Imprudentes legis cum exiſſent, vitulum immolaverunt.* Quanquam exemplum ad Atticum, quod protulimus, ad locum eſt: dixit enim *in Piræea.* Hic autem in loco hoc verbum poſitum eſſe videtur, & hanc ſignificationem habere, quia locum tantum conſideret ubi terminus erat navigationis, & ubi de navi exeundum erat; nec ſpectet unde diſcedebatur, nec quò pervenire oportebat. Roma enim ul-

modiùs eum exire poſſe. Id ego non intelligebam, quid intereſſet. Sed tamen Hirtius mihi dixit, & ſe ad eum, & Balbum, & Oppium ſcripſiſſe, ut ita faceret, homines, ut cognovi, amantes tui. Hoc ego idcirco noſſe te volui, ut ſcires, hoſpitium tibi ubi parares, vel potiùs utrobique. quid enim ille facturus [r] ſit, incertum eſt: & ſimul oſtentavi [s] tibi, me iſtis eſſe familiarem, & conſiliis eorum intereſſe. Quod ego cur nolim, nihil video. Non enim eſt idem, [21] ferre, ſi quid ferendum eſt: & probare, ſi quid probandum non eſt. [22] Etſi quid non probem? quid enim jam ſcio præter initia rerum. Nam hæc in voluntate fuerunt. Vidi enim (nam tu aberas) noſtros amicos cupere bellum: hunc

r ſit *in aliis abeſt.*
s tibi *alii non habent.*

ultimum ejus itineris erat, cujus non fit mentio. Nam *exire* etiam ſic dici poſſe, poſteriore exemplo declaratum eſt, quamvis hic adjungat *Oſtia* in loco, ut res (ni fallor) exigebat: nam, ut dictum eſt, notare tantum voluit ubi finis navigationis fieri debebat. Sermo enim eſt de Cæſare navibus ex Hiſpania redeunte, & variæ ſententiæ erant ubi ille commodius poſſet finem imponere navigationi. Sic arbitror antiquam & omnium fere manu ſcriptorum codicum lectionem defendi & conſtitui poſſe. *Victor. Oſtia videri commodius eum exire poſſe.*] Ita olim ex vetuſtis libris ſcripſimus. Mediceus certe *Optia* habet: quare mendum omnino in vulgata, & communi lectione eſſe arbitramur, cum tantopere a vetere diſſentiat. Qui noſtram non probat, ipſe meliorem ex antiquis veſtigiis eruat. *Idem in poſter.* Sic & *egredi* pro e navi egredi: Virg. I. Æn.

Egreſſi optata potiuntur Troës arena.

Sic ἐκβάσεις Græcis deſcenſus e navi, ut notavit Gisbert. Cuperus lib. III. Obſerv. cap. 3. quem vide. *Grav.*

21. *Ferre ſi quid ferendum.*] Videtur legendum, *ſi quid ferendum non eſt.* Verumtamen nihil muto. hanc enim puto eſſe hujus loci ſententiam, Intereſt utrum feras, quod velis nolis ferendum eſt: an probes quod probandum non eſt. nam ferre quod ferendum eſt, (verbi gratia, quod fit a potentioribus, aut tyrannis, eorumque amicis, injuſte quidem, & contra inſtituta majorum, non tamen ignominioſe, aut contumelioſe,) prudentis eſt: probare vero quod probandum non eſt, improbi hominis eſt. Porro autem ferre quod ferendum non eſt, ignavi & turpis hominis eſt. *Lambin.*

22. *Et ſi quid non probem? quid enim jam ſcio præter initia rerum.*] Ita hic locus concipitur in Palatinis duobus, Gruteriano, editione primâ ac Victorii. Gulielmius ex conjecturâ volebat; *etſi ne quid non probem quidem jam ſcio.* quod non opus eſt exhibitâ noſtrâ. vulgò: *etſi, quid non probem quidem, neſcio, præter initia rerum.* Gebhard.

23. *Cru-*

hunc autem non tam cupere, quàm non timere. Ergo hæc conſilii fuerunt: reliqua neceſſaria. Vincere autem aut hos, aut illos neceſſe eſſe. Scio te ſemper mecum in luctu fuiſſe, cùm [t] videremus, quàm illud ingens malum [v] alterius utrius exercitus & ducum interitu: tùm vero extremum malorum omnium eſſe civilis belli victoriam: quam quidem ego etiam illorum timebam, ad quos veneramus. [23] Crudeliter enim [x] otioſis minabantur: eratque iis & tua inviſa voluntas, & mea oratio. Nunc verò, ſi eſſent noſtri potiti, valde intemperantes fuiſſent. Erant enim nobis perirati, quaſi quidquam de noſtra ſalute decreviſſemus, quòd non idem illis cenſuiſſemus: aut quaſi utilius reipublicæ fuerit, eos etiam ad beſtiarum auxilium confugere, quàm [y] vel emori, vel cum ſpe, ſi non optima, at aliqua tamen, vivere. [24] At in perturbata republica vivimus. [25] Quis negat? Sed [z] hoc viderint ii, qui nulla ſibi ſubſidia ad omnes vitæ [a] ſtatus paraverunt. huc enim ut venirem, ſuperior longiùs, quàm volui, fluxit oratio. Cùm enim te ſemper magnum hominem [b] duxi: tum quòd his tempeſtatibus es propè ſolus in portu; fructuſque doctrinæ percipis eos, qui maximi ſunt, ut ea conſideres, eaque tractes, quorum & uſus & delectatio eſt omnibus [26] iſtorum & actis & voluptatibus anteponenda.

t viderimus *MSS.*
v *alii* alterutrius.
x otioſiſſimi. *MSS.*
y velle mori *MSS.* vel mori *alii.*
z *alii* hæc.
P. CXXIX.
a caſus *Gul.*
b duxerim, quod *MSS.*

23. *Crudeliter enim otioſis minabantur.*] Vide epiſt. 14. lib. IV. & ult. libro VIII. & ad Atticum epiſt. 6. lib. II. & Cæſ. libro primo de Bell. civ. *P. Manut.*

24. *At in perturbata republica vivimus.*] Objectio: Vivimus ubi viris vivere indignum eſt republica in tyrannidem prolapſa. *J. F. Gronov.*

25. *Quis negat? ſed hac viderint.*] Fateor. Sed hæc objectio tantum valet adverſus eos, qui ſe non inſtruxere ad utramque fortunam tolerandam. *Idem.*

26. *Iſtorum actis & voluptatibus.*] Cæſarianorum, qui ob victoriam lætiſſimi erant. *Actis* Gulielmius exponit *littorali ſeceſſui*, quod Cæſar erat futurus in littore. quod ſane non improbem. Nam *acta*, ſunt amœna littora, in quæ ſe recipiebant cum genio vellent indulgere, partim ob amœnum in mare proſpectum, partim propter piſcium delicias. Gloſſæ veteres P. Danielis à Turnebo in Adverſariis laudatæ: *Acta littora amœna.* Et Servius ad v. Æn.

At procul in ſola ſecreta Troades acta.

Actas interpretatur *ſecreta & amœna littorum.* Hinc ἀκτάζειν eſt proprie in littore amœno verſari, ſed uſu obtinuit ut accipiatur pro-

nenda. Equidem 27 hos tuos Tuſculanenſes dies 28 inſtar eſſe c vitæ puto; libenterque omnibus omnes opes con- c *victoriæ* ceſſerim, ut mihi liceat, vi nulla interpellante, iſto *alii.* modo vivere. Quod nos quoque imitamur, ut poſſumus, & in noſtris ſtudiis libentiſſimè conquieſcimus. Quis enim hoc non dederit nobis, ut cùm opera noſtra 29 patria ſive non poſſit uti, ſive nolit, ad eam vitam revertamur, quam multi docti homines, fortaſſe non rectè, ſed tamen multi d etiam reipublicæ præponen- d *eam* dam putaverunt? Quæ igitur ſtudia, magnorum homi- *MS.* num ſententia, vacationem habent 30 quandam publici muneris, iis concedente republica 31 cur non abutamur? Sed

pro epulari; unde natum iſtud loquendi genus, ut pridem viri docti annotarunt, σήμερον ἀκτάσομεν, hoc eſt, hodie epulabimur. vide Plutarch. IV. Sympoſ. prob. IV. *Gravius.*

27. *Hos Tuſculanenſes dies tuos.*] Sic agere, quemadmodum tu hos proximos dies in Tuſculano tuo egiſti inter libros, quos vel legis vel facis, eam demum ego veram vitam puto. *J. F. Gronov.*

28. *Inſtar eſſe vitæ puto.*] Tanti æſtimandos puto, quanti vitam quiſque ſuam æſtimat. Similis, ac illuſtrior etiam illa ſententia in Piſonem: *Unus ille dies mihi quidem immortalitatis inſtar fuit, quo in patriam redii.* Nec diſſimile illud pro Sextio: *Ei, qui pendet a rebus leviſſimis, plauſum immortalitatem, ſibilum mortem videri neceſſe eſt.* *Inſtar mortis*, lib. II. de Off. Et Virg. lib. II. Æn. *Inſtar montis equum.* P. Manut.

29. *Patria non poſſit uti.*] Quia nemini patebant honores aut procurationes publicæ, præterquam ex profeſſo Cæſareanis. *J. F. Gronov.*

30. *Eadem publici muneris, iis concedente rep. cur non abutamur.*] Ita Victorii editio. Manuſcripti tamen quinque *eandem*, quod non improbo, imò præferendum duco, eò libentius, quod idem nobis addicat prima editio: vulgò *etiam*. Gebhard. *Etiam publici muneris.*] Sic bene Manutius, Lambinus, aliique. Victorius & Gebhardus ſine ſenſu ediderunt: *eadem publici muneris.* quod quid ſit ne ipſos quidem intelligere credo. Mſſ. habent, *eandem*, ſed mendoſe. Dicit Cicero Platonem, Epicurum, alioſque viros doctos in hac fuiſſe ſententia, propter præclarorum horum ſtudiorum excellentiam abſtinendum eſſe a reipublicæ gubernatione, ut eorum meditationi poſſimus toti vacare, etiamſi reſpublica noſtram operam deſideret: nunc igitur ſe recte iis incumbere, quia in republica a Cæſarianis oppreſſa non adhibeantur. *Gravius.*

31. *Cur non abutamur.*] In bonam partem. ita tamen, ut plus ſit, quam utamur lib. X, 15. *obſequioque meo, ſi ita faceret, ad omnes res abuteretur.* Pro Milone 2, *quamquam in hac cauſſa T. Annii tribunatu, rebuſque omnibus pro ſalute Reip. geſtis, ad hujus defenſionem non abutemur.* J. F. Gronov.

32. Qua

Sed plus facio, quàm Caninius mandavit. Is enim ſi quid ego ſcirem, rogarat, quod tu neſcires: ego tibi ea narro, quæ tu meliùs ſcis, quam ipſe; qui narro. Faciam ergo illud; quod rogatus ſum, ut eorum; quæ temporis hujus ſint, 32 quæ tua [e] audiero; ne quid ignores.

e *alii* intereſſe aud.

EPISTOLA VII.

ARG. *Maturum jam eſſe ait ut ab urbe diſcedat: & de Cæſaris, ex Africano bello redeuntis, itinere rumores diverſos nunciat.* [A. V. C. DCCVII.] Hanc præceſſit ſuperior, ſequitur ep. 16. hujus libri.

CICERO VARRONI.

CENABAM apud [f] Sejum, cùm utrique noſtrûm redditæ ſunt à te litteræ. Mihi verò jàm maturum videtur. Nam quòd anteà te calumniatus ſum, 33 indicabo malitiam meam. Volebam propè alicubi [g] eſſe, ſi quid bonæ ſalutis; σύντε δύ' ἐρχομένω. nunc, quum confecta ſunt omnia, dubitandum non eſt, 34 quin equis [h] viris. Nam ut audivi de L. [i] Cæſare F. mecum ipſe,

f Sevium *MSS.*

g eſſe te *Manut.* P. B.

h *alii* velis.

i Cæſaris *MSS.*

32. *Quæ tua eſſe audiero.*] Veneti, *quæve audiero*, quæ lectio ſenſum habet evidentem. *Camer.*

33. *Indicabo malitiam meam.*] Fatebor tibi, quod aſtute cogitaram. VIII. ad Att. ep. 25. *Mihi impoſuiſſet aliquid, niſi tua malitia affuiſſet.* J. F. Gronov.

34. *Quin æquis viris.*] Communem lectionem, cum liber editus eſt, ſecuti ſumus: nam in omnibus impreſſis (exceptis Manutianis, in quorum priore ac poſteriore editione mendoſius adhuc *equis velis* ſcriptum eſt) *æquis viris* perperam legebatur: animadvertimus tamen non multo poſt in Mediceo codice *equis viris* ſcriptum eſſe, longe diverſo prioris vocis ſignificatu: & de tota re accuratius diſſeruimus in fine noſtri libelli, ubi errata impreſſorum correximus. Quare in ea ſententia perduramus, & hic omnino *equis viris* legendum eſſe putamus, quemadmodum ad Quintum Fratrem etiam & in oratione VIII. contra Antonium. Locus etiam ille in extremo III. libri de Officiis, qui mendoſe in cunctis impreſſis legitur, in manu ſcriptis nonnullis integer eſt: *Cum his viris equiſque, ut dicitur, &c.* Quare hoc exemplis, quæ hanc lectionem confirmant, addere nunc libuit, quum olim relictum eſſet. Quod ſi ullus mihi ſcrupulus reſtabat, ſtatim evulſus eſt, quod vidi Jacobum Sadoletum ſanctiſſimum atque integerrimum virum (quem honoris & amplitudinis cauſſa nomino) ita ſcripſiſſe, cum hoc proverbium in ſuis illis elegantiſſimis libris uſurparet, quibus deſiderium nobis lenire voluit, quo conficiebamur, libri Ci-

ipſe, *quid hic mihi faciet patri?* Itaque non [k] deſino apud iſtos, qui nunc dominantur, cenitare. Quid faciam? tempori ſerviendum eſt. 35 ſed ridicula miſſa; præſertim cum ſit nihil, quod rideamus.

k deſiſto *MSS.*

Africa terribili tremit horrida terra tumultu.

Itaque nullum eſt ἀποπροηγμένον, quod non verear. Sed quòd quæris, quando, quà, quò, nihil adhuc ſcimus. Iſtuc ipſum de Bajis, nonnulli dubitant, an per [l] Sardiniam veniat. 36 Illud enim adhuc prædium ſuum non inſpexit: nec ullum habet deterius, ſed tamen non contemnit. Ego omnino magis arbitror per Siciliam: vel jam ſciemus. adventat enim Dolabella. 37 eum puto 38 magiſtrum fore. 39 Πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκά-

l Siciliam Veliam *Gul.*

Ciceronis Hortenſii appellati, & quod cupiit mirifice conſecutus eſt. Quis enim nunc librum Ciceronis magnopere deſiderat? Cur autem auctoritatem & judicium illius viri in purgandis Ciceronis ſcriptis non ſequar? qui non tantum menda tollere conſuevit, ſed totos etiam libros vetuſtate amiſſos nobis reſtituit. *Victor.*

35. *Sed ridicula miſſa; præſertim.*] Intruſit Lambinus, *miſſa faciamus.* quod quidem verbum in nullo noſtrorum invenimus: elegantiorque eſt tota oratio, ſi ablegetur; certe non eſt in Pall. duobus. Grut. Stewech. Hittorp. Vatic. editione prima, aut Victorii. *Gebhard.*

36. *Illud enim adhuc prædium ſuum.*] De Cæſare domino Reip. loquitur, ut de domino privatarum poſſeſſionum, & de provinciis, tanquam prædiis ejus. Sic Juvenalis præfectum Urbi vocat *villicum* Sat. IV, 77.

Pegaſus attonitæ poſitus modo villicus urbi.

Quaſi urbs ſit villa Cæſaris. Sic interpretabantur illud ex Attellana de Galba: *Venit Io, ſimus a villa*, Sueton. Galb. 13. per villam intelligentes Hiſpaniam, ut hic Cicero Sardiniam per prædium. *J. F. Gronov.*

37. *Eum puto magiſtrum fore.*] In libro manuſcripto rectius (ut opinor) ob ea quæ ſequuntur πολλοὶ μαθηταὶ, ſcriptum eſt, *ei me puto magiſtrum fore.* Urſinus. *Eum puto magiſtrum fore.*] Is docebit, qua ratione amiſſam Cæſaris gratiam recuperem, quum ego eum in arte oratoria docere ſim ſolitus. Sic Manutius. Sed ſuſpicor Ciceronem reſpicere etiam ad Magiſtros auctionum, de quibus 1 Att. 1, & Theoph. 3. Inſtit. 12. & ſignificare, Dolabellam præſtiturum Cæſari operam, qualem præſtitit P. Sulla & propinquo ſuo & Cæſari, quem ait vibraſſe illam cruentam haſtam, II Off. 8. hoc eſt præfuturum auctionibus confiſcatorum, & ſubhaſtatorum bonorum, quæ inimicorum Cæſaris fuiſſent. *J. F. Gronovius.*

38. *Magiſtrum.*] Docebit me, qua ratione amiſſam Cæſaris gratiam recuperem: cum ego eum in arte oratoria docere ſolitus ſim.

m *alii* tum. διασκάλων. Sed tamen, ſi ſciam, quid [m] tu conſtitueris, meum conſilium accommodabo potiſſimum ad tuum. Quare exſpecto tuas litteras.

EPISTOLA VIII.

ARG. *Promiſerat Varro quosdam libros Ciceroni ſe eſſe dicaturum: Cicero eum promiſſi admonet, miſſis quaſi admonitoribus quattuor libris Academicis. Cæſare quartum conſule, ſine collega.* [A. V. C. DCCVIII.] Hanc præceſſit ep. 9. lib. v. ſequitur ep. 77. lib. XIII.

CICERO VARRONI.

n oſtenderet *MSS.* ETSI munus flagitare, quamvis quis [n] oſtenderit, ne populus quidem ſolet, niſi concitatus: tamen ego exſpectatione promiſſi tui moveor, ut admoneam te, o enim *MSS.* non ut flagitem. Miſi [o] autem ad te quattuor admonitores non nimis verecundos. Noſti enim profectò os ejus adoleſcentioris Academiæ. Ex ea igitur media excitatos miſi: qui metuo, ne te forte flagitent: ego autem mandavi, ut rogarent. Exſpectabam omnino jamdiu, meque ſuſtinebam, ne ad te prius ipſe quid P. CXXX. ſcriberem, quàm aliquid accepiſſem, ut poſſem te remunerari quàm ſimillimo munere. Sed, cùm tu tardiùs faceres, id eſt, ut ego interpretor, diligentius: teneri non potui, quin conjunctionem ſtudiorum, amoriſque noſtri, quo poſſem litterarum genere, declararem. Feci igitur ſermonem inter nos habitum in Cumano, cùm p Pompejus *MSS.* q *alii* Antiochianas, *alii* Antiochenas. eſſet unà [p] Pomponius. 40 tibi dedi partes [q] Antiochinas, quas

ſim. Jocatur Cicero, ut epiſt. 46. lib. XIII. ad Att. *Dolobella ſcribit, ſe ad me poſtridie iduum. O magiſtrum mo'eſtum!* epiſt. 16. lib. VII. ult. de Dolabella, diſcipulo Ciceronis, mentio fit. *P. Manut.*

39. Πολλοὶ μαθηταί.] Reſponſio ad tacitam objectionem. At Cæſar ipſe magiſter eſt atque auctor, ut omnis hujus mali, ſic & proſcriptionum; Dolabella Cæſaris diſcipulus. At (reſpondet) multi diſcipuli potiores magiſtris. *J. F. Gronov.*

40. *Tibi dedi partes Antiochianas.*] Nos veterem ſcripturam ſecuti ſumus, *Antiochinas*; nec enim erratum librarii putavimus, quod in multis hujusmodi nominibus animadvertimus, ut in primo ad Atticum: *Noſti enim Marinas*, pro *Marianas*. & XIV. *De hæreſi Veſtorina*, pro *Veſtoriana*. Item in cunctis vetuſtioribus codicibus & maxime in Mediceo. In epiſtola Pollionis, *Hirtino prælio*.

quas à te probari intellexiſſe mihi videbar: mihi ſumpſi Philonis. Puto fore, ut, cùm legeris, mirere, nos id locutos eſſe inter nos, quod numquam locuti ſumus. ſed noſti morem dialogorum. Poſthæc autem, mi Varro, quàm plurima, ſi [r] videtur, & de nobis [s] inter nos: ſerò fortaſſe; ſed 41 ſuperiorum temporum fortuna reipublicæ cauſam ſuſtineat. 42 Hæc ipſi præſtare debemus. Atque utinam quietis temporibus, atque aliquo, ſi non bono, at ſaltem certo ſtatu civitatis, hæc inter nos ſtudia exercere poſſemus! Quamquam tum quidem vel aliæ quæpiam rationes, honeſtas nobis & curas, & actiones darent: nunc autem quid eſt, ſine his cur vivere velimus? Mihi verò cum his ipſis vix: his autem detractis, ne vix quidem. Sed hæc coram, & ſæpius. Migrationem, & emptionem feliciter evenire volo, tuumque in ea re conſilium probo. Cura ut valeas.

r videbitur *alii.*
s & inter *alii.*

EPISTOLA IX.

ARG. *Suadet Ciceroni gener ejus Dolabella ut ſe vel cum Cæſare conjungat, vel in otium referat. quod idem Cœlius quoque ſcripſerat ep.* 16. *lib.* VIII. *Cæſare iterum & Servilio coſſ.* [A. V. C. DCCV.] Hanc præceſſit ep. 17. lib. VIII. ſequitur ep. 8. lib. XIV.

DOLABELLA CICERONI S. D.

S. V. G. [t] V. & Tullia noſtra rectè V. Terentia minùs [v] bellè habuit: ſed certum ſcio jam convaluiſſe eam. Præterea [x] rectiſſimè ſunt apud te omnia. Etſi nullo tempore in ſuſpicionem tibi debui venire, partium cauſa potiùs, quàm tua, tibi ſuadere, ut te aut cum Cæſare,

t & ipſa valeo, *alii.*
v bene *MS.*
x rectiſſima *MSS.* P. B.

prœlio. & in literis Caſſii, *ſpectrâ Catinâ*, pro *Catiana*; & *Hirtiano.* Hoc idem videtur obſervaſſe Priſcianus non indiligens Grammaticus, cujus lib. II. hæc ſunt verba: *Inveniuntur tamen auctoritate veterum; vel euphoniæ cauſa maxime in propriis quadam non ſervantia ſupra dictas regulas; ut Ligus Liguris, Ligurinus, non Ligurianus; Cenſor Cenſoris, Cenſorinus, non Cenſorianus.* Victor.

41. *Superiorum temporum fortuna.*] Quòd adhuc ceſſavimus, condonetur Reip., quæ nos aliò rapuit. *J. F. Gronov.*

42. *Hanc ipſi præſtare debemus.*] Sc. cauſſam, vel horum temporum cauſſam. nunc ſublatus eſt iſte Reip. obtentus: & ſi peccemus, non poſſumus delegare culpam, ſed ipſi ea tenemur. *Idem.*

ſare, nobiſcumque conjungeres, aut certè in otium referres: præcipuè [y] nunc jam, inclinata victoria, ne poſſum quidem in ullam aliam incidere opinionem, niſi in eam, in qua ſcilicet [z] tibi ſuadere videar, quod piè tacere non poſſum. Tu [a] autem, mi Cicero, ſic hæc accipies, ut, ſive probabuntur tibi, ſive non probabuntur, ab optimo certè animo, ac deditiſſimo tibi, & cogitata, & ſcripta eſſe judices. Animadvertis, Cn. Pompejum nec nominis [b] ſui, nec rerum geſtarum gloria, [c] neque etiam regum ac nationum clientelis, quas oſtentare crebrò ſolebat, eſſe tutum: & hoc etiam, quod infimo cuique contigit, illi non poſſe contingere, ut honeſtè [d] effugere poſſit, pulſo Italia, amiſſis Hiſpaniis, capto exercitu veterano, [43] circumvallato nunc denique: [44] quod neſcio, an ulli umquam noſtro acciderit imperatori. Quamobrem, quid aut ille ſperare poſſit, aut tu, animum adverte pro tua prudentia. Sic enim facillimè, quod tibi utiliſſimum erit, conſilii capies. Illud autem [e] te peto, ut, ſi jam ille evitaverit hoc periculum, & ſe abdiderit in claſſem, tu tuis rebus conſulas: & aliquando tibi potiùs, quàm cuivis, ſis amicus. Satisfactum eſt jam à te vel officio, vel familiaritati; ſatisfactum etiam partibus, & [f] ei reipublicæ, quam tu probabas. reliquum eſt, ubi nunc eſt reſpublica, ibi ſimus potiùs, quàm, dum illam veterem [g] ſequamur, ſimus in nulla. Quare velim, mi jucundiſſime Cicero, ſi fortè Pompejus pulſus his quoque locis, rurſus alias regiones petere cogatur, ut tu te vel Athenas, vel in quamvis quietam recipias civitatem. Quod ſi eris facturus, velim mihi ſcribas, ut ego, ſi ullo modo potero, ad te advolem. Quæcumque de tua

y cum jam i. v. ſit. *MS.*
z tua de re tibi. *alii.*
a vero *MS.*
b vi *Gulielm.*
c *alii* nec.
d fugere *MS.*
e *ita MSS. alii* à te.
f ei *deeſt in MSS.*
g ſequimur *alii.*
E. CXXXI.

[43]. *Circumvallato nunc denique.*] Legendum fortaſſe eſt, *circumvallato nunc undique.* Lambin. Circumvallatus autem fuit ad Petram prope Dyrrachium. Vide Flor. lib. IV. cap. 2. & Lipſium V. de Mil. 13. *Græv.*

[44]. *Quod neſcio, an ulli umquam noſtro acciderit imperatori.*] Pro, *fortaſſe*, uſurpat ſæpe Cicero, *Neſcio*, vel, *Haud ſcio*, majore quadam elegantia, ut infra, epiſt. 14. *Contigit enim tibi, quod haud ſcio an nemini.* Et epiſt. 15. *Eſt id quidem magnum, atque haud ſcio an maximum.* Et de Orat. lib. II. *Videtis ne, quantum munus ſit oratoris hiſtoria, haud ſcio an flumine orationis & varietate maximum.* Ibidem: *Magnum quoddam opus eſt, atque haud ſcio, an de humanis operibus longe maximum.* P. Manut.

45. *Alter*

ſua dignitate ab imperatore erunt impetranda; qua eſt humanitate Cæſar, facillimum erit ab eo tibi ipſi impetrare: & meas tamen preces apud eum non minimum auctoritatis habituras puto. Erit tuæ quoque fidei, & humanitatis, curare, ut is tabellarius, quem ad te miſi, reverti poſſit ad me: & à te mihi litteras [h] referat. h referre *MS.*

EPISTOLA X.

ARG. *Quaſi per jocum ſcribit, inter Niciam & Vidium ſe judicem eſſe conſtitutum: & item per jocum P. Sullæ mortem ſignificat. Cæſare quartum conſule, ſine collega.* [A. V. C. DCCVIII.] Hanc præceſſit ep. 17. lib. xv. ſequitur ep. 16. ejusdem libri.

M. CICERO P. DOLABELLÆ S. D.

NON ſum auſus Salvio noſtro nihil ad te litterarum dare. nec meherculè habebam, quid ſcriberem, niſi [i] te à me mirabiliter amari: de quo etiam nihil ſcribente me, te non dubitare, certò ſcio. Omnino mihi magis litteræ ſunt [k] exſpectandæ à te, quàm à me tibi. Nihil enim Romæ geritur, quod te putem ſcire curare: niſi fortè ſcire vis, me inter Niciam noſtrum & Vidium judicem eſſe. Profert [45] alter (ut opinor) duobus verſiculis expenſum Niciæ: alter Ariſtarchus hos ὀβελίζει. Ego, [46] tamquam criticus antiquus, judicaturus ſum, utrùm ſint τοῦ ποιητοῦ, an παρεμβεβλημένοι. Puto [l] nunc dicere: Oblituſne es igitur fungorum illorum, quos apud Niciam? & [47] ingentium ſquillarum

i me a te *MS.*
k expetendæ *alii.*
l te nunc *alii.*

45. *Alter duobus verſiculis.*] Vidius a Nicia petit nummos, quos eum ſibi debere dicit, quos in Calendario ſuo, vel tabulis expenſi ei crediſſe ſcriptum profert. *Expenſum ferre alicui* eſt imputare alicui, erogatum alicui teſtari, ſcribere, dicere. *Duobus verſiculis* eſt duobus titulis vel nominibus. *J. F. Gronov.*

46. *Tanquam Criticus antiquus.*] Ad hujus loci illuſtrationem vide omnino Budæum ad Pandectas Leg. 3. in §. minorem, & Perizon. in Animadv. Hiſt. c. x. p. 420. *Verburg.*

47. *Ingentium Culinarum cum Sophia Septimia.*] Nos hunc locum valde ſuſpectum habemus: quidam corrigunt, *cochlearum*; nos nihil immutare voluimus, cum nihil certi haberemus: nec tamen locum ſilentio præterire rectum putavimus, præſertim cum antiquus codex hac parte luxatus ſit, non ſine nota illa in margine, quam mendoſis locis apponit. Eſt autem in illo, ut nihil prætermittamus, *Ingentium gularum*; ut appareat unde verbum illud, quod nunc omnes impreſſi habent, *Culinarum*, deductum ſit.

m ita Victor. alii adeone tu mihi.

rum 48 cum Sophia Septimiæ? Quid ergo? m tu adeo mihi excuſſam ſeveritatem veterem putas, ut ne in foro quidem 49 reliquiæ priſtinæ frontis appareant? ſed tamen ſuaviſſimum 50 συμβιώτην noſtrum, præſtabo inte-

Victorius. Et ingentium gallinarum.] Codices vulgati, (quibuſcum tamen conſentiunt nonnulli manuſc. quos & P. Victorius ſecutus eſt) habent, *& ingentium culinarum*: alii, partim, *integriuſcularum*: partim, *ingentium gularum*: partim, *ingentium cochlearum*: partim, *ingentium ferculorum*: partim, *ingentium gallinarum*: quam ſcripturam probavi. *Lambin. Ingentium Culinarum cum Sophia Septimiæ.*] Nihil à vulgatâ demutare voluimus præſertim nihil adjuvantibus libris. Pal. pr. *ingentium cularum cum Sophia ſeptime.* Sextus verò: *& ingenti vincularum cum Sophia ſeptume.* Variè autem excarnificatus locus: alii *integriuſcularum.* alii *ingentium gularum:* vel *ingentium cochlearum*: partim *ingentium ferculorum*: Lamb. probavit: *ingentium gallinarum.* Gebhard. *Ingentium culinarum.*] MS. *cularum.* lege, *ſquillarum.* Plin. 11. ep. 17. *Mare non ſane pretioſis piſcibus abundat, ſoleas tamen & ſquillas optimas egerit.* Martial. XIII. 83.

Cœruleus nos Liris amat, quem ſilva Marica
Protegit: hinc ſquilla maxima turba ſumus.

Juvenal. V. 82.

Quæ fertur Domino ſquilla. J. F. Gronov.

48. *Cum Sophia Septimia.*] Pantagathus legebat *Septimiæ* gignendi caſu. *Urſinus. Cum Sepia Septimiæ.*] F. *Cum ſepia.* Plaut. Caſin. II, 8, 59.

Emito ſepiolas, lepadas, lolliguncculas.

Plin. IX, 29. *J. F. Gronov.*

49. *Reliquiæ priſtinæ frontis.*] Id eſt, priſtinæ gravitatis ac pudoris, nam pro utrovis vocabulum *frons* interdum ponitur, quod nempe utriusque indicia maxima in fronte ac vultu hominis appareant. Manil. lib. III. Aſtronom.

——— & populo nudantem condita jura,
Atque expenſa ſua ſolventem jurgia fronte.

Horat. lib. I. ep. 9.

Sic ego majoris fugiens opprobria culpæ,
Frontis ad urbanæ deſcendi præmia.

Senec. lib. II. De Benef. c. I. *Multi autem ſunt, quos liberales facit frontis infirmitas*, i. e. verecundia aut pudor in negando. Contrà autem *firmâ fronte* eſſe dicitur, quem non facile pudet. Senec. de Conſt. Sap. c. XVII. *Adverſus alia maledicta, mores & vitam convulnerantia, frontis illi firmitas conſtitit: adverſus hoc tam abſurdum lacrimæ prociderunt. Tanta animorum imbecillitas eſt, ubi ratio diſceſſit.* Idem.

50. Συμβιώτην.] Convictorem noſtrum non ſinam jacturam facere: ſignificat, ſi pronunciaturus ſit, debere videri, ſe pro eo pecuniam numeraturum. Suet. Oct. 4. *Idem.*

51. Nec

tegellum :. 51 nec committam, ut, ſi ego eum condemnaro, tu reſtituas, 52 ne habeat Burſa Plancus, 53 apud quem litteras diſcat. Sed quid ago? cùm mihi ſit incertum, tranquillone ſis animo, an, ut in bello, in aliqua majuſcula cura negotiove verſere, labor longius. Cùm igitur mihi erit exploratum, te libenter eſſe riſurum, ſcribam ad te pluribus. Te tamen hoc ſcire volo, vehementer populum ſollicitum fuiſſe 54 de P. Sullæ morte, antè quàm certum [n] ſcierit. Nunc quærere deſierunt, quomodo perierit. ſatis putant, ſe ſcire, quod ſciunt. 55 Ego cetero- P. R. n *ita Lamb.* ſciret.

51. *Nec committam.*] Nec dabo tibi occaſionem, ſi damnatus fuerit, per Cæſarem eum reſtituendi in integrum. Tacite reprehendit multa judicia a Cæſare reſciſſa & reſtitutos exſules. *J. F. Gronov.*

52. *Ne Burſa Plancus.*] Ne ille tuo hoc beneficio devinctus Planco veſtro Burſæ ſe dedere compellatur, & illum barbarum literarum elementis imbuere. Nam & hic fuerat inimicus Ciceronis, & quum melioribus temporibus damnatus eſſet, a Cæſare civitatem receperat. *Idem.*

53. *Apud quem litteras diſcat.*] Mordet veterem ſuum inimicum Burſam, ut imperitum litterarum, & Grammaticis uti ſolitum, fortaſſe etiam hoc ipſo Nicia, ut aliquid diſceret. Erat autem hic quoque Burſa, unus ex iis, quos lege Pompeja damnatos reſtituerat Cæſar. epiſt. 2. lib. VII. *P. Manut.*

54. *De P. Sulla morte.*] Tribus locis Sullæ hujus ſectoris a Cicerone mentio facta eſt, quamvis ſemper diverſis prænominibus ille diſtinctus ſit, quod culpa librariorum factum puto: eundem omnino hominem in iis omnibus locis affirmarim: nam quin in epiſtolis ad Caſſium idem de quo nunc ſermo eſt, intelligatur dubium eſſe non poteſt: tempora enim conveniunt, & iiſdem pene verbis tota res narratur: jam jocatus eſt de morte illius Cicero cum Caſſio, quemadmodum nunc cum Dolabella facit. Tertius locus eſt, ubi avaritia illius accuſatur, in II libro de Officiis, ſic enim inquit: de *haſta* autem agebat: *quam L. Sulla cum vibraſſet, dictatore propinquo ſuo: Idem ſexto & triceſimo anno poſt a ſceleratiore haſta non receſſit.* Nihil mirum igitur, ſi magno in odio erat apud omnes, cum calamitatibus aliorum civium patrimonium ſuum conſtituere ſoleret, & in eodem nefario quæſtu avide poſt tot annos iterum verſaretur. *Victorius. P. Sulla.*] Qui Cæſaris haſtæ præfuit, ut in Quæſtura a nobis dictum eſt. ep. 17 & 19. lib. XV. *Corrad.*

55. *Ego cetera qui animo æquo fero.*] Hæc erat vulgaris lectio, quæ nihil a vetuſta diſcrepabat, nec tamen eam veriti ſumus damnare & explodere: exiſtimamus enim aliquantum mendi illam occupaſſe legique debere, *Ego ceteroqui animo æquo fero:* eſt enim dura admodum ſtructura, ſi illo modo legas: nec videtur de ullis aliis rebus loqui voluiſſe, ut verbum illud, *cetera*, locum hic habere

ceteroqui animo æquo fero; unum vereor, ne haſta Cæſaris 56 refrixerit.

EPISTOLA XI.

ARG. *Tulliolæ filiæ ſuæ mortem, Dolabellæ, qui jam antea cum ea divortium fecerat, dolenter ſignificans, ait ſibi plurimum ſolatii in illius conſuetudine & ſermonibus futurum. ſuos obtrectatores ab eo refutari vult: ſed amorem in ſe ex eo patefieri magis gaudet. Excuſat brevitatem litterarum ſuarum. Cæſare quartum conſule, ſine*

bere poſſit: tantum de *morte Sullæ* jocoſe (ut opinor) narravit: hoc autem adverbio duobus locis uſus eſt in epiſtolis ad Atticum, quemadmodum in optimis exemplaribus invenimus, ut lib. XII. *Ne vivam, mi Attice, ſi mihi non modo Tuſculanum, ubi ceteroqui ſum libenter, ſed μακάρων νῆσοι tanti ſunt, ut ſine te ſim totos dies.* Et lib. XIV. *O loca ceteroqui valde expetenda, interpellantium autem multitudine pene fugienda.* Sed & in Oratore etiam in vulgatis codicibus, *Illam autem concinnitatem, quæ verborum collocationem illuminat his luminibus, quæ Græci (quaſi aliquos geſtus orationis) σχήματα appellant, quod idem verbum ab iis etiam in ſententiarum ornamenta transfertur. Adhibet quidem hic ſubtilis, quem niſi quod ſolum, ceteroqui recte quidam vocant Atticum, ſed paulo parcius.* Et in epiſtola etiam poſteriore ad Leptam, *Si modo tecti ſatis eſt ad comitatum noſtrum recipiendum, ceteroqui is mihi locus non diſplicet.* Credimus autem formatum eſſe hoc adverbium, quemadmodum, *alioqui*, quod magis in uſu eſt, & eundem pene ſignificatum habet, ut hic oſtendat ſe mortem Sullæ non moleſte laturum fuiſſe, niſi vereretur unum incommodum tantum, quod ex ejus obitu conſequi videbatur: id autem erat, *ne haſta Cæſaris refrixiſſet:* ut taxet illum tanquam ſectorem & emptorem bonorum civium, quæ a Cæſare vendebantur. Eſt autem facete dictum. Eundem etiam jocum movet iiſdem pene verbis in eadem perſona in epiſtola ad Caſſium, *Nos hic D. Sullam patrem mortuum habebamus, alii a latronibus, alii cruditate dicebant: populus non curabat, combuſtum enim eſſe conſtabat: hoc tu pro ſapientia tua feres æquo animo, quanquam πρόσωπον πόλεως amiſimus. Cæſarem putabant moleſte laturum, verentem ne haſta refrixiſſet:* ut accuratius videndum ſit, cum de eodem agi ambobus his locis manifeſtum ſit, cum priore *P.* appelletur, poſteriore vero *D.* in utro mendum ſit. Vulgata ſane lectio frigida erat & inepta meo judicio: unius autem literæ correctione arbitror illam valde illuſtratam eſſe: nec mirum eſt in voce parum frequenti antiquiores etiam librarios deceptos eſſe. *Victorius.*

56. *Refrixerit.*] *Refrigeſcere* dicuntur ea, quæ ceſſant. epiſt. 5. lib. II. ad Q. fr. *Quod de Pompejo Caninius agit, ſane quam refrixit.* Contrario ſenſu accipitur, *Calere.* pro Plancio: *Crimen de nummis caluit re recenti, nunc in cauſſa refrixit.* ep. 17. libro decimo-quinto: *Cæſarem putabant moleſte laturum, verentem ne haſta refrixiſſet.* P. Manut.

57. Gra-

ſine collega. [A. V. C. DCCVIII.] Hanc præceſſit ep. 16. lib. XIII. ſequitur ep. 5. lib. IV.

CICERO DOLABELLÆ.

VEL meo ipſius interitu mallem litteras meas deſiderares, quàm eo caſu, quo ſum graviſſimè afflictus: quem ferrem certè moderatiùs, ſi te haberem. Nam & oratio tua prudens, & amor erga me ſingularis, multùm levaret. Sed ° quum brevi tempore, ut opinio noſtra eſt, te ſum viſurus, ita me affectum offendes, ut multùm à te poſſim juvari: non quò ita ſim fractus, ut aut hominem me eſſe oblitus ſim, aut fortunæ ſuccumbendum putem; ſed tamen hilaritas illa noſtra & ſuavitas, quæ te præter ceteros delectabat, erepta ᵖ mihi omnis eſt. Firmitatem tamen & conſtantiam, ſi modò fuit aliquando in nobis, eandem cognoſces, quam reliquiſti. Quòd ſcribis, prœlia te mea cauſa ſuſtinere: non tam id laboro, ut, ſi qui ᑫ mihi obtrectent, à te refutentur; quàm intelligi cupio, quod certè intelligitur, me à te amari. quod ut facias, te etiam atque etiam rogo. Ignoſcaſque brevitati litterarum mearum. nam & celeriter unà futuros nos arbitror, & nondum ſatis confirmatus ſum ad ſcribendum.

o quoniam *MSS.*

p nihil omnino *alii malè.*

q me *MS. Grut.*

P. CXXXII.

EPISTOLA XII.

ARG. *Gratulatur Dolabellæ de repentina Bajarum ſalubritate: orationem pro Dejotaro rege ad Cæſarem habitam mittit. Cæſare quartum conſule, ſine collega.* [A. V. C. DCCVIII.] Hanc præceſſit ep. 10. lib. V. ſequitur ep. 30. lib. VII.

CICERO DOLABELLÆ.

57 GRATULOR Bajis noſtris; ſiquidem, ut ſcribis, 58 ſalubres repente factæ ſunt: niſi fortè te amant, & tibi aſſentantur; & tamdiu, dum tu ades, ſunt oblitæ ſui. Quod quidem ſi ita eſt, minimè miror,

57. *Gratulor Bajis noſtris.*] Meæ villæ in Bajano. *J. F. Gronov.*

58. *Salubres repente.*] Ludit in vocabulo *ſalubris*, id enim nonnunquam adverſum habet, non conducens ſanitati: & ſic Bajæ ſemper ſalubres. Sed nonnunquam *ſalubre* opponitur *luxurioſo*, ut *ſalubrem Principem* dicit Suetonius Oct. 42. & ita hic accipit Cicero. *Idem.*

 59. Mu-

r etiam *deeſt in MS.*

s quam *non habent quid. MSS.*

t *alii* magnopere.

ror, cælum [r] etiam & terras vim ſuam, ſi tibi ita conveniat, dimittere. Oratiunculam pro Dejotaro, quam requirebas, habebam mecum, quod non putaram. Itaque eam tibi miſi. [s] quam velim ſic legas, ut cauſam tenuem & inopem, nec ſcriptione [t] magno opere dignam. Sed ego hoſpiti veteri & amico
59 munuſculum mittere volui levidenſe, craſſo filo, cujusmodi

59. *Munuſculum mittere volui levidenſe.*] Nos verbum illud, *volui*, in nullis antiquioribus codicibus invenimus, nec tamen delere voluimus, cum aliquid omnino, ſi non ſit illud, deſideretur, ut perfecta ſit ſententia: niſi fortaſſe (quod ſuſpicor) verba illa ſint ex aliquo Poëta: quæ ſi tota haberemus, locum hunc per ſe illuſtrem & planum facerent: nunc ignorata non parvas tenebras eidem offundunt. Nos ut in re incerta, nihil quod certi proferamus, habemus. *Victorius.* Officii mei quondam eſſe putavi, veterem hujus loci ſcripturam notam facere: quod nunc repeto, quia alii in pluribus antiquiſſimis vocem, quam tunc diximus in noſtris melioribus non inveniri, inveniſſe ſe affirmant: quibus fidem deeſſe non credimus, quemadmodum nos etiam hæc non fingimus. Mediceus certe codex ita legit. Nihil tamen ne nunc quidem immutamus. Eruditiſſimi illi atque humaniſſimi viri, de quibus antea locutus ſum, qui plura manu ſcripta exemplaria hujus mei laboris adjuvandi cauſa accurate inſpexerunt, affirmant ſe in nullo, *volui*, inveniſſe. *Idem in poſter.* *Levidenſe.*] Secutus ſum libb. manuſcriptos, non damnata Octavii Pantagathi, viri doctiſſ. conjectura, exiſtimantis legendum, *levi dente:* quam adjuvat vetus codex Memm. in quo leſt, *levi denſe*, disjunctim ſcriptum, & *denſe*, ſine diphthongo. *Levi dente* autem, id eſt, levi pectine. Jam vero Iſidorus docet, *levidenſem* veſtem dictam, raro filo leviterque denſatam; contra, *pavidenſem*, ſeu, *pavitenſem*, quaſi graviter preſſam. *Lambin.* Vox *levidenſe* mihi quidem ſuſpecta eſt, atque eo magis, quod a nullo, præterquam ab Iſidoro, veterum Grammaticorum citatur: a quibus nullo pacto fuiſſet prætermita, ſi ea vel ſemel Ciceronem uſum animadvertiſſent. Ego autem puto ita primum a Cicerone ſcriptum fuiſſe, *& amico munuſculum mittere volui leve craſſo filo*, deinde inductam ab aliquo gloſſam *denſo* ſuper verbum *craſſo*, & ab indocto librario in ſeriem receptam, ex duabus vocibus *leve denſo* unam factam eſſe *levidenſe.* Octavius Pantagathus ſine verbo, *volui*, quod abeſt a quibusdam libris, ita legebat: *Sed ego hoſpiti veteri & amico munuſculum mittere levi dente craſſo filo, cujuſmodi ipſius ſolent eſſe munera.* Urſin. *Munuſculum mittere volui levidenſe, craſſo filo.*] Verbum *volui* abeſt à Palatino primo. pro *levidenſe* diviſim ille *levi denſe*, ſicut ſextus, *leve denſe.* ſed ut edidimus, exhibuit prima editio & poſtea Victorius, Manutius, Lambinus. Pantagathus verò: *ſed ego hoſpiti veteri & amico munuſculum mittere levi dente craſſo filo, cujusmodi.* & quod cur tanto opere doctis allubeſceret, non excogitavi. Levius verò tippulâ, quod ariolatur

Ful.

juſmodi ipſius ſolent eſſe munera. Tu velim animo ſapienti fortique ſis: ut tua moderatio & gravitas aliorum infamet injuriam.'

EPISTOLA XIII.

ARG. *Rogat Dolabellam, ut Suberino & Planio reditum in patriam a Cæſare impetret; eosque ita excuſat, ut oſtendat, caſu quodam & neceſſitate coactos Pompeji partes in Hiſpania ſecutos eſſe. Cæſare quartum conſule, ſine collega: Hiſpanienſi bello confecto, cum nondum tamen Cæſar in Italiam revertiſſet. nam præſenti Dolabellæ commendaticias litteras Cicero non miſiſſet.* [A. V. C. DCCVIII.] Hanc præceſſit epiſt. 19. lib. xv. ſequitur ep. 15. lib. XIII.

CICERO DOLABELLÆ S.

CAJUS [v] Subernius Calenus, & meus eſt familiaris, & Leptæ noſtri familiariſſimi perneceſſarius. is cùm vitandi belli cauſa profectus eſſet in Hiſpaniam cum M. Varrone ante bellum, ut in ea provincia eſſet, in qua nemo noſtrûm, poſt Afranium ſuperatum, bellum ullum fore [x] putarat; incidit in ea ipſa mala, quæ ſummo ſtudio vitaverat. Oppreſſus eſt enim bello repentino: quod bellum commotum à Scapula, ita poſteà confirmatum eſt à Pompejo, ut nulla ratione ſe ab illa miſeria eripere poſſet. Eadem cauſa ferè eſt M. Planii heredis, qui eſt item [y] Calenus, Leptæ noſtri familiariſſimus. Hoſce igitur [z] ambo tibi ſic commendo, ut majore cura, ſtudio, ſollicitudine animi commendare non poſſim. Volo ipſorum cauſa: meque in eo vehementer & amicitia movet, & humanitas. Lepta verò cùm ita laboret, ut ejus fortunæ videantur in diſcrimen venire: non poſſum ego non aut proximè, atque ille, aut etiam æquè laborare. Quapropter, etſi ſæpe expertus ſum, quantùm me amares: tamen ſic velim tibi perſuadeas, id me in hac re maximè judicaturum. Peto

[v] Uberinus *MS. alii* Suberinus.

[x] putaret *MSS.*

[y] ut Calenus. *Grav. e MSS.*

[z] ambos *alii.* P. B.

Ful. Urſinus; *amico munuſculum mittere volui leve craſſo filo.* Gebh. Vocem *levidenſe* ne Latinam quidem putat celeb. Burmannus ad Ovid. Amor. 1, 14. conjicitque *levi penſo*, quod mihi non valde arridet, qui, ſi quid mutandum ſit, legere malim, *munuſculum mittere volui vile ac denſum, craſſo filo.* Quæ conjectura ſe forſan acutioribus probabit. Ego tamen nihil pro certo affirmo, quum ipſi veteres jam ita hunc locum, ut nunc legitur, in ſuis ſcriptis protulerint. *Verburg.*

Peto igitur à te, vel, ſi pateris, oro, ut homines miſeros, & fortuna, quam vitare nemo poteſt, magis quàm culpa, calamitoſos, conſerves incolumes: veliſque per te, me hoc muneris cùm ipſis amicis hominibus, [a] tum municipio Caleno, [b] quocum mihi magna neceſſitudo eſt, tum Leptæ, quem omnibus antepono, dare. Quod dicturus ſum, puto equidem non valde ad rem pertinere, ſed tamen nihil obeſt [c] dicere. res familiaris alteri eorum valde exigua eſt, alteri vix equeſtris. Quapropter quum his Cæſar vitam ſua liberalitate conceſſit, nec eſt, quod iis prætereà magnopere poſſit adimi: reditum, ſi me tantùm amas, quantùm certè amas, hominibus confice. In quo nihil eſt, præter viam longam: quam idcirco non fugiunt, ut & vivant cum ſuis, & moriantur domi. Quod ut enitare, contendaſque, vel potiùs ut perficias, (poſſe enim te, mihi perſuaſi) vehementer te etiam atque etiam rogo.

a cum *MS.*
b *alii* quicum.
c dicere *abeſt a MSS.*

EPISTOLA XIV.

ARG. *Dolabellam effert laudibus, quia columnam & aram Cæſari mortuo, tamquam deo, erectam everterat, homineſque peſſime contra civitatem & libertatem animatos ſupplicio affecerat. Scripta paullo poſt Cæſaris necem, M. Antonio & ipſo Dolabella Coſſ.* [A. V. C. DCCIX.] Hanc præceſſit ep. 23. lib. XIV. ſequitur ep. 16. lib. XII.

CICERO DOLABELLÆ CONSULI S.

ETSI contentus eram, mi Dolabella, tua gloria; ſatiſque ex ea magnam lætitiam voluptatemque capiebam: tamen non poſſum non confiteri, cumulari
P. CXXXIII. me maximo gaudio, quòd vulgò hominum opinio ſocium me adſcribat tuis laudibus. Neminem conveni (convenio autem quotidie plurimos: ſunt enim permulti optimi viri, qui valetudinis cauſa in hæc loca [d] veniant; præterea ex municipiis frequentes neceſſarii mei) [60] qui omnes, cùm te [61] ſummis laudibus ad cælum

d *alii* conveniant.

60. *Quin omnes.*] P. Victor. & eum ſecutus Gebhardus ediderunt, *qui omnes.* nec nego in Amſtelod. Vatic. Med. Peck. Stewech. ſic legi: ſententia tamen loci non fert hanc lectionem. nihil enim eſt unde pendeat præcedens, *conveni neminem*, &, quod po-

ſum extulerunt, mihi continuò maximas gratias agant. Negant enim ſe dubitare, quin tu meis præceptis & conſiliis obtemperans præſtantiſſimum te civem & ſingularem conſulem præbeas. Quibus ego, quamquam veriſſimè poſſum reſpondere, te, quæ facias, tuo judicio, & tua ſponte facere, nec cujuſquam egere conſilio: tamen neque planè aſſentior, ne imminuam tuam laudem, ſi omnis à meis conſiliis profecta videatur: neque valde nego. Sum enim avidior etiam, quàm ſatis eſt, gloriæ. 62 Et tamen non alienum dignitate tua, quod ipſi Agamemnoni, regum regi, fuit honeſtum, habere aliquem in conſiliis capiundis Neſtorem: mihi verò glorioſum, te [e] juvenem conſulem florere laudibus, quaſi alumnum diſciplinæ meæ. L. quidem Cæſar, cùm ad eum ægrotum Neapolim [f] veniſſem, quamquam erat oppreſſus totius corporis doloribus, tamen antè, quàm me planè [g] ſalutavit, O mi Cicero, inquit, gratulor tibi, [h] cùm tantum vales apud Dolabellam, quantum ſi ego apud ſororis filium valerem, [i] jam ſalvi eſſe poſſemus. Dolabellæ verò tuo & gratulor, & gratias ago: quem quidem poſt te conſulem, ſolum poſſumus verè conſulem dicere. 63 Deinde multa

[e] virentem *MS.*
[f] venirem *MS.*
[g] ſalutaverit *MS.*
[h] *alii* quod.
[i] jam *non eſt in aliquot MSS. alii* tum.

potiſſimum eſt, ſequens *agant.* Hinc neceſſario cum aliis libris ſcribendum, *quin omnes.* Grævius.

61. *Summis laudibus.*] Ob everſam columnam & aram. epiſt. 2. lib. XI. & 1. lib. XII. & ad Att. epiſt. 15, 16, 19. lib. XIV. & Phil. 1. præterea Suetonius, Appianus lib. III. Lactantius lib. I. c. 15. alii. *P. Manut.*

62. *Et tamen non alienum dignitate tua.*] Peckio quidem excerpta: & prima edit. *alienum dignitati tua*, quod mihi magis quamvis probatur, tamen ob raritatem teſtium non auſus ſum inducere fundo ac rei Tullianæ. Sic Attico l. I. ep. I. *non aliena rationi noſtra fuit illius hac praepropera prenſatio.* ſed ut edidi, inveni in Pall. duobus, Vatic. duobus Gulielmianis, editione Victorii. Potius certè quadrat lectio prius mihi indicata. vulgatum erat, *eſt tamen non alienum à dignitate &c.* Gebhard.

63. *Deinde multa de facto, ac de re geſta.*] Interpretatur Græcam vocem πρᾶξιν, qua in epiſtolis ad Atticum in hac re exponenda non ſemel uſus eſt: multis etiam aliis in locis eodem Latino verbo Græcum expreſſit. In Philippica prima, *Erectus enim maximi & pulcherrimi facti conſcientia.* Ad Atticum, ὦ πράξεως καλῆς μὲν, ἀτελοῦς δέ. Etſi cum commode facere poteſt, Græco potius utitur. Recentiores interpretes Ariſtotelis in libris, quos confecit de vita & moribus, *actionem* potius appellarent: putant enim diſtingui oportere apud Latinos diverſas res diverſis nominibus, quemadmodum

multa de facto, ac [64] de re geſta: tum nihil magnificentiùs, nihil præclariùs actum umquam, nihil reipublicæ ſalutariùs. Atque hæc una vox omnium eſt. A
P. B. te autem peto, ut me hanc quaſi falſam [65] hereditatem alienæ gloriæ ſinas cernere: meque aliqua ex parte, in ſocietatem tuarum laudum venire patiare. quamquam, mi Dolabella, (hæc enim jocatus ſum) libentiùs omnes meas, ſi modò ſunt aliquæ meæ laudes, ad te [k] transfuderim, quàm aliquam partem exhauſerim ex tuis. Nam cùm te ſemper tantùm dilexerim, quantùm tu intelligere potuiſti: tum his tuis factis ſic incenſus ſum, [66] ut nihil umquam in amore fuerit ardentius. Nihil eſt enim

k *alii* transtulerim.

admodum apud Græcos fit: illi enim habent ποίησιν & πρᾶξιν, poſterioremque ſemper ſervarunt, ut actionem redderent: quod Cicero, quemadmodum apparet, neglexit: nam hic non de manuum opere, ſed de civili facinore agitur. *Victor.*

64. *De re geſta.*] De ſervis cruci affixis, liberis de rupe Tarpeja dejectis. ep. 15. lib. XIV. ad Att. *O mirificum Dolabellam meum! jam enim dico meum: antea, crede mihi, ſubdubitabam. magnam ἀναθεώρησιν res habet, de ſaxo, in crucem, columnam tollere, locum illum ſternendum locare. quid quæris? heroica.* Et ad eundem, infra. *P. Manut.*

65. *Hæreditatem alienæ gloriæ cernere.*] Eleganti translatione dicitur pro partem alienæ gloriæ capere & in ſe derivare, perinde ut hæres ſolet capere jus univerſum defuncti. Eſt enim cernere hæreditatem proprie phraſis juris, & proprie dicuntur, qui deſinunt deliberare, decernuntque illam adeundam. lib. XI. ad Attic. ep. 2. *Litteras tuas accepi pridie Non. Febr. eoque ipſo die ex teſtamento crevi hæreditatem.* Id eſt adii, hæredem me profeſſus ſum. Valer. Max. lib. V. c. 3. de Cimone Miltiadis filio, qui ut patrem in carcere mortuum ſepulturæ traderet, ipſe ſe vinculis ligandum dedit: *Hanc*, inquit, *hæreditatem paternam maximi ducis filius & futurus ipſe ætatis ſuæ dux maximus, ſolam ſe creviſſe, catenas & carcerem, gloriari potuit.* J. F. Gronov. Iſidorus inquit centeſimum diem fuiſſe conſtitutum hæreditatis adeundæ, ſed numerum iſtum dierum pro voluntate teſtatoris mutatum eſſe patebit ex Cic. lib. XIII. ad Attic. ep. 46. & lib. XV. ep. 2. in fine. *Cuperus.* Non opus eſt diutius huic voci immorari poſt ea, quæ Jac. Perizonius & Lud. Kuſterus, viri clariſſimi, de hac voce ſcripſerunt, & quidem Perizonius in Minerv. Sanctian. p. 773. Kuſterus autem in ſingulari Diatriba ſuper eadem voce.

66. *Ut nihil umquam in amore fuerit ardentius.*] Pal. primus: *in amore mi fuerit ard.* Peck. verò ac Stewech. *in amore mihi fuerit ard.* quemadmodum excuſum eſt in editionum antiquiſſima. Palatinus verò ſextus; & unus ex Gulielmio conſultis; *in amorem fuerit ard.* unde ille: *in amore me fuerit ardentius.* Gebhard.

67. *Ama-*

enim (mihi crede) virtute formoſius, nihil pulchrius, nihil amabilius. Semper amavi (ut ſcis) M. Brutum, propter ejus ſummum ingenium, ſuaviſſimos mores, ſingularem probitatem atque conſtantiam. tamen idibus Martiis tantum acceſſit ad amorem, ut mirarer, locum [l] fuiſſe augendi in eo, quod mihi jampridem cumulatum [m] etiam videbatur. Quis erat, qui putaret, ad eum amorem, quem erga te habebam, poſſe aliquid accedere? tantum acceſſit, ut mihi nunc denique 67 amare videar, anteà dilexiſſe. Quare quid eſt, quòd ego te [n] horter, ut dignitati & gloriæ ſervias? [o] proponam tibi claros viros, quod facere ſolent, qui hortantur? neminem habeo clariorem, quàm teipſum. te [p] imitere oportet: tecum ipſe certes. [q] ne licet quidem tibi jam, tantis rebus geſtis, non tui ſimilem eſſe. Quod cùm ita ſit, hortatio non eſt neceſſaria, gratulatione magis utendum eſt. [r] Contigit enim tibi, quod haud ſcio an nemini, ut ſumma ſeveritas animadverſionis, non modò non invidioſa, ſed etiam popularis eſſet, & cùm bonis omnibus, tum infimo cuique gratiſſima. Hoc ſi tibi fortuna quadam contigiſſet, gratularer felicitati tuæ: ſed contigit magnitudine cùm animi, tum etiam ingenii atque conſilii. Legi enim concionem tuam. P. CXXXIV. nihil illa ſapientius. ita pedetentim & gradatim tum acceſſus à te ad cauſam facti, tum receſſus, ut res ipſa [s] maturitatem tibi animadvertendi omnium conceſſu daret. Liberaſti igitur & urbem periculo, & civitatem metu: neque ſolùm ad tempus [t] maximam utilitatem attuliſti, ſed etiam ad exemplum facti. Intelligere debes, in te [v] poſitam eſſe rempublicam, tibique non modò tuendos, ſed etiam ornandos eſſe illos viros, à quibus initium libertatis profectum eſt. Sed his de rebus coram plura propediem, ut ſpero. Tu quum rempu-

l fuiſſe *deeſt in MS.*
m eſſe *Lamb.*
n hortor *MS.*
o proponas *MSS.*
p imitari *MS.*
q *alii* nec. *MS.* non.
r Contingit *MS.*
s *alii* auctoritatem
t magnam *MS.*
v repoſitam *alii.*

67. *Amare videar, anteà dilexiſſe.*] *Diligere* levius eſt, quam *Amare.* in epiſtola ad M. Brutum: *Clodius valde me diligit, vel, ut* ἐμφατικώτερον, *valde me amat.* ep. 47. lib. XIII. *Quid ego tibi commendem eum, quem tu ipſe diligis? ſed tamen, ut ſcires eum non a me diligi ſolum, verum etiam amari, ob eam rem tibi hac ſcribo.* Et ad M. Brutum apud Nonium: *Aut amabis me, aut, quo contentus ſum, diliges.* Terentius quoque ut diverſa poſuit in Eun. *Non pol, quo quenquam plus amem, aut plus diligam, eo feci.* P. Manut.

68. Per-

publicam noſque conſervas, fac ut diligentiſſimè te ipſum, mi Dolabella, cuſtodias.

EPISTOLA XV.

ARG. *Duabus Pæti epiſtolis reſpondet; priori, jure ſe ejus valetudine perturbatum, cujus & amorem in ſe, & ingenii feſtivitatem plurimi faciat; poſteriori, nihil referre utrum Romæ ſit an Neapoli; cum Romæ unius nutu regantur omnia: itaque ſe manere in ſententia de domo Neapoli emenda. Cæſare tertium & Lepido Coſſ. confecto Africano bello, antequam Cæſar iret in Hiſpaniam contra Pompeji liberos.* [A. V. C. DCCVII.] Hanc præceſſit ep. 28. lib. VII. ſequitur ep. 26. hujus libri.

CICERO PÆTO S.

* *MSS.* Letho *aut* Cetho *aut* Retho.

DUABUS tuis epiſtolis reſpondebo: uni, quam triduo antè acceperam à * Zetho: alteri, quam attulerat Phileros tabellarius. Ex prioribus tuis litteris intellexi 68 pergratam tibi * perſpectum eſſe gaudeo. Sed, mihi

68. *Pergratam tibi eſſe ſententiam meam.*] Nos maluimus hunc locum ut in vetuſtioribus reperimus tradere mendoſum & lacerum, quam ut a quibusdam (ut opinor) ſuppletus erat. Quod ſi attentius verba illa odoraberis, ſenties profecto ſuppoſita eſſe: tam male inter ſe cohærent, & tam parum reliquis conveniunt. Si noſtrum conſilium probabitur gaudebimus: ſcimus autem eruditorum multorum conſenſum in repudiandis, expungendiſque dictionibus ſententiiſque omnibus, quæ temere intra bonorum auctorum fines irruperant. *Victor.* Locum quem in optimis ac vetuſtis codicibus lacerum comminutumque eſſe docuimus, alii, qui nullos locos jacere ac deſperatos eſſe patiuntur, quoquo modo potuerunt reſtituere, de quorum lectione ſollicitus non fui, compertum habens, illam novam commentitiamque eſſe. *Idem in poſter. Sententiam meam & animum meum perſpectum circa curam valetudinis tuæ, quam tibi eſſe gaudeo.* Hæc in Veneto omnia verba omiſſa ſunt, notato loco ſigno mendoſitatis. Ac ſane alii aliter ſaucios hac in parte libros Ciceronis ſanare conati fuerunt. Sed ſine ope veterum exemplorum, præſertim mutila cum ſint ſcripta auctorum, quid fieri poſſit non video. Nobis ſemper cum alia attendenti ſuſpectam reddidere hanc lectionem, tum obſtitit illud *circa*, quod nequaquam loco poſitum eſſe exiſtimarem. Quare præterire hæc, ut aliena & inculcata poterimus. *Camer.* Pantagathus totum hunc locum ita legebat, *Pergratam tibi meam de perturbatione valetudinis tuæ examinationem fuiſſe: amorem erga te meum tibi perſpectum eſſe gaudeo.* Urſin. *Pergratum tibi * perſpectum eſſe gaudeo.*] Locum hiantem ac lacerum ex Pal. primo ac Victorio malui retinere, quàm aliorum ingenio ſuppletum. Lambinus ſtrenuum

mihi crede, 69 non perinde, ut eſt y reapſe, ex litteris y *alii*
perſpicere potuiſti. Nam cùm à ſatis multis (non enim re ipſa.
poſſum aliter dicere) & coli me videam, & diligi:
nemo eſt illorum omnium mihi te jucundior. Nam
quòd me amas; quòd id & jampridem & conſtan-
ter facis, eſt id quidem magnum, atque haud ſcio an
maximum; ſed tibi commune cum multis. quòd tu
ipſe tam amandus es, tamque dulcis, z tamque in z atque
omni genere jucundus, id eſt propriè tuum. Accedunt *alii.*
non Attici, ſed ſalſiores, quàm illi Atticorum, Ro- P. B.
mani veteres, atque urbani ſales. Ego autem (exiſti-
mes licet, a quod lubet) mirificè capior facetiis, ma- a quidlibet
ximè noſtratibus, præſertim cùm eas videam 70 pri- *MSS.*
mùm oblitas Latio, tum, cùm in urbem noſtram eſt
infuſa peregrinitas, nunc verò b etiam Bracatis, & b placet
Tranſalpinis nationibus, ut nullum veteris leporis veſti- &. *MS.*
gium appareat. Itaque, te cùm video, 71 omnes mihi *unde* jacet
c Granios, omnes Lucilios, (verè ut dicam) Craſſos &. *Gul.*
quo- c *ed. vet.* gratias; *alii* Gracchos:

tuum ſe hic dedit legendo: *pergratam tibi eſſe ſententiam meam & curam valitudinis tuæ, animumque erga te meum: quem tibi perſp.* Pal. tamen ſextus & priſca editio: *pergratam tibi curam meam valitudinis.* Gebhard.

69. *Non perinde, ut eſt re abſens literis, &c.*] Veteres codices, *ut eſt reapſe ex literis.* Sic enim non ſolum pro re ipſa priſci illi dicebant, ut Pacuvius, *Si non eſt ingratum reapſe quod feci*, ſed poſteriores, & politiores etiam, ut Cicero, cujus in v. de finibus hæc ſunt verba: *Quamobrem ordiamur ab eo quod modo poſui, quod idem reapſe primum eſt.* Nonnulli autem ſunt, qui omnia, in quæ non paſſim incidunt, ut obſoleta & rudia faſtidiant. *Victor.*

70. *Primum oblitas Latio.*] Deſiiſſe Latium noſtrum, & ſuavitate prævalere. Sup. VII. 31. *Exaruiſſe jam veterem urbanitatem. J. F. Gronov.*

71. *Omnes mihi Gracchos, omnes Lucilios.*] Veteres omnes codices *Granios* habent, quæ vera eſt hujus loci lectio. Fuit enim *Granius* quidam valde facetus, ſed amaris quandoque ſalibus dicax. *Lucilius* item ſatyras ſuas multis ſalibus jociſque reſperſit. De Granio meminit Cicero lib. II. de Oratore. *Qui igitur diſtinguemus a Craſſo, a Catulo, a cæteris, familiarem noſtrum Granium, aut Vargulam amicum meum, non, mehercule, in mentem mihi quidem venit: ſunt enim dicaces, Granio quidem nemo dicacior.* Aliis etiam locis de Granio meminit ut faceto. Nam Granium, Luciliumque & dicaciores, & humilioris fortunæ homines conjungit: *Craſſum* autem, & *Lælium*, qui & nobiliores urbanioreſque erant, ab illis ſeparat. *Victor.* *Omnes mihi Granios.*] Quicumque Granio ſimiles in dictis fuere. Granius præco dicax admodum fuit. nominat eum

L l Cicero

quoque & Lælios videre videor. Moriar, ſi, præter te, quemquam reliquum habeo, in quo poſſim imaginem antiquæ & [72] vernaculæ feſtivitatis agnoſcere. Ad hos lepores cùm amor erga me tantus accedat, miraris, me, tanta perturbatione valitudinis tuæ, tam graviter exanimatum fuiſſe? Quòd autem altera epiſtola purgas te, non diſſuaſorem mihi emptionis Neapolitanæ fuiſſe, ſed auctorem [d] moderationis urbanæ: [73] neque ego aliter accepi. intellexi tamen idem, quod his intelligo litteris, non exiſtimaſſe te, mihi licere, id quod ego arbitrabar, res has non omnino quidem, ſed [74] magnam partem relinquere. Catulum mihi narras, & illa tempora. Quid ſimile? ne [e] mî quidem ipſi tunc placebat diutius abeſſe ab reipublicæ cuſtodia. ſedebamus enim in puppi & clavum tenebamus. nunc autem vix [f] eſt in ſentina locus. An minùs multa ſenatus conſulta futura putas, ſi ego ſim Neapoli? Romæ cùm ſum, & urgeo

d *alii* commorationis.

e *alii* mihi.

f eſt *deeſt in MSS.*

Cicero lib. II. de Orat. & in Bruto, & in oratione pro Plancio, & Lucilius Poeta apud Gellium libro IV. cap. 17.

Conjicere in verſus dictum præconis volebam.
Granii. ——— P. Manut.

72. *Vernaculæ feſtivitatis.*] Genuinæ, inter Romana pomœria natæ. Cic. Bruto: *Tincam, non minus multa ridicule dicentem, Granius obruerat neſcio quo ſapore vernaculo.* in epiſtolis ad Att. lib. VII. ep. 11. αὐτόχθων dicitur. *Me hercule eſt, quam facile diligas, αὐτόχθων in homine urbanitas.* C. Nep. Attico. *Tanta autem ſuavitas erat ſermonis Latini, ut appareret in eo nativum quendam leporem eſſe, non adſcitum.* Petron. *O hominem acutum atque urbanitatis vernaculæ fontem.* Tacit. II. Hiſt. c. 88. *Incurioſos milites, vernacula, ut rebantur, urbanitate quidam ſpoliavere, abſciſſis furtim balteis, an accincti forent, rogitantes.* Gronov. IV. de pec. vet. cap. 10. *Græv.*

73. *Neque ego aliter accepi.*] *Neque*, non disjungit hic, ut alibi, ſed vere valet idem, quod *Ne quidem*: ut ſi dixiſſet, *ne ego quidem aliter accepi.* Simile illud epiſt. 1. lib. VI. *Qui neque, cum id faciebamus, tam eramus amentes.* Et ep. 4. ad Atticum lib. 1. *Quod ſcribis, etiam ſi cujus animus in te eſſet offenſior, a me recolligi oportere: quid dicas? neque id neglexi.* P. Manut.

74. *Magnam partem.*] Ex magna parte. ep. 9. lib. VIII. *Soles libenter, ut ego, majorem partem nihil curare.* Cæſar lib. IV. de Bel. Gal. *Magnam partem lacte vivunt.* Terentius in Eun. & Cicero ipſe Acad. 2. & Tuſc. 4. *Idem.*

75. *Quum in mentem venerit, ponor ad ſcribendum.*] Ubi libuit, ubi fert animus, præſcribitur SC. meum nomen, quaſi ſcribendo adfuerim, etiamſi haudquaquam præſto fuerim. *J. F. Gronov.*

76. *Reges*

urgeo forum, ſenatus conſulta ſcribuntur apud amatorem tuum, familiarem meum. Et quidem 75 cùm in mentem venit, ponor ad ſcribendum: & antè audio ſenatus conſultum in Armeniam & Syriam eſſe perlatum, quod in meam ſententiam factum eſſe dicatur, g ſciam quàm omnino mentionem ullam de ea re [g] eſſe factum. eſſe *MSS.* Atque hoc nolim me jocari putes. Nam mihi ſcito P. CXXXV. jam à regibus ultimis allatas eſſe litteras, quibus mihi gratias agant, quòd ſe mea ſententia 76 reges appellaverim: quos ego non modò reges appellatos, ſed omnino natos neſciebam. Quid ergo eſt? tamen quamdiu hîc erit noſter [h] hic præfectus moribus, [i] parebo auctoritati tuæ. cùm verò aberit, ad fungos me tuos conferam. Domum ſi habebo 77 in denos dies ſingulos ſumptuariæ legis [k] dies conferam. Sin autem minùs invenero, quod placeat: decrevi habitare apud te. Scio enim me nihil tibi gratius facere poſſe. Domum [l] Sullanam deſperabam jam, ut tibi proximè ſcripſi: ſed tamen non abjeci. Tu velim, ut ſcribis, cum fabris eam perſpicias. Si enim nihil [m] eſt in parietibus, aut in tecto vitii, cetera mihi probabuntur.

h hic *deeſt in MSS.*
i probo *MSS.*
k *alii non habent* dies.
l Silianam *Corrad.*
m eſt *abeſt a MS.*

EPISTOLA XVI.

ARG. *Oſtendit nihil a ſe prætermiſſum ut Cæſarianorum benevolentiam ſibi conciliaret: deinde, neque boni civis, neque ſapientis hominis officium in ſe deſiderari poſſe: poſtremo ad Papirii jocationes reſpondet. Cæſare tertium, & Lepido Coſſ. poſt bellum Africanum.* [A. V. C. DCCVII.] Hanc præceſſit ep. 7. hujus libri, ſequitur ep. 33. lib. VII.

CICERO PAPIRIO PÆTO S.

DELECTARUNT me tuæ litteræ, in quibus primùm amavi amorem tuum, qui te ad ſcribendum incitavit,

76. *Reges appellaverim.*] Fingebat Cæſar, ut adhuc reſpub. ſtare videretur, S. C. eſſe factum in ſententiam Ciceronis de aliquo rege appellando. ep. 17. libro ſecundo. *P. Manut.*

77. *In denos dies.*] Quem ſumptum in ſingulos dies præſcribit ſumptuaria lex, eum in decem dies diſtribuam. ita non modo non contra legem, ſed etiam intra legem epulabor. Tulit eam legem Cæſar poſt bellum Africanum, Dione teſte. vide epiſt. 26. lib. VII. & epiſt. ult. hujus libri, & epiſt. 7. lib. XIII. ad Att. *Idem.*

vit, verentem, [78] ne Silius ſuo nuntio aliquid mihi ſollicitudinis attuliſſet; de quo [n] & tu mihi anteà ſcripſeras, bis quidem eodem exemplo, facilè ut intelligerem, te eſſe commotum: & ego tibi accuratè reſcripſeram, ut [o] quoquo modo in tali re atque tempore aut liberarem te iſta cura, aut certè levarem. Sed quum proximis quoque litteris oſtendis, quantæ tibi curæ ſit ea res; ſic, mi Pæte, habeto: quidquid arte fieri poterit (non enim jam ſatis eſt conſilio pugnare: artificium quoddam excogitandum eſt) ſed tamen quidquid elaborari aut effici potuerit, ad iſtorum benivolentiam [p] conciliandum & colligendum, ſummo ſtudio me conſecutum eſſe: nec fruſtrà, ut arbitror. ſic enim color, ſic obſervor ab omnibus his, qui à Cæſare diliguntur, ut ab his me amari putem. [79] Nam etſi non facile dijudicatur amor verus & fictus, niſi aliquod incidat ejuſmodi tempus, ut, quaſi aurum igni, ſic benivolentia fidelis periculo aliquo perſpici poſſit; cetera ſunt ſigna communia: ſed ego uno utor argumento, quamobrem me ex animo vereque [q] arbitrer diligi, [r] quia & noſtra fortuna ea eſt, & illorum, ut ſimulandi cauſa non ſit. De illo autem, quem penes eſt omnis poteſtas, nihil video, quod timeam: niſi quòd omnia ſunt incerta, [80] cùm [s] à jure diſceſſum eſt: nec [t] præſtari quid-

n *alii* etiam.
o quo *MSS.*
p conciliandam *Ald.* P. B.
q *ita MSS.* *alii* arbitror.
r *alii* quod.
s à *deeſt in MS.*
t præſciri *MS.*

78. *Ne Silius ſuo nuntio.*] A quo Cicero villam emere volebat, ut ad Atticum lib. XII. ſæpe ſcribit, ubi neſcio quo modo illum cum tabellariis etiam miſcet. *Corrad.*

79. *Nam etſi non facile.*] Haud dubie legendum *tametſi*, ſubjecta hac quaſi correctiuncula ſuperioribus. Falli enim fortaſſe ſe ait poſſe, qui verè ſe credat ab illis amari, cum hoc niſi in periculis certò cognoſci nequeat. Pro *igne* autem in Venetis *igni* legitur. *Camer.*

80. *Cum a jure diſceſſum eſt.*] Hoc eſt, cum quis ad tantam potentiam evectus eſt, ut ſupra leges ſit, ut neglectis legibus omnia poſſit agere & moderari pro arbitrio. In bene conſtitutis rebuspublicis leges ſunt ſupra ſummos magiſtratus: hinc in legibus conſiſtit libertas. inde & *leges* ſæpe pro libertate ponuntur. *reddere civitatem legibus* apud Juſtin. eſt reſtituere civitati libertatem. Phædrus, *Athenæ cum florerent æquis legibus:* cum eſſet libera reſpublica. Tyranni vero leges opprimunt, ut Cæſar tum fecerat: A cujus voluntate cum omnia penderent; voluntas autem hominis mutabilis valde ſit & inconſtans, jure dixit Cicero omnia incerta eſſe, nec quicquam de futuris rebus nos nobis, aut aliis poſſe certo polliceri & affirmare, quoniam variis rationibus illius voluntas

quidquam poteſt, quale futurum ſit, quod poſitum eſt in alterius voluntate, ne dicam libidine. Sed tamen ejus ipſius nulla re à me offenſus eſt animus. Eſt enim adhibita in ea re ipſa ſumma à nobis moderatio. Ut enim olim arbitrabar eſſe meum liberè loqui, cujus opera eſſet [v] in civitate libertas: ſic, ea nunc amiſſa, nihil loqui, quod offendat aut illius, aut eorum, qui ab illo diliguntur, voluntatem. Effugere autem ſi velim nonnullorum acutè, [81] aut facetè dictorum [82] offenſionem, fama

v incitata lib. *MS.*

luntas qui ſolus rerum potitur, & omnia pro ſuo temperat arbitrio, poſſit immutari. Hinc in ſequente epiſtola dixit, ſe de lucro prope jam quadriennium vivere, hoc eſt, ſic vivere ut ſua vita pendeat ab alterius voluntate & nutu, ut omnis dies, quem vivas, pro lucro deputandus tibi ſit. ſic Livius loquitur lib. XL. *Cum pater, ſatin' ſalva? & quanam ea mœſtitia eſſet, interrogaret eum: de lucro, pater, inquit, vivere me ſcito: jam non occultis a fratre petimur inſidiis.* Terent. Phorm. Act. II. Scen. I. *Quicquid præter ſpem evenit, omne id deputato in lucro eſſe.* Grævius.

81. *Aut facete dictorum offenſionem fama ingenii, &c.*] Nulli veteres codices *Offenſionem* habent. quidam ejus loco alio atramento repoſitum habent, *Opinionem*. Nos *Famam* maluimus ſcribere. Hac conjectura ducti, quod ſæpe cum duo ſint eadem fere vocabula, librarii alterum vacare arbitrantes, relinquant. Sententia autem egregia ex hac lectione colligitur. Querebatur Cicero quod ſæpe nonnulla acute, & facete dicta ad Cæſarem adferebantur, quæ fortaſſe illum reipub. ſtatum taxarent, aut aliqua ratione Cæſarem læderent: quorum cum auctor ignoraretur, omnes ajebant a Cicerone eſſe pronuntiata, quod illi creare periculum poſſet. Dolet ſe nulla ratione poſſe id incommodum vitare. Unam tantum viam ſibi dicit eſſe, ut effugiat famam acute, & facete dictorum (famam autem, quia uno ore omnes omnia ſalſe, & urbane dicta illi tribuebant) & hanc eſſe famam ingenii abjicere, id eſt, ex hominum mentibus firmam opinionem delere, quam de ſuo ingenio habebant. Si enim quod fieri non poterat, famam, quæ erat de ſuo ingenio, extinxiſſet, non amplius hominum conſenſus omnia acute dicta in illum contuliſſet. Nos in re incerta, & in qua alii etiam ſibi non parum permiſerint, expoſita noſtri judicii ratione, nonnihil nobis indulſimus: rationem tamen noſtram patefacere voluimus, ut ſi cui, quod fieri poteſt, noſtrum judicium diſplicuerit, poſſit vulgatam communemque lectionem ſequi. nos nihil repugnabimus. Videat tamen accurate, cum una omnino dictio ſupplenda ſit, an noſtra commodior aptiorque ſit; nam quod facilius hanc librarius negligens omittere potuerit, multo veriſimilius eſt. *Victorius.* *Effugere autem ſi velim nonnullorum acute, aut facete dictorum offenſionem.*] Hic in parvo negotio dicere poſſum, quod fortiſſimus vir Braſidas Lacedæmonius multo majore in re dixit: cum enim tra-

 jecto

fama ingenii mihi eſt abjicienda: quòd ſi id poſſem; non recuſarem. Sed tamen ipſe Cæſar habet peracre judicium: & , ut Servius, frater tuus, quem litteratiſſimum fuiſſe judico, facilè diceret, hic verſus Plauti non

jecto clypeo ſpiculo transfixus in prœlio fuiſſet, interrogatus poſtea, quomodo id factum eſſet, reſpondit, Clypeus me prodidit: idem ego dicere poſſum. optimum ac fideliſſimum Mediceum librum me prodidiſſe: cujus enim ope tanquam ſcuto me tegere conſueveram, id mihi vitio fuit. Cum *offenſionem* non inveniſſem in eo, cogitavi non incommode *famam* legi poſſe: quæ res diu me ſollicitum habuit: tamen multis in locis inveniens Ciceronem ita locutum eſſe, cognovi erratum librarii me quoque in errorem induxiſſe. In Verr. III. XCII. *offenſionem negligentiæ vitare atque effugere non poſſum.* In Epiſt. ad Sulpitium XLVIII. *Sed tamen quoniam effugi eius offenſionem, &c.* Hæc exempla, quanquam alia quoque ſunt, me in margine mei exemplaris damnata lectione, quam repoſueram, adnotaſſe, teſtis erit mihi Proſperus Pacetus, doctus & officioſus juvenis, qui mihi Ciceronis epiſtolarum volumen nuper a Paulo impreſſum in Decimanum meum attulit, nonnullaſque horas mecum conſumpſit, quibus & quid de hoc, & de nonnullis Ciceronis locis ſentirem, narravi. *Idem in poſter.* *Aut facetè dictorum famam, fama ingenii mihi eſt abjicienda.*] Ita edidit Victorius, cui licet repugnet Manutius; moneo tamen lectorem, ne attendat: nam ille bonus vir non ſatis ingenii ad emendationem Tullii attulit, neque, liberè loquor, ſatis judicii. ſoleoque P. Victorii operam multis paraſangis præferre. eruit hanc quoque lectionem ex v. c. vir doctus, qui addit; ſic v. c. rectè, invito quamvis Manutio. ait ſe, ut maximè velit, famam illam acutè dictorum effugere non poſſe, cùm ſubitò animadvertat Cæſar, quid verè à Cicerone profectum ſit. Palat. ſextus. *facetè dictorum opinionem.* vulgò *facilè dictorum offenſionem.* Gebhard.

82. *Offenſionem.*] Non, læſionem; (nam ſubjungit, nihil ſe loqui, quod offendat aut Cæſaris, aut eorum, qui ab illo diliguntur, voluntatem) ſed, nonnulla dicta, in quæ vel ſine induſtria offendo & incurro. Hoc verbum eſt in antiquis libris omnibus, quibus nunc utor: & erat in iis, quibus utebar olim adoleſcens: quod ideo teſtatum volui, quia nonnulli de hoc loco ita ſcripſerant: *Nulli veteres codices, Offenſionem, habent.* poſtea, mendoſum hic eſſe librum illum, quem reliquis omnibus præferre non dubitant, iidem confeſſi ſunt. omnino valde mirabar, cur illud verbum, quod ego in cunctis veteribus libris videbam, ipſi in nullis eſſe affirmarent. ſatis igitur liquet, quod ſæpe dixi, non unum, aut paucos veteres libros, ſed multos inſpiciendos eſſe, ſi reſtituere antiquitatem cupimus. interdum enim, ubi libri ante multa ſæcula deſcripti, mendis inquinati ſunt, recentiores vacare vitio animadverti: itaque vetuſtiores quidem diligentius inquirere, nullum tamen contemnere debemus. *P. Manut.*

83. *Cum*

non eſt, hic eſt, quòd tritas aures haberet notandis
generibus poëtarum, [x] & conſuetudine legendi: ſic au- *x alii ex.*
dio Cæſarem, cùm [83] volumina jam confecerit *ἀποφθεγμάτων*. ſi quod afferatur ad eum pro meo, quod
meum non ſit, rejicere ſolere: quod eò nunc magis
facit, quia vivunt mecum ferè quotidie illius familiares. P. CXXXVI.
Incidunt autem in [y] ſermone vario multa, quæ fortaſſe *y ſermones varios MS.*
illis cùm dixi, nec illitterata, nec inſulſa eſſe videantur. Hæc ad illum cum reliquis actis perferuntur. ita
enim ipſe mandavit. Sic fit, ut, ſi quid prætereà de
me audiat, non audiendum putet. Quamobrem Oenomao tuo nihil utor: [84] etſi poſuiſti [z] loco verſus Accianos. *z ita MSS. alii joco.*

83. *Cum volumina jam confecerit ἀποφθεγμάτων, ſi quod afferatur.*] Scribi nolumus in noſtris libris tres dictiones has *vel per ſe*, quas antea cuncti impreſſi habebant, quia in antiquis libris non erant, nec idoneam ſententiam habere videbantur: quod ſi quis illas amat, hunc intellectum ex illis eliciat neceſſe eſt, Cæſarem *per ſe*, & a nullo admonitum diſtinguere poſſe veras facetias Ciceronis a falſis. Si autem recordabimur quod paulo ante de admirabili ipſius ingenio Cicero dixit, nullo pacto hæc neceſſaria exiſtimabimus, ſed potius omnem ſententiam illa conturbare judicabimus. Non laudamus igitur illos, qui has voces in ſedem ab ipſis improbe occupatam reſtituerunt: cum in ſermone de Amicitia Cicero inquit, *Multa breviter & commode dicta:* intellexit ἀποφθέγματα: nam primo de Officiis Græcam etiam vocem adponens, iiſdem pene verbis eam expreſſit. *Victorius.* Intrudunt, *vel per ſe, ſi quid aff.* nequiter & ex putidâ gloſſa, quam ejicio ὀρθῶς in Pall. Vaticano, duobus Gulielmianis, editione primâ (quæ tamen ſicut Peckio excerpta *deferatur*) ac Victorii. *Gebhard.*

84. *Etſi poſuiſti loco verſus Accianos.*] Ita olim emendavimus, cum in omnibus impreſſis libris depravate *poſuiſti joco* legeretur: neque tamen ullum poſtea de hac caſtigatione verbum fecimus. Quia tamen videmus aliquos depravatam potius lectionem, quam integram ſequi velle, ideo nunc ipſam coacti veram eſſe docebimus, ab auctoritateque veterum codicum initium ſumemus: nam in Mediceo, & in aliis vetuſtioribus *loco* legitur: præterea ſententia elegantior eſt, & modus hic loquendi crebro a Cicerone uſurpatus *poſuiſti loco*, ubi congruebant, & mirifice quadrabant in epiſtolis ad Qu. Fratrem CCXC. *Quod & ampla erant, & loco poſita.* Top. CCCXLIII. *Concedunt tamen aliquid emptori, quod ornandi cauſa apte, & loco poſitum videatur.* Varro de Re Ruſtica lib. I. *Quod quæ ſuo quidque loco ſunt poſita, ea minus loci occupant.* Cum idem ſignificare vellet Cicero II. Tuſculan. inquit *adjungere loco: Philo, & proprium numerum, & electa poëmata & loco adjungebat.* Quod exemplum mirifice huic loco aptum eſt, quamvis verbum tin eo diverſum ſit. *Victor.* *Poſuiſti loco.*] Opportune eorum exemplum attuliſti. *Loco*, aut *in loco* dicere aliquid aut facere, ſumitur

cianos. Sed quæ eſt invidia? aut quid mihi nunc invideri poteſt? Verùm fac eſſe omnia. Sic video philoſophis placuiſſe iis, qui mihi ſoli videntur vim virtutis tenere, nihil eſſe ſapientis præſtare, niſi culpam; qua mihi videor dupliciter carere: & quòd ea ſenſerim, quæ rectiſſima fuerunt; & quia, cùm viderem præſidii non ſatis eſſe ad ea obtinenda, viribus certandum cum valentioribus non putarim. Ergo in officio boni civis certè non ſum reprehendendus. Reliquum eſt, ne quid ſtultè, ne quid temerè dicam aut faciam contra potentes. Id quoque puto eſſe ſapientis. cetera verò, quid quiſque me dixiſſe dicat; aut quomodo ille accipiat; aut qua fide mecum vivant ii, qui me aſſiduè colunt & obſervant, præſtare non poſſum. Ita fit, ut & conſiliorum ſuperiorum conſcientia, & præſentis temporis moderatione me conſoler: & illam Accii ſimilitudinem non modò jam ad invidiam, ſed ad fortunam transferam: quam exiſtimo levem & [a] imbecillam, animo firmo & gravi, tamquam fluctum à ſaxo, frangi oportere. Etenim cùm plena ſint monumenta Græcorum, quemadmodum ſapientiſſimi viri regna tulerint vel Athenis, vel Syracuſis: cùm, ſervientibus ſuis civitatibus, fuerint ipſi quodammodo liberi: ego me non putem tueri meum ſtatum ſic poſſe, ut neque offendam animum cujuſquam, nec frangam dignitatem meam? Nunc venio ad jocationes tuas, quum tu ſecundùm Oenomaum Accii, non, ut olim ſolebat, [85] Atellanum; ſed, ut nunc fit, mimum introduxiſti. [86] Quem tu mihi Popilium, [87] quem Denarium narras? quam

a *alii* inbecillem.

P. B.

tur pro, ubi tempus poſtulat, non alieno tempore, cum oportet. ep. 16. lib. II. *Epiſtolæ offendunt non loco redditæ.* Lib. III. de Leg. *Senatori tria juſſa ſunt: ut adſit: nam gravitatem res habet, cum frequens ordo eſt: ut loco dicat, id eſt, rogatus: ut modo, ne ſit infinitus.* Et in Partit. *Loco tu quidem quæris.* Loco igitur Pætus, cum de vitanda ageret invidia, verſus Attianos poſuit. *P. Manut.*

85. *Atellanum.*] Ant Auguſtinus legit *Atellanam*, & paullo poſt. *Miniati Jovis*, pro *Miniani*. Urſin.

86. *Quem tu mihi Pompilium.*] Piſcem, de quo Plinius, cum alibi, tum lib. XXXII. cap. ultimo meminit. Alii *Popilium* legunt. Nos in vetere libro etiam *Polypum* vidimus, ut commodius paulo poſt repetat. *Corrad.* Lambinus *Pompilium.* alii *Popilium*: ſed in manuſcripto eſt *Polypum*, multo, ut videtur, melius. *Urſin.*

87. Quem

quam Tyrotarichi patinam? facilitate mea iſta ferebantur anteà: nunc mutata res eſt. Hirtium ego & Dolabellam [88] dicendi diſcipulos habeo, cenandi magiſtros. Puto

87. *Quem denarium narras.*] Multi locum hunc mendoſum eſſe exiſtimaverunt, variiſque modis corrigere adgreſſi ſunt, ut poſtremo Veneti, *Quem Oenomaum narras* ſcribere auſi ſint, cum illi dictioni nullus hic locus (niſi fallimur) eſſe poſſit: quamvis ſupra de *Oenomao Accii* ſermo ſit. Erat enim Oenomaus tragœdiæ nomen, ut putamus, ab Accio ſcriptæ. Nam & Nonius Accium Oenomao ſæpe citat. Qui aliquid hic mutandum cenſuerunt, omnes videntur conjecturas aliquas non ſatis firmas ſecuti eſſe: nos nullius induſtriam inſectamur, nec tamen fuit cur eos imitaremur: animadvertimus enim in cunctis manu ſcriptis *denarium* legi. Quare contra tot librorum conſenſum aliquid decernere nimis audax & periculoſum viſum eſt. Quamvis autem hujus lectionis certam aliquam rationem reddere nequeamus, noluimus tamen eam rejicere: multa enim eſſe ſcimus, vel infinita potius, quæ a nobis ignorantur. & multis etiam quamvis eruditis obſcura ſunt, non tamen ob id depravata ſunt exiſtimanda, & explodenda, ut putamus. Eandem hanc vocem invenies in tertia ab hac epiſtola, quo loco edulium quoddam ſignificare videtur, quod magni apud me momenti fuit, nequid hic temere mutaremus, *Neque ollam*, inquit, *denariorum implere.* Nam quamvis theſaurus in ollis a ſenibus maxime condi ſoleat, unde argumentum & titulum ſuæ comœdiæ Plautus accepit; arbitror tamen argutiorem quempiam eſſe ſenſum horum verborum, voluiſſeque Ciceronem hoc loco ludere, & materiam joci ex ambiguitate illius dictionis traxiſſe: quod tamen non affirmo: nec enim ullo teſtimonio aliorum auctorum confirmare poſſum. Id autem quod ſuſpicati ſumus non inepte, ut puto, conſideratis diligenter ambobus his locis notum facere voluimus. Quod ſi recipitur, probaturque edulium illic ſignificare, non video, cur hic quoque idem ſignificare non poſſit, neque cur hinc vocem hanc delere tentent, cum illic eam manere ſinant: eamdem enim ejus utroque loco rationem eſſe puto. Eruditiores hoc diligentius conſiderare poterunt, quorum ego judicio ſemper libenter acquieſcam. Satis hic nobis fuit conſilii noſtri rationem oſtendere, quod non, ut cuncti fere alii fecerunt, dictionem hanc delere voluimus. *Victor.*

88. *Dicendi diſcipulos habeo, cœnandi magiſtros.*] Ego eos erudio in Rhetoricis, præcepta eloquentiæ eis trado, ſed apud eos cœno. *Magiſtri* enim, *Reges*, *Domini* dicebantur ſplendidi convivatores, qui amicos frequenter excipiebant conviviis. ut pridem notavit Lipſius III. antiqu. lect. Catull. *Inger mi calices amariores, Ut lex Poſtumiæ jubet magiſtra.* Varroni ſunt *modimperatores* apud Non. *in conviviis inſtituti, potandi modimperatores.* In eodem ſenſu capio ſequente ep. 19. *Cum reges tam ſint continentes.* hoc eſt, cum illi etiam lauti convivatores tam frugali cœna ſint contenti, quamvis aliter ſentiant viri docti. Martial. *Qui me reſpiciet dominum regemque vocabo.* Græv.

Puto enim te audiſſe, (ſi fortè ad vos omnia perferuntur,) 89 illos apud me declamitare, me apud eos cenitare. Tu autem, 90 quòd mihi bonam copiam [b] ejures,

[b] *alii* cures.

89. *Illos apud me declamitare, me apud eos cænitare.*] Locus hic quoque in omnibus antiquioribus, & in multis etiam, quos vidi, manu ſcriptis parentum noſtrorum ætate, luxatus eſt & mancus; multa enim verba deſunt Librariorum incuria in deſcribendo omiſſa. Nos nihil immutavimus, etſi locum ſuppletum exiſtimemus, quia non incommoda omnino verba reſtituta ſunt: ſententiam autem hanc ipſam prorſus deſiderari arbitramur: conſilii tamen noſtri memores rem ſilentio præterire non potuimus. Sic autem quos vidimus, manu ſcripti codices omnes habent, *Puto enim te audiſſe (ſi forte ad vos omnia perferuntur) Illos cænitare, &c.* Victor.

90. *Quod mihi bonam copiam ejures.*] Probo Ferrarii declarationem, diligentiamque ipſius valde amo, qui ex laceris decurtatiſque Terentii Varronis Commentariis hujus loci interpretationem ſedulo eruerit: & ne ullus alicui ſcrupulus relinquatur, affirmo infinitis locis in Mediceo, ubi *i* eſſe debebat, *ei* ſcriptum eſſe: ut in epiſtola D. Bruti *ſine ejumentis*, ad Lentulum, *iei declarant*, paucis poſt verſibus, *eidem ille Plato.* & ad Quintum Valerium, *Municipibus volaterraneis.* Id etiam Latini librarii in Græcis vocibus faciebant, ut ſæpe non ſuis locis hanc diphthongum ponerent, ad Gallium, *Quæ videtur λειτότητα attuliſſe.* ad Trebatium. *Si tu ſtatueris πολειτεύεσθαι non oportere.* Quod in priſcis etiam lapidibus non ſemel obſervavi. Quibus omnibus exemplis, & ſexcentis aliis, ſi opus eſſet, planum fit, perverſionem hanc nullam vim habere ad labefactandam veram lectionem. *Victorius.*

Quod mihi bonam copiam ejures, nihil eſt.] Hieronymus Ferrarius, contra veteres omnes libros, legendum arbitrabatur, *Bonam copiam jures*, hoc ſenſu: non eſt, quod te mihi ſemper præſto fore, tuique bonam copiam facturum jures. ut reſpexerit ad id, quod M. Varro ſcribit lib. VI. de Lingua Lat. *Debitores nonnulli pro pecunia, quam debebant, operas in ſervitutem dabant, dum ſolverent. C. Popilio rogante, L. Sulla dictatore, ſublati: & omnes, qui bonam copiam jurarent, ne eſſent nexi, diſſoluti, id eſt, qui ſui facultatem creditoribus ſemper eſſe facturos, jurejurando promitterent.* Ego autem puto hic dictum eſſe, *Quod mihi bonam copiam ejures*, pro, quod jures mihi te non habere unde ſumptum facias. Tantumque abeſt, ut ex Varrone Ciceronis locum emendem, ut potius ex Cicerone Varronis locum putem eſſe corrigendum: ut legatur, *Voluitque, ut ii bonam copiam ejurarent:* id eſt, ut jurarent, ſe non habere, unde creditoribus ſatisfacerent. Mecum faciunt, ut dixi, veteres libri omnes, præterea Sex. Pompejus; qui noſtram ſententiam ita confirmat, ut dubitatio prorſus nulla relinquatur. *Ejuratio* (inquit) *ſignificat, id, quod deſideretur, non poſſe præſtari.* Et Cicero lib. II. de Orat. *Ejero, iniquus eſt.* Et in Verrem: *Prætor provinciam ſuam totam ſibi iniquam ejurat.* Et Phil. XII. *Me iniquum ejurabant.* Plautus quoque: *Ejuravit militiam.* Tacitus lib. XII. *Adactus Syllanus ejurare magiſtratum.* Et lib. IV. Re-

:es ; nihil eſt. 91 tum enim, cùm rem c habebas, 92 d quæſticulis te faciebam attentiorem. nunc, 93 cùm :am æquo animo bona perdas, non eo ſis conſilio, ut, cùm me hoſpitio recipias, e æſtimationem te aliquam putes accipere. f etiam hæc levior eſt plaga ab amico, quàm à debitore. Nec tamen eas cenas quæro, ut magnæ reliquiæ fiant : quod erit, magnificum ſit & lautum. Memini te mihi Phameæ cenam narrare. temperiùs fiat : cetera eodem modo. 94 Quòd ſi per-

c angebas *Lamb.*
d *alii* quæſtiunculis.
e exiſtimationem *alii.*
f *alii* & jam.

Regulus in locum Cacinæ, cui dies unus ſupererat, conſulatum iniit, ejuravitque. P. Manut.

91. *Tum enim, cum rem habebas, quæſticulis te faciebam attentiorem.*] Pervetus ille codex Mediceus ſolus rectam lectionem ſervat : nam qui ab eo deſcriptus videtur, quem ajunt Franciſci Petrarchæ manu exaratum, ut ſit, ab illa integritate degenerat. *Sic omnia fatis in pejus ruere*, ut inquit prudentiſſimus poëta. *Quæſtiunculis* enim legit, e quo vulgatam lectionem perfluxiſſe arbitramur. Ille incorruptior *quæſticulis* adhuc retinet, quæ vox huic ſententiæ mire quadrat. Olim enim cum rem habebat, dicit conſueviſſe ſe illum attentiorem parvis quibusdam lucris facere. Utitur autem hac ipſa hujus verbi diminutione Cicero lib. II. de Divinatione : *Aut fiſſum jecoris cum lucello meo, aut meis quæſticulis cum cælo, terra, rerumque natura.* Victorius. *Cum rem habebas, quæſticulis te faciebam attentiorem.*] Hæc eſt Medicei codicis lectio, quam vehementer probo : deque ipſa olim accuratius diſputavi. *cum rem habebas*, cum dives eras : *quæſticulis* & lucellis *te attentiorem faciebam.* ut enim a lucro lucellum, ita a quæſtu quæſticulus ὑποκοριστικῶς. Verbum præterea *attentiorem*, quod quaſi patrimonii augendi rationem docet, & quo in hac re exprimenda optimi auctores paſſim utuntur, valde veterem ſcripturam confirmat. Terentius Adelphis : *Attentiores ſumus ad rem omnes, quam ſat eſt.* Cicero ipſe in Verrem : *Qui in re adventitia, & hereditaria tam diligens & attentus fuiſſet.* Idem in poſter.

92. *Quæſticulis te faciebam attentiorem.*] F. *patiebar*, vel *ferebam*, non exigebam, quas mihi debes cœnas, quod ferrem te quæſtui ſervire, ac minus effundere in convivia. II de Div. 15. *Quæ ex cogitatione naturæ convenire poteſt, aut fiſſum jecoris cum meo lucello, aut meus quæſticulus cum cœlo, terra, rerumque natura.* Horat. *Aſper & attentus quæſitis.* J. F. Gronov.

93. *Cum tam æquo animo bona perdas.*] Per legem Cæſaris, qui decrevit, ut creditoribus ſatisfacerent per æſtimationem poſſeſſionum, quanti quiſque ante civile bellum comparaſſent ; deducto ſummæ æris alieni, ſi quid uſuræ nomine numeratum aut perſcriptum fuiſſet : qua conditione quarta pars fere crediti deperibat. Sueton. Jul. 42. *cum tam facile amittas, quod ab aliis tibi debetur, nec ægre ferre debes, ſi quid in me impendas.* Idem.

94. *Quod ſi perſeveras me ad matris tuæ cænam revocare.*] Amſtelo-

perſeveras me ad matris tuæ cenam revocare, feram id quoque. Volo enim videre animum, qui mihi audeat iſta, quæ ſcribis, apponere, aut etiam [g] polypum 95 Miniani Jovis ſimilem. Mihi crede: non audebis. Ante meum adventum fama ad te de mea nova lautitia veniet: eam extimeſces. Neque eſt, quòd in promulſide ſpei ponas aliquid; quam totam ſuſtuli. 96 Solebam enim anteà [h] delectari oleis, & lucanicis tuis. Sed quid hæc loquimur? liceat modo iſtò venire. Tu verò (volo enim abſtergere animi tui metum) ad Tyrotarichum antiquum redi. Ego tibi unum ſumptum afferam, quòd balneum [i] calfacias oportebit: cetera more noſtro; ſuperiora illa luſimus. De villa [k] Seliciana & curaſti diligenter, & ſcripſiſti facetiſſimè. Itaque puto me prætermiſſurum. 97 ſalis enim ſatis eſt, [l] ſannionum parum. Vale.

g Philippum *MS.*

h *ita Grav. alii* debilitari.

P. CXXXVII.

i *alii* calefacias.

k *alii* Feliciana.

l *alii* Samiorum. *alii aliter.*

EPI-

lodamenſis codex ſic totum hunc locum legit & diſtinguit: *Quod ſi perſeveras, me ad matris tuæ cœnam revoca. Referam id quoque.* Mihi ſane Cicero ſic videtur ſcripſiſſe: *quod ſi perſeveras, me ad matris tuæ cœnam revoca. Feram id quoque.* quod ſi perſeveras, inquit, bonam copiam ejurare, nec te ferendis eſſe ſumptibus tam lautæ & magnificæ cœnæ aſſeveras, invita me iterum ut ſolebas antea, ad parcam & frugalem cœnulam tuæ matris, quæ diligens & attenta mater familias eſt, id etiam feram æquo animo. *Gravius.*

95. *Miniani Jovis ſimilem.*] Rubentem, non ſua ſponte, (nam polypus ruber non eſt) ſed jure tinctum, Jovis ſimulacri faciem in Capitolio illini minio ſolitam, ait Plinius lib. XXXIII. cap. 7. & lib. XXXV. cap. 12. inde Miniano cognomen. *P. Manut.*

96. *Solebam enim antea delectari oleis, & lucanicis tuis.*] Petrarcha, ſeu quis fuit qui de Mediceo deſcripſit, hic etiam deceptus eſt: cum enim pervetus ille *delibitari* haberet, ſcripſit ipſe *debilitari.* quæ cum vana eſſet lectio, & nihil ſignificans, alii *delectari*, quod nunc in vulgatis omnibus, ſententiam ſequentes, ſuppleverunt: non tamen antiqua lectio uno nobis, quod ſciam, adhuc codice immobiliter manens amplius negligenda eſt. *Victorius.* *Delectari.*] Aliquid ulceris ineſt in hoc loco. nam librorum veterum alii habent *delibitari*, alii *debilitari*, alii *delimitari:* pauci, *delectari*, ut vulgati. ego ἐπέχω. Supra autem non longe, legendum *miniati Jovis*, non ut vulgo *miniani Jovis:* quamvis hanc lectionem tueatur Turnebus. Lib. VI. c. I. *Lambin.*

97. *Salis enim ſatis eſt, ſannionum parum.*] Papirii verba, vel certe ſententiam ponit, qui dixerat, Villam Selicianam, in litore poſitam, ſalinas habere: deinde ſubjunxerat: ſale quidem abundamus, ſed, quod ſale condiatur, non habemus. ut facetias non deeſſe, ſed ridendi materiam, ſignificaret: quia ridendi cauſ-

ſas

EPISTOLA XVII.

ARG. *Manaverat rumor, velle Cæſarem ſuis militibus municipia quadam agroſque dividere, ea diviſio, veritus erat Pætus, ne ad ſuos agros perveniret, id quærenti Cicero reſpondet. Eodem anno, poſt bellum Africanum.* [A. V. C. DCCVII.] Hanc præceſſit ep. 3. lib. VII. ſequitur ep. 20. hujus libri.

CICERO L. PAPIRIO PÆTO S.

98 NON tu homo ridiculus es, qui, cùm Balbus noſter apud te fuerit, ex me quæras, quid de iſtis municipiis & agris futurum putem? quaſi aut ego quidquam ſciam, quod iſte neſciat: aut, ſi quid aliquando ſcio, non ex iſto ſoleam ſcire. Immò m verò, ſi me amas, tu fac, ut ſciam, quid de nobis futurum ſit. Habuiſti enim in tua poteſtate, ex quo vel ex ſobrio, vel certè ex ebrio ſcire poſſes. Sed ego iſta, mi Pæte, non quæro: primùm quia 99 de lucro propè jam quadriennium vivimus; ſi aut hoc lucrum eſt, aut hæc vita, ſuperſtitem reipublicæ vivere: deinde, quòd ſcire quoque mihi videor, quid futurum ſit. fiet enim quodcumque volent, qui valebunt: valebunt autem ſemper arma. Satis igitur nobis eſſe debet, quidquid conceditur. hoc ſi n qui pati non potuit, mori debuit. Vejentem

m *alii non habent* verò.

n quis *alii*.

ſas adverſa reip. tempora eriperent. *Sal* pro facetiis accipi ſolitum, quis ignorat? Afranius in Compitalibus: *Quidquid loquitur, ſal merum eſt.* Sannio autem is eſt, qui ridetur. Plerique veteres libri, *Sannonum:* duo, *Sannionum*, quos probavi. *P. Manut. Salis enim ſatis eſt.*] Alludit ad nomen villæ: & ſimul ſignificat, ſatis eſſe materiæ ſalibus ſeu dictis facetis dicendis in Cæſarianos; ſed parum eſſe Sannionum ſeu deriſorum, quod propter potentiam eorum & violentiam nemo libere jocari audeat. *Sanna* eſt deriſio cum aliquo geſtu, ut ſi quis digitis alicui cornua faciat. Unde *Sannio*, deriſor. *J. F. Gronov.*

98. *Na tu homo ridiculus es.*] Ita ſcribendum invitis omnibus libris VII, 1. *Na tu haud paullo plus delectationis habuiſti.* Profecto tu ridicule & lepide mecum agis. *Idem.*

99. *De lucro jam prope quadriennium vivimus.*] Ita vivimus obnoxie & in aliorum poteſtate, ut quemcunque diem ſuperſimus in lucro ponere debeamus, ſive computare pro magno lucro. Sic Liv. lib. XL. c. 8. *Cui cum pater, Satin' ſalva? & quænam ea mæſtitia eſſet? interrogaret eum. De lucro tibi, inquit, vivere me ſcito. Jam non occultis a fratre petimur inſidiis.* Ad quem locum Sigonius adduxit locum ex Horat. lib. 1. od. 9. *Idem.*

1. Cùm

o *alii* hic. tem quidem agrum, & Capenatem metiuntur. o hoc non longè abeſt à Tuſculano. Nihil tamen timeo: fruor, dum licet: opto, ut ſemper liceat. Si id minùs

p idemque phil. *Grav.* contigerit: tamen, [1] quum ego vir fortis, p idem quod philoſophus, vivere pulcherrimum duxi, non poſſum eum non diligere, cujus beneficio id conſecutus ſum. qui ſi cupiat eſſe rempublicam, qualem fortaſſe & ille vult, & omnes optare debemus: quid faciat tamen, non habet: ita ſe cum multis colligavit. Sed longiùs

P. B. progredior. ſcribo enim ad te. Hoc tamen ſcito, [2] non modò

1. *Cum ego vir fortis, idemque philoſophus.*] Antiqua lectio meo judicio melior ingenioſiorque. *Quum ego vir fortis, idem quod philoſophus.* jocatur enim fere ſemper in his epiſtolis. Si non contigerit, inquit, ut poſſim agros conſervare, quod eos militibus dividere velit Cæſar, licet hoc magnum fortunis meis detrimentum adferat, non tamen poſſum Cæſarem non amare, a quo vitam ſalutemque impetravi, quum ego vir fortis tantopere vivere pulcherrimum duxerim, quod non debebam poſt tot patriæ calamitates. Eratque honeſtius philoſopho quam mihi: quod enim viro forti turpe eſt, id nullam philoſopho reprehenſionem adfert. Feci igitur, dicit, *vir fortis* (ſibi enim vir fortis videbatur Cicero propter res a ſe fortiter in conſulatu geſtas) quod *philoſophus* agere debebat. Vir enim fortis amiſſa ſua dignitate amplius in vita manere velle non debet: Philoſophus autem humanas omnes res, fortunæque injurias, & injuſtos patriæ dominatus adeo contemnit, ut Socrates etiam, cum Athenis xxx. Tyranni eſſent, pedem porta non extulerit. *Victorius. Vir fortis, idemque Philoſophus.*] Sic omnes, quos ego viderim, antiqui libri. & eſt pervenuſta ſententia. Cum, inquit, & viri fortis ex animi quadam præſtantia, & Philoſophi ex doctrina, patriam, honeſtatem, libertatem vitæ anteponant; ego tamen, qui utrumque profiteor, & virum fortem, & Philoſophum, vivere pulcherrimum duxi. Iridem locutus eſt epiſt. 2. *Caninius idem tuus, & idem noſter.* Et lib. II. de Divin. *Marcellus, idem imperator, idem augur optimus.* Cum igitur & veterum librorum teſtimonium, & ſententiam ipſam, & conſuetudinem loquendi ſequar; diſſentire cogor ab iis, qui non *Idemque*, ſed, *Idem quod*, legere maluerunt. nunquam enim, quoad quidem per me liceat, ſtudioſum lectorem fraudari veritate patiar. *P. Manut.* Sed præſtat hic aliorum librorum antiquorum, inter quos & Amſtelodamenſis eſt, ſcriptura, quæ cum vulgatis ante Victorium conſentit. Senſus etiam hanc lectionem flagitat, quum Victoriana neſcio quid ſcabri & duri præ ſe ferat. *Grævius.*

2. *Non modo me.*] Hic quoque locus a me ope Medicei codicis jam tum purgatus fuit: cum in cunctis antea impreſſis mendoſe, *non modo non me* legeretur. *Victorius. Non modo me.*] Qui legendum opinabantur, *Non modo non me*, ſine cauſſa diſcedebant ab omnibus

modò [q] me, qui conſiliis non interſum, ſed ne ipſum quidem principem ſcire, quid futurum ſit. Nos enim illi ſervimus: [r] ipſe temporibus. ita nec ille, quid tempora poſtulatura ſint; nec nos, quid ille cogitet, ſcire poſſumus. Hæc tibi anteà non reſcripſi, non [s] quò ceſſator eſſe ſolerem, præſertim in litteris: ſed cùm explorati nihil haberem, nec tibi ſollicitudinem ex dubitatione mea, nec ſpem ex affirmatione afferre volui. Illud tamen adſcribam, quod eſt veriſſimum, me his temporibus adhuc de iſto periculo nihil audiſſe. Tu tamen pro tua ſapientia debebis optare optima, cogitare difficillima, ferre quæcumque erunt.

q non me *alii.*

r ille *MSS.*

s *alii* quod.

EPISTOLA XVIII.

ARG. *Exponit, quibus cauſſis adductus familiares ſuos, quaſi aperto ludo, in eloquentia cœperit exercere. Addit nonnulla per jocum de cœnarum lautitia. Eodem anno, revertente ex Africa Cæſare: quod ipſa indicat epiſtola: itaque ſuperioribus præponi debuit, quæ reverſo jam in urbem Cæſare, conſcripta videntur.* [A. V. C. DCCVII.] Hanc præceſſit ep. 33. lib. VII. ſequitur ep. 2. lib. VI.

CICERO L. PAPIRIO PÆTO S. D.

Cum eſſem otioſus in Tuſculano, propretereà 3 quòd diſcipulos obviam miſeram, ut [t] iidem 4 me quàm maximè conciliarent familiari ſuo; accepi tuas litteras, pleniſſimas ſuavitatis: ex quibus intellexi probari tibi meum conſilium, quòd, ut Dionyſius tyrannus, cùm 5 Sy-

t iidem *alii non habent.*

bus antiquis libris. vide, quæ diximus in locum illum epiſt. 9. lib. I. *Non modo præmiis, ſed ne periculis quidem compulſus ullis.* P. Manut.

3. *Quod diſcipulos obviam miſeram.*] Et hîc excluſimus ex Pall. duobus, Peck. editione primâ ac Victorii, vocem *Cæſari.* ſolet enim illud nomen ſubticeri Tullio noſtro, ut ſuperius notavimus binis in locis. Paullo poſt ex Palat. ſexto, Vaticano, editione Victorii ſcripſi, *cùm Syracuſis pulſus eſſet* meliùs, quàm vulgò, *expulſus eſſet.* Paullo item poſt, Gulielmius diſtinguebat: *niſi fortè mori melius fuit. in lectulo? fateor; ſed non accidit. in acie? non fui.* Aliquot lineis poſt Peckio excerpta habent; *& ſi vis Minervam,* putat Gulielmius *ſuis*, ut vetuſte ipſe Cicero etiam de Oratore II. *Gebhard.*

4. *Me quam maxime conciliarent.*] Molliſſimum mihi aditum ad Cæſarem pararent, qui eos habet familiares. J. F. Gronov.

5. Sy-

v. pulſus *Victor.* 5 Syracuſis v expulſus eſſet, Corinthi dicitur ludum aperuiſſe: ſic ego, ſublatis judiciis, 6 amiſſo regno forenſi, ludum quaſi habere cœperim. Quid quæris? me quoque delectat conſilium. multa enim conſequor: primùm id, quod maximè nunc opus eſt, munio me ad hæc tempora. Id cujusmodi ſit, neſcio: tantum video, nullius adhuc conſilia me huic anteponere: niſi fortè mori melius fuit. in lectulo fateor: ſed non accidit. in acie non fui. Ceteri quidem, Pompejus, Lentulus tuus, 7 Scipio, x Afranius, fœdè perierunt. At Cato præclarè. Jam iſtuc quidem, cùm volemus, licebit. demus modò operam, ne tam neceſſe nobis ſit, quàm illi fuit: y id quod agimus. Ergo hoc primum. Sequitur illud, Ipſe melior fio: primùm valitudine, quam, intermiſſis exercitationibus, amiſeram: deinde ipſa illa, ſi qua fuit in me, facultas orationis, niſi me ad has exercitationes retuliſſem, exaruiſſet. Extremum illud eſt, quod tu neſcio an primum putes. plures jam pavones confeci, quàm tu pullos columbinos. 8 Tu iſtic te z Athe-

Pag. CXXXVIII.

x *alii* Africanus. *malè.*

y idque ag. *MS.*

5. *Syracuſis eſſet expulſus.*] A Timoleonte. *J. F. Gronov.*

6. *Amiſſo regno forenſi.*] Cùm non amplius poſſim cauſſas orare in foro, in quo videbar propter eloquentiam regnare & princips patronorum eſſe. Reges enim dicuntur, qui in arte, quam promittunt, valde excellunt: & *regnum* de excellentia. Manil. lib. IV. de natis ſub Virgine:

Illa decus linguæ faciet, regnumque loquendi.

Propert. IV. el. 7.

Et longa in libris regna fuere tuis.

Ovid. XIII. Metam.

At tu, ſive aliquod regnum eſt in carmine, carmen
Ore move ſacro. Grævius.

7. *Scipio.*] Pompeji ſocer: de quo in libro de Bello Africano, quem ab Hirtio vel Oppio ſcriptum nónnulli exiſtimant, hæc leguntur: *Scipio cum Damaſippo, & Torquato, & Platorio Caſtiano navibus longis diu multumque jactati, cum Hiſpaniam peterent, ad Hipponem regium deferuntur, ubi claſſis P. Sittii per id tempus erat: a qua pauciora ab amplioribus circumventa navigia deprimuntur: ibique Scipio interiit.* Et Epitome Liviana lib. XIV. *P. Scipio, in nave circumventus, honeſta morti vocem quoque adjecit: quærentibus enim hoſtibus imperatorem, dixit: Imperator bene ſe habet.* Eadem fere Dio lib. XLIII. Ita videtur Scipio non fœde, ut Pompejus, Lentulus, Afranius, ſed præclare, ut Cato, periiſſe: cum ſe ipſe interfecerit. quod Cicero fortaſſe non credidit, ideoque conjunxit eum cum iis, qui fœde interierant. *P. Manut.*

8. *Tu iſtic te Atheriano jure delectato.*] Ludit in voce *jus*, quod &

[z] Atheriano jure delectato: ego me hîc Hirtiano. Veni igitur, ſi vir es, [9] & diſce jam προλεγομένας, quas quæris: etſi [10] ſus Minervam. Sed quando, ut video, [11] æſtimationes tuas vendere non potes, neque [12] ollam [13] denariorum implere, Romam tibi remigrandum eſt. Satius eſt hîc [14] cruditate, quàm iſtic fame. Video te bona perdidiſſe: [15] ſpero idem [a] iſtuc familiares tuos. [16] Actum igitur de te eſt, niſi provides. Potes mulo iſto, quem tibi reliquum dicis [b] eſſe, quum cantherium comediſti, Romam pervehi. [17] Sella tibi erit in ludo,

z *alii* Hateriano. *alii aliter.*

a iſtos *MS.*

b fuiſſe *idem MS.*

& liquidum cibi & leges ſignificat. Videtur Aterium JC. penes ſe habuiſſe Pætus. *J. F. Gronov.*

9. *Et diſce jam προλεγομένας, quas quæris.*] Vereor ne hic locus aliquid mendi contineat, quod tamen ubi ſit indicare non poſſum: in tantis anguſtiis temporis, nihil melius mihi facere poſſe videor, quam veterem ſcripturam notam facere: majoris ingenii, ac doctrinæ viri totum hoc diligentius conſiderabunt. In Græcis autem & Latinis verbis varietates aliquæ cernuntur: nam ſunt etiam qui Græca verba commutent, & neutro genere προλεγόμενα ſcribant, qui etiam conſequens Latinum verbum ita conformant, ut Græco reſpondeat. Mediceus codex, *& diſceam*, προλεγομένας *quas quæris, & ſi ſus Minervam, ſed quomodo videro, ſi æſtimationes tuas.* & quæ ſequuntur. *Victorius. Diſce* προλεγομένας, *quas quæris.*] Sic omnes libri veteres, excepto Græco verbo, quod in uno tantum eſt. Diſce, inquit, e cœnis Hirtianis, quales tuæ futuræ ſint. Προλεγομένας vocat, quia, ſicut ἐκ τῶν προλεγομένων, quæ præponuntur libris, docemur ea, quæ ad ipſos libros attinent, ſic Hirtii cœnæ Papirium, quas cœnas dare deberet, admonere & erudire poſſent. *P. Manut.*

10. *Sus Minervam.*] Vide Feſtum in *Sus Minervam*, & ibidem viros doctos.

11. *Æſtimationes tuas.*] Ea, quæ per æſtimationem a debitoribus accepiſti. ep. 16. Hunc locum qui recte interpretaretur, neminem video fuiſſe. Significat autem poſſeſſiones per æſtimationem a debitoribus acceptas. Et, quemadmodum ſupra, poſuit *æſtimationes* pro rebus æſtimatis. *P. Manut.*

12. *Ollam.*] Qualis eſt Euclionis in Aulularia Plauti. *J. F. Gronov.*

13. *Denariorum.*] Nummis ex venditione redactis. ut apud Plautum in Merc. *implere fores elogiorum. Idem.*

14. *Cruditate.*] Laute cœnando & nimiis cibis, ex quibus exiſtit cruditas. *Idem.*

15. *Spero idem iſthic familiares tuos.*] Paſſos, parem jacturam feciſſe. *Idem.*

16. *Actum igitur de te eſt.*] Quum nec res tibi ſuperſit, nec familiaritas, qui egeſtati tuæ ſuccurrere poſſent. *Idem.*

17. *Sella tibi erit in ludo.*] Quem me aperuiſſe dixeram. *Idem.*

c alii pulvillus.

ludo, tamquam hypodidaſcalo proxima. [18] eam c]
nus ſequetur.

EPISTOLA XIX.

ARG. *Cum ſcripſiſſet Pætus, Balbum, qui apud Cæſarem ſuis in primis erat, perquam tenui apparatu fuiſſe contentum; joc riam inde arripit Cicero; idque eum arguit malitioſe ſcripſiſſe, apparatu eodem, vel etiam minore contentus eſſet.* [A. V. C. DC Hanc præceſſit ep. 2. lib. VI. ſequitur ep. 3. lib. VII.

CICERO L. PAPIRIO PÆTO S. D.

d à deeſt in MSS.
e ita MSS. alii tenuiſſimo.
f omnia abeſt à MS.
g eum MS.
h alii ſuam.
P. B.
i nunc MS.

TAMEN d à malitia non diſcedis. e tenuiculo a tu ſignificas Balbum fuiſſe contentum. hoc v dicere, [19] cùm reges tam ſint continentes, mult gis conſulares eſſe oportere. neſcis me ab illo f c expiſcatum. rectà g enim à porta domum meam v neque hoc admiror, quòd non ad h tuam potiùs illud, quòd non ad ſuam. Ego autem primis verbis, Quid i noſter Pætus? at ille adjurans, [20] quam ſe umquam libentiùs. Hoc ſi verbis aſſecut aures ad te afferam non minùs elegantes. ſin auten ſonio: peto à te, ne pluris eſſe balbos quam di putes. Me quotidie aliud ex alio impedit. Sed, expediero, ut in iſta loca venire poſſim, non co tam, ut te ſerò à me certiorem factum putes.

EPISTOLA XX.

ARG. *Voluptatem ſe tum Pæti cauſſa, tum ſua,*

18. *Eam pulvinus ſequetur.*] Ut in ſella commodius ſedeas erit ſella ſine pulvino, ſed eam pulvinus ſequetur. Plau Stich. *Iſtic vos ſedete: ego ſedero in ſubſellio.* Pi. *Mane pul* Et lib. I. de Orat. *Immo vero commodius etiam: pulvinóſque ciſſe: & omnes in iis ſedibus, quæ erant, ſub platano con* P. Manut.

19. *Quum reges.*] Illi qui omnia poſſunt, inter quos B tam parca & frugali cœna excipi non graventur. *J. F. Gro*

20. *Nuſquam ſe unquam libentius.*] Hoc eſt, nuſquam ſe *l avidiuſque*, ut Suetonius loquitur Calig. 18. cœnaſſe. hoc Latinis propriè eſt *libenter edere*. Cato de Re Ruſtica 156. *les in convivio multum bibere, cœnareque libenter.* vide Do illud Eunuch. V, 8, 57. *Bene, libenter victitas.* Sic & Cic. lo III de Finib. *Græv.*

ejus litteris, cepiſſe dicit: Epicureum factum, abjecta reip. & curiæ forique cura: mediocri cibo, ut antea, jam contentum non eſſe. ſuam deinde vitam exponens, ait ſe matutinas horas ſalutationi tribuere, deinde litteris uti, reliquum tempus in reficiendo corpore conſumere. [A. V. C. DCCVII.] Hanc præceſſit ep. 17. hujus libri, ſequitur ep. 23. eodem hoc libro.

CICERO PÆTO.

DUPLICITER delectatus ſum tuis litteris, & quòd ipſe riſi, & quod te intellexi jam poſſe ridere. Me autem à te, [21] ut ſcurram velitem, malis oneratum eſſe, non moleſtè tuli. Illud doleo, in iſta loca venire me, ut conſtitueram, non potuiſſe. habuiſſes enim non hoſpitem, ſed contubernalem. At quem virum? non eum, [22] quem tu es ſolitus [23] promulſide conficere. [24] In-

21. *Ut ſcurram velitem malis.*] Ludit in voce *mala*; quæ & poma ſignificat & maledicta. Pætus Ciceroni miſerat multa poma: ideo ait ſe ab eo malis oneratum. Sed quum addit, *ut ſcurram velitem oneratum malis* videtur accepiſſe, ut Plautus, cum ait *onerare maledictis*: & *ingerere multa mala*. *Veles* eſt levis armaturæ miles. *Veles ſcurra*, qui ad alios laceſſendos promtus eſt, & qualia dicit, audire cogitur. Male Manutius. *J. F. Gronov.*

22. *Quem tu es ſolitus promulſide conficere.*] Amicus quidam meus legendum cenſet *confercire*. Lambin. Perperam. *Conficere* hoc loco eſt ſaturare, ut nihil amplius poſſit comedere. Sic *confici ſenio*, *macie*, *lacrymis*. C. Nep. Lyſand. cap. 1. *Athenienſes in Peloponneſios ſexto & viceſimo anno bellum gerentes confeciſſe apparet.* Cic. de Invent. *Licinius hoſtes confecit.* Grævius.

23. *Promulſide conficere.*] Eſt primo ſtatim ferculo aliquem ſaturare; & eò redigere ut amplius veſci non poſſit. Cœna veterum lautiorum in tres partes erat diſtincta. Primam partem vocabant *antecœnam* vel *antecœnia*, aut etiam *guſtationem* vel *guſtum*, aut *promulſidem*. Secundam proprie, & per excellentiam, *cœnam*. Tertiam, in qua erant bellaria, vocabant *menſas ſecundas*, vel Græco vocabulo ἐπιδόρπια. Promulſidis mentio & hic & in ſuperiore epiſtola: *Neque eſt, quod in promulſide ſpei ponas aliquid.* Et alludens eodem Petronius: *Hoc inquit belle cras in promulſide libidinis noſtra militabit.* J. F. Gronov. Turnebus lib. 5. Adverſ. c. 24 Veteres inquit *promulſidem* vocaviſſe cibos, quibus ante primum hauſtum veſcebantur, quem e mulſo ducebant, quod vacuis & inanibus venis initio dulcem eſſe potionem infundendam putarent. Petron. c. XXXIV. *Trimalchio fecerat poteſtatem clara voce, ſi quis noſtrum iterum vellet mulſum ſumere.* Ubi vide notas; & Dorvam Præcidan. lib. 1. c. 15. Aliud ſentit Salmaſ. ad Tertull. de Pallio p. 437. *Cuperus.*

 24. *In-*

[24] Integram famem ad ovum affero. Itaque uſque [25] ad aſſum [k] vitulinum opera [l] perducitur. Illa mea, quæ ſolebas antea laudare, ô hominem facilem! ô hoſpitem non gravem! abierunt. [m] Nam omnem noſtram de republica curam, cogitationem de dicenda in ſenatu ſententia, [26] commentationem cauſarum, abjecimus. In Epicuri nos adverſarii noſtri caſtra conjecimus: [27] nec tamen ad hanc [n] inſolentiam: ſed ad illam tuam lautitiam, veterem dico, [28] cùm in ſumptum habebas. etſi num-

k *alii* vitellinum.
l *alii* producitur.
m Nam *deeſt in MS.*
n *alii* indolentiam.

24. *Integram famem ad ovum affero.*] Quaſi nihil guſtaſſem in promulſide juxta jejunus & eſuriens aggredior caput cœnæ. *J. F. Gronov.*

25. *Ad aſſum vitulinum opera perducitur.*] Nec minus ſtrenue ad carnes aſſas accedo. *Idem.*

26. *Commentationem cauſſarum*] Meditationem litium forenſium, quæ omnia ſcilicet antehac me parci cibi faciebant. *Idem.*

27. *Nec tamen ad hanc inſolentiam.*] Plane ab iis diſſentio, qui mendum eſſe in verbo, *Inſolentiam*, exiſtimarunt. eſt enim hic *Inſolentia* nimius ſumptus, qui fiebat in cœnas: a quo ſe alienum eſſe Cicero dicit, lautitiam tantum quærere. quod etiam epiſt. 15. his verbis oſtendit: *Nec tamen eas cœnas quæro, ut magna reliquiæ fiant. quod erit, magnificum ſit & lautum. Inſolentiam* eodem ſenſu poſuit Phil. 9. *Magnifice enim* (inquit) *Ser. Sulpicius majorum continentiam diligebat, hujus ſæculi inſolentiam vituperabat.* Et in oratione pro Sex. Roſcio: *Qui in ſua re fuiſſet egentiſſimus, erat, ut fit, inſolens in aliena.* Tollatur igitur omnis mendi ſuſpicio, & elegans Latini verbi ſignificatio conſervetur. *P. Manut.*

28. *Cum mecum ſumptum habebas.*] Nos veterem ſcripturam etſi parum planam, & fortaſſe mendoſam, repoſuimus: quod enim aliud faceremus in tantis tenebris non habuimus. Quod ſi illam non ſatis integram eſſe eruditiores judicabunt, nos tamen confidimus, ut minus inquinatam, viciniorem eſſe veræ lectioni. Hanc rem in arbitrio optimorum ingeniorum relinquimus. Eſt ſane & aliis locis (ni fallimur) in antiquis codicibus negligenter ſcripta hæc epiſtola: *Caſſatra* enim pro *caſtra* illi habent, quod corruptum arbitror: & infra *Artolagini* pro *Artolagani*, quæ vox etiam apud Athenæum eſt lib. III. ubi etiam ejus confecturam docet his verbis: Εἰς δὲ τὸ καλούμενον ἀρτολάγανον ἐμβάλλεται οἰνάριον ὀλίγον καὶ πέπερι γάλατε καὶ ἔλαιον ὀλίγον ἢ στέαρ. Præterea locus ille, *nec tamen ad hanc inſolentiam* parum mihi certus videtur, quem tamen ſic invenimus in cunctis melioribus, non mutavimus: etſi ſciamus nonnullos conjectura ductos legere *indolentiam*, quod parum nobis probatum eſt, quamvis meliorem vocem reponere neſciamus. Atque omnia hæc in medium propoſuiſſe non inutile exiſtimamus: & ut omnes videant quantis in tenebris verſemur circa bonorum auctorum integritatem, & ut poſſit unuſquiſque in tam dubia & incerta re judicium ſuum ſequi. *Victor.*

numquam plura o prædia habuiſti. Proinde te para, cum homine & edaci tibi res eſt, & qui jam aliquid intelligat. 29 ὀψιμαθεῖς autem homines, ſcis quàm inſolentes ſint. 30 p dediſcendæ tibi ſunt 31 ſportellæ, & 32 artolagani tui. 33 Nos q jam ex artis tantum habemus, ut 34 r Ver-

o prælia *alii.*
p deducendæ *alii.*
q autem artis *Grav.*

Victor. *Cum in ſumptus hab.*] Qui mendoſiſſimus antea erat, hunc locum reſtituimus, quod ita in noſtris priſcis exemplaribus ſcriptum offendimus, quem tamen leviter ſuſpectum immerito habuimus. Non ægre ferimus, ſi aliquos hujus laudis ſocios habemus: qui ſaltem nos amare deberent, quod induſtriæ ipſorum locum invenimus. Mediceus codex (illum autem ante oculos habemus, quo fidelius hoc opus navemus) ut nunc animadvertimus *in ſumtum* unitatis numero habet. *Idem in poſter.* *Cum in ſumtum habebas.*] *In ſumtum habere* eſt ſic abundare fortunis ut ſumtibus ferendis par ſis. Sic *in ſumtum dare* apud Terent. Adelph. act. III, ſc. 2. *Argentum adnumeravit illico, dedit præterea in ſumtum dimidium minæ.* Grævius.

29. Ὀψιμαθεῖς *autem homines.*] Expreſſit, ut opinor, Græcam vocem Horatius Satyr. x, prioris Sermonum libri, cum inquit, *O ſeri ſtudiorum.* Multa autem Græca verba Horatius elegantiſſime expreſſit: cum enim plures ſententias ab ejus nationis philoſophis ac poëtis acciperet, conſuetudinem quoque ſermonis ſtudioſe imitatus eſt. *Victorius.* Leg. Gell. XV. cap. 30. Noct. Att. *Corradus.*

30. *Dediſcendæ tibi ſunt.*] Alii cibi apponendi ſunt, quam quos in ſportulis apponere ſoles, artolaganos, panes mellitos, placentarum inſtar. *J. F. Gronov.*

31. *Sportellæ.*] Sportulæ, & ſportellæ, vel mittebantur ad amicos, vel dabantur auferendæ; ut e Suetonio, Martiale, aliiſque conſtat. hic *ſportellæ* cibi genus videtur eſſe, quod Pætus cum artolaganis apponere ſoleret. *P. Manut.*

32. *Artolagani.*] Panis genus; de quo Plinius lib. XVIII. cap. 2. *Panis ipſius varia genera perſequi, ſupervacuum videtur, alias ab obſoniis appellati, ut oſtrearii: alias a deliciis, ut artolagani.* Athenæus, vino, pipere, lacte, oleo, aut adipe confectos, ait libro tertio. Hic omnes mei libri veteres habent, *Artolagini* mendoſe, ut ipſa compoſitio docet, ex ἄρτος, & λάγανα. præterea Plinius *artolaganos*, Athenæus ἀρτολάγανοι appellat. *Idem.*

33. *Nos jam ex areis tantum habemus.*] Vetuſtiores codices *artis* loco *areis* habent, ſed tamen *ex* præpoſitionem retinent. Alii aliis modis locum reſtituerunt, ut quidam etiam auſi ſint *ex arte coci* legere, contra veterum exemplariorum auctoritatem. Ego inſtitutum meum ab antiqua ſcriptura modice declinandi tenens, *&* *artis* legi: alibi enim in antiquis codicibus, nec ſemel, *ex* pro *&* ſcriptum obſervavi: ſententia autem, & verborum ſtructura egregie reſpondent. Nam & paullo ante dixit ſe jam aliquid intelligere, & quamvis ſero, tamen aliquid didiciſſe: nunc autem explicat quantum in ea arte progreſſus ſit. Quod ſi quis veterem

CICERO PÆTO S.

37 AIN' tandem? inſanire tibi videris, quòd imitere verborum meorum, ut ſcribis, fulmina? tum inſanires, ſi conſequi non poſſes. cùm verò etiam vincas, me priùs irrideas, quàm te, oporteet. Quare nihil tibi opus eſt illud à Trabea, 38 ſed potiùs [t] ἀπότευγμα meum. Verumtamen quid tibi ego in epiſtolis videor? nonne plebejo ſermone agere tecum? nec enim ſemper eodem modo. Quid enim ſimile habet epiſtola aut judicio, aut concioni? quin ipſa judicia non ſolemus omnia tractare uno modo. Privatas cauſas, & eas tenues, agimus 39 ſubtiliùs: capitis, aut famæ, ſcilicet or-

[t] *alii* ἀπόφθεγμα.

37. *Ain' tandem.*] *Ain' tu?* &, *Ain' tandem?* dicimus, interrogantes ea de re, quæ admirationem nobis attulit. ep. 5. lib. IV. ad Attic. *Ain' tu? exiſtimas ab ullo malle mea legi probarique, quam a te?* Et epiſt. 1. lib. VI. *Ain' tu? Scipio hic Metellus proavum ſuum neſcit cenſorem non fuiſſe?* & epiſt. 2. ibidem: *Ain' tandem, Attice, laudator integritatis & elegantiæ noſtræ? auſus es hoc ex ore tuo?* Et epiſt. 6. lib. XII. *Ain' tu? verum hoc fuit, ſine me?* Et lib. III. de Leg. *Ain' tandem? etiam a Stoicis iſta tractata ſunt?* Terentius in Andr. *Ain' tandem? civis Glycerium eſt?* In Phorm. *Ain' tandem carcer?* In Hec. *Ain' tu tibi hoc incommodum eveniſſe iter?* P. Manut.

38. *Sed prius meum ἀπόφθεγμα.*] Nos ut in vetere illo Mediceo invenimus ἀπότευγμα ſcripſimus. Mirum autem eſt quam compoſite, & recte in eo exemplari Græcæ dictiones perſcriptæ ſint: ut raro admodum in illis aliquid deſideretur. Eſt autem hæc vox & alibi a Cicerone uſurpata in epiſtolis ad Atticum lib. XIII. *Ubi enim* ἐπίτευγμα *magnum nullum fieri poſſit,* ἀπότευγμα *vel non magnum moleſtum futurum ſit. Quid opus eſt* παρακινδυνεύειν; cum enim Latinam vocem non habet quæ poſſit rem quam vult exacte exprimere, Græca utitur ad familiares ſcribens. Quod enim ſupra dixerat, *ſi conſequi non poſſes*, nunc brevius una voce exponit. Tunc autem ἀπότευγμα facit aliquis cum rem quam adgreſſus eſt, non conſequitur & nanciſcitur. Quod igitur conatus erat Pætus ſtylum Ciceronis imitari, nec ei ex animi ſententia ſucceſſerat, dixerat fortaſſe prius ipſe ſe ἀπότευγμα feciſſe. quod autem eſſet ἀπότευγμα, a Trabea vix nunc ſciri poteſt tam minuta res poſt tot ſecula. *Victor. Sed potius ἀπότευγμα meum.*] Mediceus liber ΝΑΠΟΤΕΥΓΜΑ. quare jam tunc ἀπότευγμα cenſuimus eſſe legendum: ita autem veterem hanc lectionem confirmavimus, ut miremur aliquos deteriorem meritoque ejectam ſequi maluiſſe. *Idem in poſter.*

39. *Subtilius.*] Subtilitas eſt, cum accurate minuta quæque puro quo-

ornatiùs. epiſtolas verò quotidianis verbis texere ſolemus. Sed tamen, mi Pæte, v quî tibi venit in mentem negare, Papirium quemquam umquam, niſi plebejum fuiſſe? fuerunt enim patricii minorum gentium, 40 quorum princeps L. Papirius Mugillanus, qui conſul cum L. Sempronio x Atratino fuit, cùm 41 anteà cenſor cum eodem fuiſſet, annis poſt Romam conditam CCCXII. Sed tum Papiſii dicebamini. Poſt hunc 42 XIII, fuerunt ſella curuli ante L. Papirium Craſſum, qui primum eſt Papiſius vocari deſitus. Is dictator cum L. Papirio Curſore, magiſtro equitum, factus eſt, annis poſt Romam conditam CCCCXV, & quadriennio pòſt conſul 43 cum C. y Duilio. Hunc ſecutus eſt Curſor, homo valde honoratus: deinde L. Maſſo, ædilicius: inde multi Maſſones: quorum quidem tu omnium patriciorum imagines habeas, volo. Deinde Carbones & Turdi inſequuntur. Hi plebeji fuerunt: quos contemnas, cenſeo. Nam præter hunc z C. Carbonem, quem Damaſippus occidit, 44 civis è republica Carbonum nemo

v quid *MSS.* P. B.
x *alii* Atracino,
y Duillo *alii*,
z *alii* Cn. *malè*.

quodam & ſimplici dicendi genere perſequimur. vide quæ attulimus ad illum locum ep. 4. lib. IV. *Facile cedo tuorum ſcriptorum ſubtilitati & elegantiæ.* P. Manut.

40. *Quorum princeps.*] Is conſul fuit anno LXVI. poſt exactos reges. Verum errat Cicero, qui illum principem ſtatuit, quum jam antè Tarquinii, ſive Superbus is fuerit ſive Priſcus, tempore jus civile Papyrianum ſit compoſitum, ut docet Pompon. in Enchiridio de Orig. Juris. Vid. Gravinam de Ortu & Progr. Juris Civilis §. XXXI. & Periz. Animadv. Hiſt. cap. II. pag. 88. *Verburg.*

41. *Ante cenſor.*] Hic locus ſic legendus eſt, *quorum princeps L. Papirius Mugillanus, qui Cenſor cum L. Sempronio Atratino fuit, cum antea Conſul cum eod. fuiſſet.* Ita corrigendum eſſe hunc locum Livius & hiſtoriæ ratio ſatis oſtendit. Errorem natum ex librariorum imperitia non dubito, qui vetuſtas notandi formulas CONS. & CENS. perperam interpretantes inverterunt. Steph. Pighius Annal. Tom. I. ad annum U. C. CCCX. *Grævius.*

42. *Tredecim fuerunt ſella curuli.*] Sc. uſi, qui Magiſtratus Curules geſſerunt. *J. F. Gronov.*

43. *Cum C. Duillio.*] C. Cæſone Duillio Helva. *Corrad.* Scribendum *K. Duilio.* Urſin.

44. *Civis è rep.*] Eſt civis bonus & utilis reip. Sic *arma è rep.* pro bellum reip. cauſſa ſumptum. In Orat. pro Milone: *Quo die arma Saturnini oppreſſa ſunt, etſi è rep.* Liv. lib. XLIV. *Itaque ſi quis eſt, qui quid è rep. ſit, ſuadere ſe mihi in eo bello confidat.* J. F. Gronov.

nemo fuit. Cognovimus Cn. Carbonem, & ejus fratrem ſcurram. quid his improbius? de hoc amico meo, Rubriæ filio, nihil dico. Tres illi fratres fuere; C. Cn. M. Carbones. [45] Marcus, P. Flacco accuſante, condemnatus, fur magnus ex Sicilia: Cajus, accuſante L. Craſſo, [46] cantharidas ſumpſiſſe dicitur. is & tribunus plebis ſeditioſus, & P. Africano vim attuliſſe exiſtimatus eſt. Hoc verò, qui Lilybæi à Pompejo noſtro eſt interfectus, improbior nemo, meo judicio, fuit. Jam pater ejus accuſatus à M. Antonio, [47] ſutorio atramento abſolutus putatur. Quare ad [a] patres cenſeo revertare. plebeji [48] quàm fuerint importuni, vides.

[a] *alii* patricios.

P. CXL.

EPI-

45. *Marcus, P. Flacco accuſante, condemnatus, fur magnus ex Sicilia.*] Ita Pall. duo, Vaticanus, editio princeps, Victorius quoque, alii vulgò: *Publius, Flacco accuſante condemnatus: fugit Marcus ex Sicilia.* Gulielmius tamen legendum putat: *Spurina Gneus ex Sicil. gerræ germanæ.* *Gebhard.*

46. *Cantharidas.*] Succus cantharidis, qui vermis viridis eſt, epotus interimit. Tuſc. 5. *Theodorus Lyſimacho mortem minitanti, Magnum vero, inquit, effeciſti, ſi cantharidis vim conſecutus es.* Et Ovidius in Ibin:

Cantharidum ſuccos, dante parente, bibas. P. Manut.

47. *Sutorio atramento abſolutus putatur.*] Sutorium atramentum Græci Χάλκανθον vocant. Galenus lib. XIII. meth. c. 20. nominat inter ea pharmaca, quæ non leviter nocendi vim habent: quam ille δύναμιν φθαρτικὴν appellat: ſubjungitque non tuto medicamentis immiſceri, quæ per os aſſumuntur. itaque licet opinari, Carbonem hunc, ſumpto atramento ſutorio, voluntaria morte damnationis a judicio liberatum. Non ignoro, quibuſdam, *abſolvi atramento ſutorio*, quaſi proverbium eſſe viſum: ut dixerit Cicero, abſolutum quidem, ſed (ut opinio fuit) corrupto judicio: quod, ut obſcuræ ſunt litteræ atramento ſutorio conſcriptæ, ſic obſcuræ fuerint judicum ſententiæ. Horum probanda ne ſit, an condemnanda opinio, alii viderint. *P. Manut.* Pro *abſolutus* videtur legendum *ſolutus*, id eſt mortuus, non morte violentâ ſed placida, & quæ mentitur naturalem. Aurel. Victor de Viris Illuſtr. c. III. de Numa: *Morbo ſolutus in Janiculo ſepultus eſt*, Ovidius in re nequam Amor. lib. II. Eleg. 10. ỳs. 36.

At mihi contigerit Veneris langueſcere motu;
Cum moriar medium ſolvar & inter opus.

Petron. c. CXI. *Quid proderit, inquit, hoc tibi, ſi ſolutâ inediâ fueris.* Verburg.

48. *Quam fuerint importuni.*] Non modo qui agit aliquid alieno tempore, ſed etiam qui agit, quod non debet, *importunus* eſt. Lib. I. de Fin. *Filium morte multavit: ſi ſine cauſſa, nollem me ab eo ortum, tam importuno, tamque crudeli.* In Piſonem: *Animal*

ex

EPISTOLA XXII.

ARG. *Ita familiariter & libere jocatus erat Pætus in epiſtola ſua, ut obſcœnum verbum non vitaret. unde ſumpſit occaſionem Cicero exponendæ Stoicorum ſententiæ de licentia loquendi. quo facto, ſcholam Stoicam damnat: a ſe ait ſervari Platonis in loquendo verecundiam. Incertus annus.*

CICERO PÆTO.

49 AMo verecundiam, 50 vel potiùs libertatem loquendi. Atqui hoc Zenoni placuit, homini mehercule

ex omnium ſcelerum importunitate concretum. Pro Cluentio; *Importunitatem matris a filii capite depellite.* P. Manut. *Importuni.*] Improbi, nequam, violenti, omnibus incommodi. In lib. XII. ep. 12. *Importuniſſimi latrones.* Liv. *crudeliſſimi & importuniſſimi tyranni.* Salluſt. Jugurth. III. *Vi quidem regere patriam ac parentes, quanquam & delicta corrigas, tamen importunum eſt.* Juſtin. XLII, I. *Multas alias civitates importune vexavit.* Græv.

49. *Amo verecundiam.*] Quæſtio quæ hac epiſtola lepide ſimul & erudite explicatur, ab aliis etiam agitata eſt. Docet enim cum de pulchritudine & turpitudine nominum lib. III. Rhetorices Ariſtoteles diſſereret, rationem hanc, quam poſtea, ut patet, Stoici arripuerunt (quod turpitudo ſcilicet non eſſet in verbis) ſophiſticam eſſe, ejuſque fallaciæ auctorem Bryſonem fuiſſe, & quemadmodum ea ſolvi debeat, accurate ſubtiliterque his verbis diſputat: *Eſt enim* (inquit) *aliud alio magis proprium nomen & magis ſimile rei, magiſque aptum & accommodatum ad conſtituendam rem ante oculos. Præterea non eodem pacto ſe habens ſignificat hanc rem & illam; quapropter ob hoc etiam aliud alio turpius aut honeſtius judicandum eſt: ambo enim ſane & honeſtum, & turpe ſignificant, non tamen quatenus honeſtum aut turpe: an hæc quidem? verum magis aut minus.* Expoſitis autem Cicero diligenter Stoicorum argumentis, quamvis ad ea non reſpondeat, ſe tamen Platonis verecundiam ſequi malle oſtendit, qui obſcœnas res tectis verbis ſolitus eſt ſignificare. Hoc igitur a doctore ſuo Ariſtoteles accepit: ſed non ſolum ipſe ut pudorem ſervaret, ab ea ſententia quæ tunc (ut videtur) valde celebris erat, alienus fuit, ſed rationes quaſdam, & argumenta excogitavit, quæ eam inanem & falſam eſſe docerent. Nunc poſtquam quod propoſitum fuit hac epiſtola Ciceroni declaratum eſt, ad quaſdam ejus partes purgandas, quæ fœdis maculis inquinatæ ſunt, veniamus: facilius enim judicari & ſtatui poterit de probitate & pravitate illarum, tota totius epiſtolæ ſententia percepta & cognita. Explicat etiam Cicero hanc eandem diſputationem contra verecundiam lib. primo Officiorum, ſed brevius *Victorius.*

50. *Vel potius libertatem loquendi.*] Aut hoc per jocum dicit: aut le-

hercule acuto: etſi Academiæ noſtræ cum eo magna rixa eſt. Sed, ut dico, placet Stoicis, ſuo quamque rem nomine appellare. Sic enim diſſerunt, Nihil eſſe obſcœnum, nihil turpe dictu. Nam, ſi quod ſit in obſcœnitate flagitium, id aut in re eſſe, aut in verbo: nihil eſſe tertium. [51] In re non eſt. Itaque non modò in comœdiis res ipſa narratur: [52] ut ille in Demiurgo modò

legendum, *Alii potius libertatem.* Alioqui pugnantia loqueretur. nam infra, *Ego*, inquit, *ſervo, & ſervabo (ſic enim aſſuevi) Platonis verecundiam.* Et hanc ſententiam, reprehenſa Stoicorum & Cynicorum libertate, accurate defendit lib. I. Off. *Nec vero audiendi ſunt* (inquit) *Cynici, aut ſi qui fuerunt Stoici pæne Cynici, qui reprehendunt, & irrident, quod ea, quæ turpia re non ſunt, verbis flagitioſa dicamus.* P. Manut. J. Rutgerſius Variar. Lect. lib. V. c. I. legit: *Amo verecundiam, velut porticus libertatem loquendi.* non placet. Videtur in *libertatem* aliquid latere, quod non eruo. Quid ſi *liberalitatem?* ut *liberalitas* ita capiatur, quemadmodum apud Terent. Adelph. Act. I. 1, 32.

Pudore & liberalitate liberos
Retinere ſatius eſſe credo, quam metu,

Ita ſcilicet Cicero innueret non tantum verecundiam, ſed quidem talem verecundiam, qualis eſt puerorum ingenuorum, qui metu patris retinentur in officio, nec ullum verbum obſcœnum audent proferre. *Verburg.*

51. *In re non eſt.*] Sextus Empiricus, a Zenone Stoico ne præpoſteram quidem Venerem improbatam eſſe, lib. III. Pyrrh. c. 24. oſtendit his verbis: *Illum Achillis erga Patroclum ardentem amorem ad hoc referunt nonnulli. quod cur mirum ulli videatur? cum & Cynici Philoſophi, & Zenon Citiæus, & Cleanthes, & Chryſippus indifferens eſſe dicant.* Et paulo poſt: *Stoicos audivimus dicentes a ratione non abhorrere, cum meretrice congredi, aut quæſtu meretricio vitam ſuſtentare.* Et infra: *Zeno Citiæus non alienum a ratione dicit eſſe, matris naturam ſuæ affricare: quemadmodum nec aliam corporis ejus partem manu fricare, malum ullus eſſe dixerit. Cum præterea deteſtabile ſit apud nos* αἰσχρουργεῖν, *Zeno approbat.* Et cap. 25. *Stoicorum ſectæ princeps Zeno* ἐν ταῖς διατριβαῖς, *id eſt, in libris de inſtitutione puerorum, cum alia ſimilia, tum vero hac dicit: Dividere nihilo magis, nec minus pueros adamatos, quam non adamatos, nec feminas, quam mares, non enim ſunt alia, quæ pueros adamatos, aut non adamatos, nec feminas, aut mares deceant: ſed eadem illos decent.* P. Manut.

52. *Ut ille in Trinummo virgo modo.*] Antiqua cuncta exemplaria, quæ vidimus, etiam margines Germani libri, ubi illi quaſdam diverſas a vulgatis lectiones ex antiquo, ut teſtati ſunt, & mihi ſane perſuadent, codice poſuerunt, habent *ut ille in Demiurgo modo:* intelligit autem Turpilium comicum, qui fabulam docuit hoc titulo. Non, Marcellus Turpilium citat in Demiurgo in dictione

ɔ (forte 53 noſti canticum : meminiſti Roſcium)
me deſtituit nudum. totus eſt ſermo verbis tectus,
ıpudentior. ſed etiam in tragœdiis. quid eſt enim
? Quæ mulier una? quid, inquam, eſt? b 55 U- b Uſurpat aut uſurpato *MSS.*
ıta duplex cubile? Quid? hujus c Pheræi hic cubile ini- c Pherei *Grav.*

me *quaſti*, item in dictione *porti*, item alibi hunc Turpilii n adducit in Demiurgo, *Aperta ſura, brachia autem errorem corde exſuſcitabant.* Nam vox illa *modo* ſignificat hanc comœ- paullo ante recitatam fuiſſe. Quod verba etiam illa *noſti um, meminiſti Roſcium* confirmant. Locum autem hunc in ımmo apud Plautum non inveniri, omne dubium tollit, ;uitque vulgatam lectionem falſam & depravatam eſſe. ·.

. *Noſti canticum.*] Canticum agere hiſtrio dicebatur, cum ipſe m corporis motus tibicinis modis congruentes dabat, alius a ante tibicinem canebat. id fiebat, ſi ſolus hiſtrio loquere- nam, ſi duo vel plures (id Livius initio lib. VII. *Diverbium* :) tunc & canebat idem hiſtrio, & ad cantum motus accom- ıbat. *P. Manut.*

. *Ita me deſtituit nudum. Totus eſt ſermo.*] Et ſenſus hujus loci ırus eſt, & vitiis, ut puto, non caret. Valde friget hic τὸ Stewech. legit, *ita me deſtituit nudum. bacchus et. ſermo, &c.* :elodam. *ita me deſtituit nudum, bachus eſt ſermo.* Alii codices, Corrado, *ita me deſtituit nudam Baccus.* forte ſcripſit poëta í, ex quo Cicero, *ita me deſtituit nudam Bacchus. Eſt ſermo s tectus, re impudentior. Deſtituere* hic eſt defigere, deponere, ıud Plaut. Rud. III. 5.

Ita duo deſtituit ſigna bis cum clavis ſenex.

:ſt, infigit. Liv. lib. VII. *duo armati in medio deſtituuntur.* hoc collocantur. *Deſtituere*, hic eſt, comprimere. Sane ſi alio : capiatur nihil video obſcœnitatis tectæ in hoc ſermone. Sed τῷ *bacchus*, aut *baccus* puto adhuc aliud quid latere, quod oribus emendum relinquo. Nam de Ariadne ut cogitemus eſt, cum fuerit Comœdia. *Gravius.*

. *Uſurpata duplex cubile.*] Hoc proxime ſequitur poſt illud, *mulier una?* nam verba ſunt mulieris de pellice querentis. & ſſe loquentem hæc Poëta induxerat Theben, uxorem Alexan- Pheræi tyranni : quem arbitror infra nominari. hæc enim, icero lib. II. Off. prodidit, propter pellicatus ſuſpicionem n interfecit. *Uſurpata*, verbum deponens temporis præteriti: tamen, *Uſurpo*, ſit uſitatius, quam *Uſurpor* : ut, *Juratus*, ro. Legimus etiam apud Gel. & Macrob. *Q. Mucium juris- tum dicere ſolitum ; Non eſſe uſurpatam mulierem, qua cum Jan. apud virum matrimonii cauſſa eſſe cœpiſſet, ante diem um Kalendas Jan. ſequentes, uſurpata eſſet.* P. Manut. *Uſurpata x cubile.*] Videtur ſcribendum *uſurpat duplex cubile*, & ita eſt tere libro manuſcripto. *Urſin.*

56. Vir-

inire eſt auſus. Quid eſt, 56 Virginem me quo: invitam per vim violat? Jupiter bone, violat? : idem ſignificat: ſed alterum nemo tuliſſet. Vide: tur, cùm eadem res ſit, quia verba non ſint, nih deri turpe. Ergo in re non eſt: multo minùs in v Si enim quod verbo ſignificatur, id turpe non eſt, bum, quod ſignificat, turpe eſſe non poteſt. A appellas alieno nomine: cur non ſuo potius? Si t eſt, ne alieno quidem: ſi non eſt, ſuo potius. dam antiqui penem vocabant: ex quo eſt propter litudinem d 57 penicillus. At hodie penis eſt in obſc At verò Piſo ille Frugi in Annalibus ſuis queritur, leſcentes peni deditos eſſe. Quod tu in epiſtola a: las ſuo nomine, ille tectiùs penem. 58 Sed e multi, factum eſt tam obſcœnum, quàm id verb quo tu uſus es. Quid, quod vulgò dicitur, 59 nos te voluimus convenire, num obſcœnum eſt?

d peniculus *Grut.*

e jam multis *alii.* P. B.

I

56. *Virginem me quondam invitam per vim violat.*] Poteſ eſſe ejuſdem Thebes in Alexandrum tyrannum. *Violat*, m dixit. antiqui enim, ut lib. v. de Ling. Lat. ſcripſit Varro, *vit virginem*, pro *Vitiavit*, &, *Cum muliere fuit*, pro *Con* modeſte dicebant. *P. Manut.*

57. *Peniculus.*] In antiquis libris & *Peniculus* eſt, & *Peni* Feſtus *Peniculum* appellat, quo calceamenta tergentur: & pene deductum, id eſt, cauda. Plautus quoque in Men. *Juventus*, ait ſub perſona Paraſiti, *nomen fecit Peniculo mihi quia menſam quando edo, detergeo.* Idem.

58. *Sed jam multis factum eſt tam obſcœnum.*] Nos anti lectionem in noſtro libro repoſuimus ſinceram, ut arbitro incorruptam, planam certe & claram, Quod tu in epiſtol nomine appellas, Piſo ille frugi tectius, & minus aperto bulo appellabat penem. *Sed quia multi*, poſt eum, ſcilic appellaverunt, ut ipſe antea appellarat, cum amplius non te eſſet & obſcurum, *factum eſt tam obſcœnum* quam id ve quo uſus eſt Pætus. Poſtquam enim non latuit, nec clan quid ea voce ſignificaretur, ſtatim factum eſt turpe & obſcœ non enim intelligi ab omnibus quid ea denotaretur, ipſum cundiorem faciebat. Ideoque infinitis pæne nominibus Græcos, nec paucis etiam apud Romanos, hæ hominis quæ honeſte nominari non poſſunt, indicantur: unuſquiſq conditam vocem ſectatur, vulgatam, & nimis apertam, p turpitudinem fugit & aſpernatur. *Victor.*

59. *Cum nos.*] Qui hoc pronunciabat, videbatur dicere, c quod obſcœnum eſt. hinc opinor ſatis patet, mendoſe v pronunciaſſe, *Cun*, pro *Cum*, ſequente littera *n*: quam ob

mini, in ſenatu diſertum conſularem ita eloqui. [60] Hanc culpam majorem, an illam dicam? potuit obſcœniùs? non, inquis. non enim ita ſenſit. Non ergo in verbo eſt. docui autem in re non eſſe. nuſquam igitur eſt. Liberis dare operam, quàm honeſtè dicitur? etiam patres rogant filios. ejus operæ nomen non audent dicere. Socratem fidibus docuit nobiliſſimus fidicen. Is Connus vocitatus eſt. num id obſcœnum putas? Cùm loquimur terni, nihil flagitii dicimus. at cùm [61] bini, obſcœnum eſt. Græcis quidem, inquies. nihil eſt ergo in verbo, quum & ego Græcè ſcio: & tamen tibi dico, bini; [62] idque tu facis, quaſi ego Græcè, non Latinè dixerim. Ruta, & menta, rectè utrumque. Volo mentam puſillam ita appellare, ut rutulam: non licet. Bella tectoriola: dic ergo etiam pavimenta iſto modo. non

ſam dixere, *Nobiſcum*: ne dicerent, *Cum nobis*; & ita *Cunni* mentio probas aures offenderet. Hoc vitium Cicero notavit in Oratore. *Quid illud*, inquit, *non olet, unde ſit, quod dicitur, cum illis; cum autem nobis non dicitur, ſed nobiſcum? quia, ſi ita diceretur, obſcœnius concurrerent litteræ, ut etiam modo, niſi Autem interpoſuiſſem, concurriſſent. ex eo eſt, mecum, & tecum, non, cum me, & cum te: ut eſſet ſimile illis, vobiſcum, atque nobiſcum.* Pervenit hoc vitium ad ætatem Quinctiliani: nam hæc ſcripſit lib. VIII. *Junctura deformiter ſonat: ut, ſi cum hominibus notis loqui nos dicimus, niſi hoc ipſum, hominibus, medium ſit, in præfata videmur incidere.* P. Manut.

60. *Hanc culpam majorem, an illam dicam?*] Dupliciter peccaſſe conſularem illum, quidam putant; cum dixit, *Culpam*, & *An illam*: quod in, *Culpam*, prior ſyllaba obſcœnam corporis partem indicare videatur; *An illam* vero parum verecunde dictum ſit, quia tres primæ litteræ, *An i*, *anum* referant; quam corporis partem, quia turpis eſt, ideo natura avertit ab oculis. Ego in, *Culpam*, vitium nullum agnoſco. alioqui obſcœne loqueretur, quicunque *Culpam* nominaret. in, *An illam*, videtur eſſe turpitudo: quam Cicero vitandam cenſet: hodie tamen vitio non datur, ſi quis ita loquitur. *Idem.*

61. *Bini.*] Apparet, vel, *Vini*, pro *Bini*, dixiſſe veteres Romanos; quod quidem audientibus nihil differre videtur a Græco *βινεῖ*: vel, cum Græca verba à *β* incipientia pronunciarent, pro *β* nominaſſe Latinam litteram *B*. nam, ſi flagitium eſt in, *Bini*, nimirum id eſt, quia non differt a Græco *βινεῖ*. aut igitur *Bini*, per *β* Græcum, aut *βινεῖ* per *B* Latinum pronunciabant. *Idem.*

62. *Idque tu facis.*] *Βινεῖ*, eſt, *Concumbe*, a *βινέω*. cum ergo tibi dico, *Bini*, tu concumbis: quaſi ego tibi Græce locutus, imperaverim, ut concumberes: cum tamen ego Latine dixerim, non Græce. *Idem.*

63. Ne

f *alii* vides. g *alii* ergo. h *alii* enim? num hon. i *Græv.* & *alii* diviſio.

non potes. [f] Viden' igitur nihil eſſe, niſi ineptias: turpitudinem nec in verbo eſſe, nec in re: itaque nuſquam eſſe. [g] Igitur in verbis honeſtis obſcœna ponimus. Quid [h] enim, 63 non honeſtum verbum eſt [i] diviſor? At ineſt obſcœnum, cui reſpondet intercapedo. num hæc ergo obſcœna ſunt? Nos autem ridiculè. Si dicimus, ille patrem ſtrangulavit, honorem non præfamur. ſin de Aurelia aliquid, aut Lollia; honos præfandus eſt.

63. *Non honeſtum verbum eſt diviſio.*] Tunc eſt honeſtum cum ſimpliciter ſignificat, *ſeparatio*: obſcœni enim tunc nihil ineſt, & uſurpatur conſuetudine communi: ut, *dividere lignum*, *fundum*, *hereditatem*, ſimilia. honeſtum autem tunc non eſt, cum dicimus, *dividere puerum*: ut Græci quoque loquuntur: dicunt enim *διαμερίζειν τὰ παιδικὰ*, pro, dividere & ſtuprare pueros adamatos. & ita locutum eſſe Sextum Empiricum lib. III. Pyrrh. cap. 25. animadverti. idemque cap. 24. cum ageret de maſcula Venere, ſine probro apud quaſdam gentes uſitata, ut apud Germanos, & Thebanos, hæc ſubjungit: *Merionem Cretenſem* (Merionem illum, Homerico verſu notum, Idomenei, Cretenſium ducis, aurigam appellat) *ita vocatum ajunt ad expreſſam conſuetudinis Cretenſium ſignificationem.* Hæc Sextus, ex opinione eorum, qui Merionis nomen *ἀπὸ τοῦ μερίζειν τοὺς παῖδας*, deductum putabant, qui, *Μηριόνης*, Jonica lingua ε in η converſa, ab Homero vocatur. Videtur huc ſpectaſſe Plautus in Aul. ambigua tamen ſignificatione, ut eſt in hoc genere facetus, cum dixit: *Me quidem hercle (dicam palam) non divides.* Et ibidem: *Poſt, ſi quis vellet te, haud non velles dividi.* P. Manut. *Non honeſtum verbum eſt diviſio? At ineſt obſcœnum, cui reſpondet intercapedo.*] Optime ſe habet hæc lectio ex optimis codicibus hauſta. Male Victorius, & eum ſecutus Gebhardus, *diviſor* ediderunt. Senſum vero non cepit Manutius. Obſcœnitas hic conſiſtit in *κακεμφάτῳ*, ut recte monuit Scaliger ad Catullum, pag. 49. edit. Commelin. Nam ſi in *diviſio* exteratur prima ſyllaba, remanet *viſio*; quod Latinis ſignificat fœdum corporis ſtrepitum edo. Propter eandem cauſſam Acron Horatii interpres ad hunc locum, de Arte poëtica, *quamvis eſt monitus* notat, *pro eo quod eſt quamvis ſit propter κακέμφατον, ut Maro, quamvis eſt ruſtica Muſa.* Nec aliud ſignificat, quod illi reſpondet, *intercapedo*. Nimirum poſtremæ duæ ſyllabæ hujus vocis in nominandi caſu, non in obliquis. Ac de iſto poſteriore ne dubitemus Quintilianus facit in lib. VIII. Inſtit. Orat. c. 3. *Diviſio quoque vocum*, inquit, *affert eandem injuriam pudori, ut ſi intercapedinis nominativo caſu quis utatur.* Si enim vox intercapedinis Manutianum illud prius ſonaret, non jam rectus id caſus ſolum ſonaret, ſed ceteri quoque caſus omnes idem valerent, ut pulchre notavit vir diſertiſſimus; & ſummi ingenii ac doctrinæ, Franciſcus Vavaſſor lib. de Epigrammate cap. XI. cui ſtudioſi humanitatis hanc debent obſervationem. *Græv.*

64. Bar-

eſt. Et quidem jam non etiam obſcœna verba, pro obſcœnis ſunt. [64] Batuit, inquit, impudenter: [65] depſit multo impudentiùs. Atqui neutrum eſt obſcœnum. ſtul-

64. *Battuit, inquit, impudenter.*] Eſt & hoc verbum ex illis, quæ turpem rem ſignificabant, cum alium etiam haberent non obſcœnum ſignificatum: nam pro *verberare* frequenter accipiebatur. Habemus & nos huic ſimile verbum & nomine & ſignificatu, id eſt, quod ab hoc deductum videtur, & ipſum quoque verberare & flagello cædere ſignificat, quod flagitioſam & nefandam rem alio ſignificatu innuit, & eamdem (ut puto) quam apud Romanos *Battuere.* Quamvis enim Cicero impudentius adhuc eſſe tradat *depſere* quam *battuere*: dicit hoc fortaſſe, quia tunc non tantopere deteſtabantur eas libidines quæ priore verbo ſignificantur, quam nos nunc merito facimus: ſed licenter illis amoribus utebantur: ſed non noſtrum eſt, neque ad hoc inſtitutum pertinet, quod gravius aut levius peccatum ſcelusque ſit, minute perquirere: illo certe quod verbo *depſere* innuitur, nihil ſpurcius fœdiuſque fieri poteſt. Veniam mihi datum iri ſpero, qui ut hujus epiſtolæ ſenſum aperirem declararemque, breviter & tecte de obſcœnis rebus aliquantulum diſputavi. *Victor.* Joſeph. Scaliger in Conject. in Varr. lib. IV. de L. L. p. 64. verbum hoc illuſtravit ex his Theocrit. Idyll. I. ℣s. 87.

Αἰπόλος ὄκκ' ἐσορῇ τὰς μηκάδας, οἷα βατεῦνται,
Τάκεται ὀφθαλμὼς, ὅτι οὐ τράγος αὐτὸς ἔγεντο.

Quam rem Varronem ait Latine dixiſſe *inſilire equulam.* Non illud igitur quod voluit Victorius. *Verburg.*

65. *Depreſſit multo impudentius.*] Vetuſti codices *dempſit.* Nos litteram *m* vacare putavimus, ac *depſit* ſcripſimus. Non. Marcellus Varronem Myſteriis hac voce uſum docet hoc verſu, *Sed tibi fortaſſe alius molit, & depſit.* A Græco autem (ut ejus verba ſunt) magis ſignificantiam & originem trahit. Quod autem verſus Homeri in Odyſſea, quem Nonius citarat, nullum veſtigium ibi eſt, ut inane illud ſpatium repleatur, videndum eſt an reponi hic debeat:

Κηρὸν δεψήσας μελιηδέα, μήτις ἀκούσῃ.

qui eſt in XII lib. cum ſermo eſſet de Ulyſſe, qui mollita cera aures ſociorum obturàbat, ne cantus illi Sirenum audirent. Quid vero δέψεσθαι apud Græcos ſit, notiſſimum eſt. Tanta erat priſcorum comicorum licentia, ut nedum puduerit Ariſtophanem obſcœno nomine in comœdia uti, totam hanc rem ſcurriliter deſignet & pingat: quod mirum eſt, ea tempora tantam verborum obſcœnitatem ferre in theatro potuiſſe, & tantopere riſu jociſque inſanire homines illos ſolitos, ut paterentur ſiniſtre facetos poëtas tam turpiter, ſceleſtéque bonis moribus inludere. *Victorius. Depſit multo impudentius.*] Sic legendum eſſe, non *depſit*, ab aliis jam indicatum eſt. Fuit hoc verbum etiam apud Catullum depravatum. nam ex *perdeſpuit*, factum eſt *perdepſuit.* Sic igitur legendum carmen illud in Gellium, *Gellius audierat, &c.*

ſtultorum plena ſunt omnia. Teſtes, verbum honeſtiſſimum in judicio: alio loco, non nimis. at honeſti, [66] colei Lanuvini: [67] Cliternini, non honeſti. Quid? ipſa res modò honeſta, modò turpis? [68] ſuppedit, flagitium eſt. jam erit nudus in balneo, non reprehendes.

P. CXLI.

[69] Habes [k] ſcholam Stoicam, [70] ὁ σοφὸς εὐθυῤῥήμων ἔσῃ. quàm

k ſtolam *MS.*

Hoc ne ipſi accideret, patrui perdepſuit ipſam Uxorem, &c. Quod a Joſ. Scaligero noſtro nuper animadverſum eſt. Sed redeo ad Ciceronem: *batuere* paullo ante ponitur a Cicerone etiam in obſcœnis, vel per translationem, quia batuere eſt ferulis verberare: vel quod βατίεσθαι, ſeu βατεύεσθαι apud Siculos, idem valet quod iniri a mare. Theocr.

Οὐκ ἐσορῇ τὰς μυκάδας, οἷα βατεῦντι. Lambin.

66. *Colei Lanuvini.*] Sacci de corio facti, qui & cullei: qui optime Lanuvii fiebant, & inde portabantur Romam. *J. F. Gronov.*

67. *Cliternini.*] Ut in Priapp. 13.

Nos pudore pulſo
Stamus ſub Jove coleis apertis.

Cliternum quoque Italiæ oppidum, & incolæ Cliternini. Sed videtur aliquis ſic luſiſſe, reſpiciens ad vocabulum κλειτορὶς, quæ & νύμφη & μύρτος appellatur. *J. F. Gronov.* *Clitorinos* legit Rhodiginus lib. IV. Lect. Antiq. c. 7. potius quam *Cliterninos*, & deducit ab eo vocabulo Græco, quod Gronovius adpoſuit. Si quis ſcire cupit quid illud ſibi velit, ut & verbum inde deductum κλειτοριάζειν, is adeat Cœlium dicto loco. *Verburg.*

68. *Supplere flagitium eſt.*] Nos parva admodum immutatione ab antiquis exemplaribus *ſuppedit* legimus: nam ſic etiam ſupra *battuit*, *depſit* tertia perſona ſingularis numeri. Res autem clara eſt. Non ſolum, inquit, verba, quæ rem ſignificant, ſed res ipſa etiam quæ verbis illis declaratur, pro loci ratione modo turpis eſt & culpatur, modo ſi non honeſta, tamen conceſſa & non reprehenſa. Quod enim in balneis vitio nulli datur, id alibi committere flagitium eſt. Manifeſtum eſt autem quid intelligat. *Victorius.*

69. *Habes ſcholam Stoicam.*] Hoc eſt, diſputationem ſeu diſſertationem Stoicam. Cic. III. Tuſc. 34. *Separatim autem certæ ſcholæ ſunt de exitio, de interitu patriæ*, hoc eſt, exercitationes, diatribæ, diſputationes. Ibid. *Hæc Græcia in ſingulas ſcholas diſpertivit.* hoc eſt, in ſingulos libros, diſſertationes. Sic *ſcholas habere* eſt diſſerere de virtute aliqua, aut alia re. Cic. I. Tuſc. 4. *Ut jam etiam ſcholas Græcorum more haberemus.* Poſterioris ſæculi ſcriptores dixerunt *tractatum habere*. *Tractatus* enim dicebantur epiſcoporum Homiliæ, ſeu Conciones. *Victor.* Uticenſis de perſecutione Vandalica de Auguſtino: *Ducentos jam & triginta & duos confecerat libros, exceptis innumerabilibus epiſtolis, vel expoſitione totius Pſalterii & Evangeliorum, atque tractatibus popularibus, quas Græci homilias vocant, quorum numerum comprehendere ſatis impoſſibile eſt.* Hinc *tractator* eſt interpres ſacrarum litterarum. Au-

quam multa ex uno verbo tuo? Te [71] adverſus me omnia audere gratum eſt. Ego ſervo, & ſervabo (ſic enim aſſuevi) Platonis verecundiam. Itaque tectis verbis ea ad te ſcripſi, quæ apertiſſimis agunt Stoici. Sed illi etiam crepitus ajunt æquè liberos, ac ructus eſſe oportere. Honorem igitur. [72] Kalendis Mart. Tu me diliges, & valebis.

EPISTOLA XXIII.

ARG. *Prænunciat Pæto adventum ſuum: quanquam enim audierit eum pedibus laborare, ſe tamen putare ait, cocum illius articulari morbo non impediri, quo minus cœnam poſſit apparare. Cæſare tertium & Lepido Coſſ.* [A. V. C. DCCVII.] Hanc præceſſit ep. 20. hujus libri, ſequitur ep. 4. lib. VII.

CICERO PAPIRIO PÆTO.

HERI veni in Cumanum: cras ad te fortaſſe. Sed cùm certum ſciam, faciam te paullo ante certiorem.

Auguſtin. Serm. 22. eorum, quos Sirmondus edidit: *Homines enim hominibus loquimur, & recte ſcripturarum tractatores dicimur, non noſtrarum opinionum aſſirmatores.* Sic *tractare* ſcriptoribus Eccleſiaſticis ſæpe eſt ſacras litteras interpretari. Servius etiam uſurpavit de philoſophis, oſtenditque idem eſſe quod *ſcholam habere* ad VII. Æn. *Xenocrates primus philoſophiæ ſcholam aperuit, cum antea in porticibus philoſophi tractarent.* Grævius.

70. Ὁ σοφὸς εὐθυῤῥήμων ἐστι.] Sapiens proprie & ſimpliciter loqueris. XII, 16. *Si tibi quibuſdam verbis* εὐθυῤῥημονέστερος *videbor.* Male Manutius. *J. F. Gronov.*

71. *Adverſus me.*] Levius eſt, quam *contra.* nam *contra*, nocendi voluntatem oſtendit: *adverſus*, interdum eſt ſine contraria, vel etiam cum bona voluntate. Ad Attic. ep. 3. lib. X. *Unum te puto minus blandum eſſe, quam me: aut, ſi uterque noſtrum eſt aliquando adverſus aliquem, inter nos certe numquam ſumus.* Terentius in Andr. *Id gratum fuiſſe adverſum te, habeo gratiam.* Quod ait Donatus eſſe, *penes te.* Et illud ejusdem in eadem fabula: *Opus eſt aut hunc cum ipſa, aut me aliquid de illa adverſum hunc loqui:* *adverſum* pro *apud* eſſe poſitum idem Donatus opinatur. *P. Manut.*

72. *Kalendis Martiis.*] Quem præcipue diem matronas, Junoni dicatum, cum religione coluiſſe, lib. Sat. I. ſcripſit Macrobius. Hinc Plautus in Milite: *Da mihi vir, Kalendis qua mittam, cum Martiæ venerint:* quem verſum ſine cauſſa immutarunt poſtea impreſſores tranſalpini, hoc modo: *Da mi vir Kalendis meam quod matrem juverit.* Ovidius Faſt. lib. III. & Servius in Virg. lib. VIII. cur Kalendas Martias matronæ colerent, cauſſam exponunt. *Idem.*

rem. Etſi M. Ceparius, cùm mihi in ſilva Gallinaria obviam veniſſet, quæſiſſemque, quid ageres, dixit te in lecto eſſe, quòd ex pedibus laborares. Tuli ſcilicet moleſtè, ut debui: ſed tamen [l] conſtitui ad te venire, ut & viderem te, & viſerem, & cenarem etiam. Non enim arbitror cocum etiam te arthriticum habere. Exſpecta igitur hoſpitem [m] cùm minimè edacem, tum inimicum cenis ſumptuoſis.

l inſtitui *MS.*

m tum *MS.*

EPISTOLA XXIV.

ARG. *Rufum a Pæto commendatum ait ſibi curæ etiam atque etiam fore: deinde monet ut omnino ad cenas & convictum amicorum redeat: concludit, rep. ſibi nihil eſſe carius. Poſt Cæſaris necem, Hirtio & Panſa Coſſ.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 4. lib. x. ſequitur ep. 7. lib. XII.

CICERO PÆTO.

73 RUFUM iſtum, amicum tuum, de quo iterum jam ad me ſcribis, adjuvarem, quantum poſſem, etiam ſi ab eo læſus eſſem, cùm te [n] tantopere viderem ejus cauſa laborare. cùm verò & ex tuis litteris, & ex illius ad me miſſis intelligam, & judicem, magnæ curæ ei ſalutem meam fuiſſe: non poſſum ei non amicus eſſe, neque ſolùm tua commendatione, quæ apud me, ut debet, valet plurimùm, ſed etiam voluntate ac judicio meo. volo enim te ſcire, mi Pæte, initium mihi ſuſpicionis, & cautionis, & diligentiæ fuiſſe, litteras tuas; quibus litteris congruentes fuerunt aliæ poſteà multorum. Nam & Aquini, & [o] Fabrateriæ
74 conſilia ſunt inita de me, quæ te video inaudiſſe: &, quaſi divinarent, quàm his moleſtus eſſem futurus, nihil aliud egerunt, niſi me ut opprimerent. Quod ego

n magnopere *MS.*

P. R.

o Fabateriæ *MS.*

73. *Rufum iſtum amicum tuum.*] Hanc epiſtolam (niſi fallor) ſcripſit Cic. poſt Cæſ. necem: quod verba quoque hæc, quæ in ipſa poſita ſunt, declarant, *Nam & Aquini, & Fabrateriæ conſilia ſunt inita de me.* De eadem enim re Cicero in Philipp. egit. *Victor.*

74. *Conſilia ſunt inita de me.*] *De* exponit Paſſerat. in Prælect. ad Propert. lib. IV. p. 614. per *in*, pro contra, firmatque loco e Philipp. XIII. *De quibus lata lex* pro *in quos*; & illo Virgilii: *Cui tantum de te licuit.* Verburg.

75. Spe-

ego non ſuſpicans, incautior fuiſſem, niſi à te admonitus eſſem. Quamobrem iſte tuus [p] amicus apud me non [q] eget commendatione. Utinam ea fortuna reipublicæ ſit, ut ille me quàm gratiſſimum poſſit cognoſcere! Sed hæc hactenus. Te ad cenas itare deſiſſe, moleſtè fero. Magna enim te delectatione & voluptate privaſti. Deinde etiam vereor, (licet enim verum dicere) ne neſcio quid illud, quod ſolebas, dediſcas, & obliviſcare cenulas facere. Nam ſi tum, cùm habebas, quos imitarere, non multum proficiebas: quid nunc te facturum putem? [r] [75] Spurinna quidem, cùm ei rem demonſtraſſem, & vitam tuam ſuperiorem expoſuiſſem: magnum periculum ſummæ [s] reipublicæ demonſtrabat, niſi ad ſuperiorem conſuetudinem tum, cùm Favonius flaret, revertiſſes. [76] hoc tempore [t] ferri poſſe, ſi fortè [77] tu frigus ferre non poſſes. Sed, mehercule, mi Pæte, extra jocum, moneo te, quod pertinere ab beatè vivendum arbitror; ut cum viris bonis, jucundis, amantibus tui vivas. Nihil [v] aptius vitæ: nihil ad beatè vivendum accommodatius. Nec id ad voluptatem refero: ſed ad [x] communitatem vitæ, atque victus, remiſſionemque animorum: quæ maximè ſermone efficitur familiari, qui eſt in conviviis dulciſſimus: ut ſapientiùs noſtri, quàm Græci; [78] illi συμπόσια,

p *alii* animus.
q indiget *MS.*
r *ita Victor. Grav.* Spurina.
s rei dem. *alii.*
t *alii* fieri. *alii* ferre te.
v eſt aptius *MSS.*
x *alii* comitatem.

75. *Spurina.*] Veſtriciæ gentis, ut lib. XVIII. auctor eſt Tacitus, haruſpex fuit, qui futura prædiceret. Hic Cæſarem monuit, ut caveret idus Martias, quibus poſtea eſt interfectus. Suetonius. *P. Manut.*

76. *Hoc tempore fieri poſſe.*] Vetuſti codices *ferri*, nam quod alii pro *tempore*, *tepore* legunt, in nullo inveni antiquo codice. Idem dicimus de voce illa *ſervitutem*, quam alii in *ſeveritatem* commutarunt. Nos enim omnibus vetuſtis exemplaribus concordes vulgatos codices nunquam damnare auſi ſumus, ideoque & hic & aliis locis hæc argute ab aliis excogitata non recepimus. *Victorius.*

77. *Tu frigus.*] Nocturnum, quod revertenti a cœna ſubeundum erat. Manutius ait ludere Ciceronem in *ferri* & *ferre*, quod eſt puerile atque ineptum. Immo ludit in *frigus ferre*, quod eſt & quod ſonat, & faſtum pati & inſolentiam dominantium ſatellitum Tyranni poſt Tyrannum occiſum. Suet. Octav. *J. F. Gronovius.*

78. *Ille συμπόσια aut σύνδειπνα, id eſt, compotationes aut concœnationes.*] Hoc totum, *id eſt, compotationes aut concœnationes*, delendum puto, ut foris profectum & alienum, minimeque Ciceronis. *Lambin.*

P. CXLII. σια, aut σύνδειπνα, id eſt, compotationes, aut concenationes: nos convivia; quòd tum maximè ſimul vivitur. Vides, ut te philoſophando revocare coner ad cenas? Cura, ut valeas. id foris cenitando facillimè conſequere. Sed cave, ſi me amas, exiſtimes, me, quòd jocoſiùs ſcribam, abjeciſſe curam reipublicæ. Sic tibi, mi Pæte, perſuade, me dies & noctes nihil aliud agere, nihil curare, niſi ut mei cives ſalvi liberique ſint. Nullum locum prætermitto y monendi, agendi, providendi. Hoc denique animo ſum, ut, ſi in hac cura atque adminiſtratione vita mihi ponenda ſit, præclarè actum mecum putem. Etiam atque etiam vale.

y movendi *MSS.*

EPISTOLA XXV.

ARG. *Hanc epiſtolam ſcripſit ante bellum civile, cum Ciliciam proconſul adminiſtraret. Jocans in eo cavillatur, quia ſibi Papirius præcepta de re militari litteris tradiderat. Commendat M. Fabium, eum quem Cælio epiſt.* 4. *lib.* II. *commendavit. L. Paullo, C. Marcello Coſſ.* [A. V. C. DCCIII.] Hanc præceſſit ep. 10. lib. III. ſequitur ep. 19. lib. II.

CICERO IMP. PÆTO.

SUMMUM me ducem litteræ tuæ reddider plane nesciebam, te tam peritum eſſe rei militaris. Pyrrhi te libros, & Cineæ video lectitaſſe. Itaque obtemperare cogito præceptis tuis: hoc ampliùs, navicularem habere aliquid in ora maritima. contra equitem Parthum negant ullam armaturam meliorem inveniri poſſe. Sed quid ludimus? neſcis, quocum imperatore tibi negotium ſit. παιδείαν Κύρου, quàm z contrieram legendo, totam in hoc imperio a explicavi. Sed jocabimur aliàs coram, b ut ſpero, brevi c tempore. Nunc 79 ades ad imperandum, vel ad parendum potiùs: ſic enim antiqui loquebantur. Cum M. Fabio (quod ſcire te arbitror)

z *ſic Vict. alii* contriveram. a implicavi *MS.* b *alii* & ut. c *alii non habent* tempore.

79. *Ades ad imperandum, vel ad parendum potius: ſic enim antique loquebantur.*] Scripta veterum interiere, in quibus hic loquendi modus crebrior fuit, unius igitur Salluſtii utemur teſtimonio: *Jugurtha* (inquit) *ubi armis, viriſque, & pecunia ſpoliatus eſt, cum ad imperandum Tiſidium vocaretur, rurſus cæpit flectere animum ſuum. Ad imperandum*, id eſt, ut ei imperaretur, ad parendum: quod

tror) mihi ſummus uſus eſt: valdeque eum diligo, cùm propter ſummam probitatem ejus, ac ſingularem modeſtiam, tum quòd in his controverſiis, quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis, optima opera ejus uti ſoleo. Is cùm ad me Laodiceam veniſſet, mecumque ego eum eſſe vellem, repentè percuſſus eſt atrociſſimis litteris, in quibus ſcriptum erat, fundum Herculanenſem à Q. Fabio, fratre, proſcriptum eſſe: qui fundus cum eo communis eſſet. Id M. Fabius pergraviter tulit: exiſtimavitque fratrem ſuum, hominem non ſapientem, impulſu inimicorum ſuorum eò progreſſum eſſe. Nunc ſi me amas, mi Pæte, negotium totum ſuſcipe; [d] & moleſtia Fabium libera. Auctoritate tua nobis opus eſt, & conſilio, & etiam gratia. Noli pati litigare fratres, & judiciis turpibus conflictari. [e] Matonem & Pollionem inimicos habet Fabius. Quid multa? non mehercule tam perſcribere poſſum, quàm mihi gratum feceris, ſi otioſum Fabium reddideris. Id ille in te poſitum eſſe putat, mihique perſuadet.

P. R.

d & *deeſt in edd. vulg.*

e Mahonem *Vict.*

EPISTOLA XXVI.

ARG. *Deſcriptio & excuſatio cœnæ hilarioris, præſertim accumbente Cytheride meretrice.* [A. V. C. DCCVII.] Hanc præceſſit ep. 15. hujus libri, ſequitur ep. 14. lib. VI.

CICERO PÆTO S. D.

80 ACCUBUERAM hora nona, cùm ad te [f] harum exemplum in codicillis [81] exaravi. Dices, ubi? apud Volumnium Eutrapelum, & quidem [82] ſupra me Atticus, infrà Verrius, familiares tui. Miraris tam ex-

f litterarum *MSS.*

quod Cicero ſubjunxit. Hunc loquendi modum & Servius agnovit in illo Virgilii verſu:

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Cantando, inquit, *dum incantatur*. P. Manut.

80. *Accubueram hora nona.*] Æſtas enim erat, quum hieme accumberent hora decima. Vid. Urſin. in Append. ad Ciacc. pag. 79.

81. *Exaravi.*] Raptim ſcripſi. non enim *Exarare*, valet, ſimpliciter ſcribere: quod nonnullos opinari, eorum ſcripta declarant. ep. 20. lib. XII. P. *Manut.*

82. *Supra me Atticus, infra Verrius.*] Atticus a dextra, Verrius a ſiniſtra. Locus honoratior in lecto erat medius. quam Cicero,

 vix

exhilaratam eſſe [g] ſervitutem noſtram? Quid ergo faciam? te conſulo, qui philoſophum audis. Angar? [h] excruciemne me? quid aſſequar? Deinde quem ad finem? Vivas, inquis, in litteris. An quidquam me aliud agere cenſes? [i] aut [k] poſſem vivere, niſi in litteris viverem? Sed eſt earum etiam non ſatietas, ſed quidam modus. A quibus cùm diſceſſi, etſi minimum mihi [l] eſt in cena, 83 quod tu unum ζήτημα Dioni philoſopho po-

g *alii* ſeveritatem. ſenectutem *Lamb.*
h excruciem me? *MS.*
i *alii* haud. *malè.*
k *alii* poſſe me.
l eſſet *MSS.*

vir conſularis, merito obtinuit; ſecundus, ſuperior, Attici; tertius, inferior, Verrii. propterea ſuper Germanicum Piſo diſcubuit, ut lib. III. ſcripſit Tacitus: & Didoni reginæ medium locum Virgilius aſſignavit, Æneæ ſuperiorem, Achati vel Ilioneo inferiorem:

Cum venit, aulais jam ſe regina ſuperbis
Aurea compoſuit ſponda, mediamque locavit.

De ſuperiore autem Æneæ loco:

Inde thoro pater Æneas ſic orſus ab alto.

Et Plautus in Moſt. *Non omnes poſſunt olere unguenta exotica, Sicut tu ſoles, neque ſuperiores accumbere.* Et in Stich. *Haud poſtulo equidem ſummo in lecto accumbere.* Et in Perſ. *Accumbe in ſummo.* Quartus locus, *imus* dicebatur: de quo Horatius, *Secutis omnibus imis.* in eo Volumnium ipſum, convivii dominum, cum Cytheride accubuiſſe arbitror, non in lecto ſeparato & proprio. Sciendum, quod Plutarchus ἐν τῷ Συμποσιακῶν A. ſcriptum reliquit, conſulem non medio loco, qui ceteris civibus, ubi quis dignitate præſtaret, aſſignabatur, ſed ultimo medii lecti ſolitum accumbere, non modo propter eam cauſſam, ne reges videretur imitari, quorum actiones omnes ac mores libera civitas oderat, ſed ut audire, imperare, ſubſcribere, ſcribam, miniſtrum, cuſtodem corporis, nuncium ab exercitu venientem admittere, colloqui, interrogare, neque ſuo, neque cujuſquam convivæ impedimento, poſſet. ſecundus enim lectus primo a ſuperiore parte cohærebat, ab inferiore autem, ubi conſul accumbebat, modico intervallo ſejunctus erat a tertio, ut ad ea, quæ dixi, peragenda vacuum locum haberet conſul. Hunc morem, Plutarchi teſtimonio, oſtendendum exiſtimavi, ne quis crederet, aut medium locum medii lecti (tres enim in triclinio lecti erant) ſemper honoratiorem reliquis fuiſſe; quod hæc maxime Ciceronis epiſtola declarat; aut ultimum ejuſdem lecti locum; quod Plutarchus docet. diſtinctio enim diverſam Ciceronis & Plutarchi doctrinam conciliat: ut medius quidem locus tertii lecti, ſi privati cives accumberent, eſſet reliquis honoratior; ſin conſul adeſſet, ultimus. Verrium eſſe illum opinor, quem Varro juris pontificii peritiſſimum ſcripſit fuiſſe, patronum ejus Verrii, quem Feſtus mutilavit. *P. Manut.*

83. *Quod tu unum ζήτημα Dioni philoſopho poſuiſti.*] *Ponere quæſtionem* Cicero dixit frequenter pro *proponere quæſtionem.* Cicer. I. de Orat. *Mihi vos tanquam alicui Græculo otioſo & loquaci, & for-*

taſſe

poſuiſti, tamen quid potiùs faciam, priùs quàm me P. CXLIII.
dormitum conferam, non reperio, audi reliqua. Infra Eutrapelum [84] Cytheris accubuit. In eo igitur, inquis, convivio Cicero ille? *quem adſpectabant? cujus ob os Graji ora obvertebant ſua?* Non, mehercule, ſuſpicatus ſum illam affore: [85] ſed tamen [m] ne Ariſtippus quidem ille Socraticus erubuit, cùm eſſet [n] objectum, habere

[m] ne deeſt in MS.
[n] ei object. Lamb.

taſſe docto atque erudito, quaſtiunculam de qua meo arbitratu loquar, ponitis. Senec. ep. 49. *Sederem otioſus ejuſmodi quaſtiunculas ponens.* Sic & ſimpliciter *ponere*. Cic. I. Tuſc. 6. *Ponere jubebam de quo quis audire vellet.* Senec. Suaſor. VI. *Solent enim Scholaſtici declamatores ponere, an promittente ſalutem Antonio orationes ſuas* (Cicero) *comburat*. Græv.

84. *Cytheris.*] Volumnii liberta, & amica. quam poſtea dilexit Cornelius Gallus Poëta, & poſt eum M. Antonius: de quo Virg.

——— Tua, Galle, Lycoris
Perque nives alium, perque horrida caſtra ſecuta eſt.

Lycoris enim a Virgilio ficto nomine vocatur. & in eo loco, tres fuiſſe nobiles meretrices, eaſdemque mimas, ait Servius: Cytheridem, Originem, Arbuſculam. Cytheridem nominat etiam Cicero in epiſt. 8. lib. X. ad Att. & in Phil. 2. Plinius lib. VIII. cap. 16. Plutarchus in Antônio. Eadem honeſtiore nomine, Philip. 2. Volumnia dicta, quod Volumnii liberta. Originem Horatius appellat:

Ut quondam Marſaus amator Originis ille,
Qui patrium mima donat fundumque laremque.

De Arbuſcula idem:

——— Satis eſt, equitem mihi plaudere: ut audax,
Contemptis aliis, exploſa Arbuſcula dixit.

Et Cicero ep. 15. ad Attic. lib. IV. *Quaris nunc de Arbuſcula: valde placuit.* P. Manut.

85. *Sed tamen Ariſtippus quidem ille Socraticus non erubuit, —— Habeo, inquit, &c.*] Nulli veteres habent particulam illam negativam, quare nos cum Germanico codice, *ne Ariſtippus quidem ille Socraticus erubuit* ſcripſimus. fere autem ſemper *quidem* ante ſe habet *ne*. Græca autem verba Ariſtippi quæ melius viſa ſunt Ciceroni dictum illud exprimere, nos adferemus, ut poſſint ſtudioſi facile cum interpretatione Ciceronis conferre: ſunt autem apud Athenæum Δειπνοσοφιστῶν. lib. XII. ὁ δὲ Ἀρίστιππος ἐπὶ τῆς Λαΐδος ἔφη, Ἔχω καὶ οὐκ ἔχομαι. *Victorius. Habeo, inquit, non habeor a Laide.*] Sic omnes veteres libri, non ut Manutii iterum jam impreſſerunt. *Habeo, inquit, Laida, non habeor a Laide.* Suſpicari potius aliquis poſſet, ne ſemel quidem Laidis nomen ponendum eſſe, nedum bis collocetur: nam in Græco Ariſtippi dicto, quod a nobis apud Athenæum inventum eſt, nuſquam eſt, & hæ voces, quanto magis breves, conciſæque ſunt, tanto magis elegantes & acutæ videntur. Quod ex plurimis veterum apophthegmatibus facile intelligi poteſt: ſunt enim illa pronun-

bere eum [86] Laida. [87] Habeo, inquit, non
Laide. Græcè hoc meliùs. tu, ſi voles, inte
re. Me verò nihil iſtorum, ne juvenem
movit umquam: ne nunc ſenem. convivio
[88] ibi [o] loquor, quod in ſolum, ut dicitur, [89]

o *alii* loq. aliquid, quod.

tiata mira brevitate. Demetrius etiam ille Phalereus
docet: ipſius enim verba ſunt in commentario, περὶ
Ἔϛι δὲ ἀποφθεγματικὸν ἡ βραχύτης. Præterea Cicero
cum naturam apophthegmatis exprimeret, inquit: *Mul*
& commode dicta memoria mandabam. Et hæc fortaſſe c
cur Cicero exiſtimarit, melius hanc ſententiam Græce
quam Latine, quod brevius conciſiuſque eo ſermone e
niſi potius quia non eandem vim apud Latinos homines
beo quam apud Græcos ἔχω, & *habeor* quam ἔχομαι·
hoc judicabunt. Clemens etiam ipſe in II Stromate vo
Ariſtippi, non tam preſſe tamen concinneque eam prot
ipſius verba ſunt: Ταύτῃ δῆλον ἐν τῇ δόξῃ καὶ Ἀρίς
Κυρηναῖος προσέβαλλεν τοῦ τὴν ἀλήθειαν αὐχοῦντος σοφ
διζόμενος ἐν ἐπὶ τῷ συνεχῶς ὁμιλεῖν τῇ ἑταίρᾳ τῇ
ἔχω τὴν ἔλεγεν Λαΐδα καὶ οὐκ ἔχομαι ὑπ' αὐτῆς. Sent
tur hic contentus fuit, verba non valde eleganter compo
in poſter.

86. *Laïda.*] Scortum nobile, paucorum hominum, m
tio conſuetudinem illius ementium. vide Gellium lib.
Lactantium libro tertio, cap. 15. Laertium in Ariſtippi
thenæum lib. XII. & XIII. Clementem Alex. Strom. 2.

87. *Habeo, inquit: non habeor à Laide.*] Recidi illud
duobus Pall. Gulielmianis quatuor, editione primaria &
Vaticani excerpta plura decurtant: *habeo, inquit: non ha*
re: quod mihi majorem in modum placet; eò magis, q
ceſſerit, *habere eum Laida:* quæ verba aliàs haberi ju
gloſſâ Gruterus noſter: ſicut & illa *nedum ſenem:* ſed *n*
nem ut edidi, habent Pall. Gruterianus, tres Gulielmia
prima & Victorii. *Gebhard.*

88. *Ibi loquor aliquid, quod in ſolum, ut dicitur, &c.*
obſcurus, & multis ſuſpectus: vetuſtioribus omnibus e
bus cum vulgata lectione convenit: verbum tantum *ali*
habent antiqua, quare neque nos recepimus. Ut fit,
modis dum corrigere volunt, locum hunc magis dep
Quidam pro *ſolum*, *ſolatium* reponunt, conjectura duct
inani & falſa: utinam autem tam certa eſſet ſententia q
ba ſunt incorrupta: proverbium enim eſt, ſed rarum ad
qua de cauſſa parum perſpicitur unde dictum ſit: a Cic
men lib. I. de Natura deorum iterum uſurpatum eſt, *A*
omnia atomorum regno & licentia: Hinc quodcunque in ſo
(ut dicitur) effingis atque efficis. Nos nihil aliud poſſum
tum non temere evertendam eſſe hanc receptam cum
conſentientem lectionem, admonemus, locumque aliu

um & ᵖ in riſus maximos transfero. An tu id meliùs, p in *delet*
qui etiam ᑫ in philoſophum irriſeris? Cùm ille, ⁹⁰ ſi *Grav.*
quis quicquam quæreret, dixiſſet, ⁹¹ cenam te quære- q *ita*
re *Victor. alii delent* in.

imus, quo Cicero hoc eodem proverbio uſus eſt. Quod autem idem *genium* pro *gemitum* emendare voluerunt, a fide etiam in hoc antiquorum codicum diſceſſere. *Victor. Ibi loquor, quod in ſolum, ut dicitur.*] Hoc proverbium, *Quod in ſolum venit*, vel, *Quodcumque in ſolum venit*, quidlibet ſignificat, & quidquid occurrit, quidquid caſus fert: non pro ratione, aut pro recta voluntate, ſed temere, caſu, fortuito. ductum fortaſſe a frugibus, quæ ſementi non reſpondent, ſed enaſcuntur inutilia quædam interdum, atque in ſolum veniunt, præter exſpectationem agricolæ. hinc illud lib. 1. de nat. deor. *Abuteris ad omnia atomorum regno & licentia: hinc, quodcumque in ſolum venit, ut dicitur, effingis atque efficis.* Pro, temere, & arbitratu plane tuo effingis atque efficis omnia. Verum aliquanto magis vim ac ſententiam hujus proverbii declarat, & (ut arbitror) comprobat opinionem noſtram Varro apud Nonium, in Satyra, Væ victis, περὶ φιλονεικίας: in qua ſcripſit hæc: *Libet, me epigrammata facere: &, quoniam omnia non memini; quod in ſolum mihi venerit, ponam.* Reperiuntur & alia duo apud Nonium exempla, ſed ab ipſo ſic obſcurata, ut ea nemo adhuc potuerit agnoſcere, nam, quod erat, *In ſolitum venit*; *Inſolum*, unico verbo, fecit, & interpretatus eſt, *In ſolum*: cum verbum *Venit*, veteris eum proverbii admonere debuerit. Exempla videamus. Afranius Crimine: *Orbitatem ſenectuti tua magnum metui: Quod in ſolum non venit cæco atque dementi:* id eſt, quod temere non accidat homini cæco ac dementi. Idem Virgine: *ne veniret, quod nunc agitur, in ſolum.* Sic enim interpungo, non, ut Junius emendator, *Agitur in ſolum.* eſt autem ſententia: ne temere ſuccederet id, quod nunc agitur. *P. Manut.*

89. *Et gemitum, & in riſus maximos transfero.*] Hæc noſtra eſt in cunctis a nobis antiquis codicibus inventa lectio: alii *& geminum etiam* emendant, quos nec reprehendo, nec laudo. locus ſane obſcurus eſt. Quare cum ante de omni hac parte accurate diſſeruerim, verbum de ea amplius non faciam. *Victorius.*

90. *Si quis quicquam quæreret, dixiſſet, cenam te quærere à mane dixeris.*] Sic ſingulis apicibus optimus codex Palatinus ſextus, quemadmodum ex ſuis eruit P. Victorius: cujus adductis exemplis addas Hirtium de bello Alexandrino: *præſertim cum milites à mane diei jejuni ſub armis ſtetiſſent.* Palat. verò primus: *à me ne dixeris.* Doctus vir, cum eandem ſcripturam in v. c. reperiſſet, conjicit, *amarè*, id eſt, falsè. Editum eſt: *cùm ille, ſi quis quid quæreret, dixiſſet, cenam te quærere à me dixeris.* Gebhard.

91. *Cœnam te quærere a me dixeris.*] Mediceus ille pervetus codex *a mane* una cum Petrarchæ libro: quare nos quoque eos ſecuti ita legimus. Sic etiam loquitur Plautus in Amphitryone:

Hac illis pugnata eſt pugna uſque a mane ad veſperum.

Sic itidem Lucilius apud Firmianum libro x.

Nunc

re à mane dixeris. [92] Ille baro te putabat quæſiturum, [1] unum cœlum eſſet, an innumerabilia. Quid ad te? At

[1] num unum *alii.*

Nunc vero a mane ad noctem, feſto atque profeſto,
Totus idem pariterque dies populuſque patreſque
Jactare, &c.

Nec mihi difficile eſt credere, ſic etiam Ciceronem referentem familiarem Pæti ſermonem dixiſſe. *Victorius.* *A mane dixeris.*] Ita ſane olim imprimi juſſimus, quam lectionem alii poſtea probarunt ac receperunt. verumtamen cum accuratius de hac re cogitaremus, animadvertimus omnibus in locis ubi *a mane* eſt, ſequi ſtatim *ad noctem* aut *ad veſperum*, quemadmodum Plautus ſæpe locutus eſt. quod ſcrupulum mihi injecit, an cum id ſervatum hic non ſit, mendum inſit: & num prior lectio accommodatior ſit. Hirtius tamen dixit, *præſertim cum milites a mane diei jejuni ſub armis ſtetiſſent defatigati.* Idem in poſter. Recte ſe habet codicum vetuſtorum lectio. non vero hoc ſignificat, quod Manutius putat, ſe quærere cœnam quæ a mane inciperet. ſed ſe a mane quærere, qui illum invitaret ad cœnam, hora ſolita inſtituendam, aut ſaltem *de die:* ſicut illi ſodales Catulliani, qui in triviis quærebant vocationes. *Gravius.*

92. *Ille vero te putabat.*] Nos *ille Baro* ut in iiſdem probatiſſimis codicibus invenimus. quæ ſi rara eſt vox, non ideo repudianda & delenda. Quantum autem de hac re judicare poſſumus, illa fatuos ſignificat & ſtultos. ſic enim & alibi hanc vocem acceptam vidimus, etſi fere ab omnibus ſua ſede mota & indigne dejecta eſt. Lib. II. de Divinatione ante Venetam editionem ita in cunctis impreſſis locus hic legebatur, *huic equidem Antichobaro inquit, victum te eſſe non vides?* mendoſe procul dubio. ſic etiam in multis manuſcriptis, & nonnullis antiquioribus vidimus. Illi quam gratiam in prima voce corrigenda a ſtudioſis omnibus merito inire debebant, amiſerunt, dum parum conſiderate poſteriorem, quæ integra erat, corrumpunt. nam quod pro *Anticho*, *Antipho* ſcripſerunt, laudem meruerunt. Fuit enim Antipho Athenienſis, quem nunc intelligit, conjector ſomniorum, &, ut Græci dicunt, ὀνειροκρίτης. ſcripſit autem quomodo debeant judicari ſomnia, de quo etiam Artemidorus lib. II. ὀνειροκριτικῶν cap. de Sepia loquitur, *μέμνηται τȣ̃ ὀνείρȣ τȣ́τȣ καὶ Ἀντιφῶν ὁ Ἀθηναῖος.* Quod autem pro *Baro*, *tu vero* repoſuerunt, culpam deprecari non poſſunt. Eſt autem valde ſimilis locus in Divinatione, de quo nunc locuti ſumus, huic quem in manibus habemus. Hanc eandem vocem (ut opinor) in cunctis manu ſcriptis codicibus invenies lib. II. de Finibus hoc loco, *Hac cum loqueris, nos barones ſtupemus, tu videlicet tecum ipſe rides.* etſi in impreſſis *Varrones* male & mendoſe. Stolidos autem quoſdam videtur & hic innuere. Nam quod in epiſtolis ad Atticum incontaminata manet hæc vox, locum illum ſatis celebrem citare non neceſſe judicavimus: tot autem locis inventam, etſi raram, & obſoletam vocem errare amplius ſua regione pulſam paſſi non ſumus, doctiores conantur eam certius explicare: nos quod opera noſtra potuimus, non indiligenter ſo-

At hercule cena numquid ad te ? [s] ibi præſertim. Sic igitur vivitur : quotidie aliquid legitur, aut ſcribitur : dein, ne amicis nihil tribuamus, epulamur unà, non modò non contra legem, ſi ulla nunc lex eſt, ſed etiam intra legem, & quidem aliquantò. quare nihil eſt, quòd adventum noſtrum extimeſcas. Non multi cibi hoſpitem accipies, [t] ſed multi joci. Vale.

s tibi *MSS. & Manut.*

t *ita Grav.*

fecimus. *Victor.* Ille *Baro* Veneti, de qua voce ante aliquid dictum, & hoc loco Victorius copioſe diſſeruit. *Camerar.* *Ille Baro te putabat quæſiturum.*] Et hic hunc locum incorruptum cuſtodivit laudatiſſimus codex Palatinus ſextus : eruit primus P. Victorius. Ad hunc verò locum notat vir doctus : Rectè Epicureos vocat Barones Cicero, & hic & ad Atticum. nam in veteri Gloſſario, *Baro* exponitur *βλάκωλος*, id eſt, interpretibus Suidâ & Heſychio, fatuus ſimul & effœminatus. quare fruſtra ſunt, qui hic *Varro* malunt. hæc ille. peſſimè editum eſt ; *ille verò*. Gebhard.

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARUM LIBER DECIMUS, AD CN. PLANCUM, ET CETEROS.

P. B.

EPISTOLA I.

ARG. *Invebitur in Antonii immoderatam potentiam. Plancum, tranſalpinam Galliam adminiſtrantem, hortatur ut in remp. omni cogitatione ſtudioque incumbat ; agit gratias de Furnio honorifice tractato. Antonio & Dolabella Coſſ.* [A. V. C. DCCIX.] Hanc præceſſit ep. 3. lib. XI. ſequitur ep. 16. lib. V.

CICERO PLANCO.

1 ET ABFUI proficiſcens in Græciam : & poſteaquam de [a] meo curſu reipublicæ ſum voce revocatus, [2] numquam per M. Antonium quietus fui : cujus tanta eſt, non inſolentia (nam id quidem vulgare vitium eſt)

a *medio alii.*

1. *Et abfui proficiſcens in Græciam.*] Unum eſt, quod quamvis parvi

eſt) ſed immanitas, non modò ut vocem, ſed ne vultum quidem liberum poſſit ferre cujuſquam. Itaque mihi maximæ curæ eſt, non [b] de mea quidem vita, cui ſatisfeci, vel ætate, vel factis, vel (ſi quid etiam hoc ad rem pertinet) gloria: ſed me patria ſollicitat, inprimiſque, [c] mi Plance, exſpectatio conſulatus tui: quæ ita longa eſt, ut optandum ſit, ut poſſimus ad id [d] tempus reipublicæ ſpiritum ducere. Quæ poteſt enim ſpes eſſe in ea republica, in qua 3 hominis [e] impotentiſſimi atque intemperatiſſimi armis oppreſſa ſunt omnia? & in qua nec ſenatus, nec populus vim habet ullam? nec leges ullæ ſunt, nec judicia, nec omnino ſimulacrum aliquod, [f] ac veſtigium civitatis? Sed [g] quum acta

omnia

b de *delet* *Lamb.*
c me *MS.*
d tempus *delet Gebh.*
e *alii* impudentiſſimi.
f *alii* aut.
g quum quoniam *Victor.*

vi omnino ponderis fortaſſe multis videatur, cum plurimis in locis invenerim, hic potiſſimum adnotare volui. In Mediceo codice *afui* ſcriptum eſt: quod ſemper ille ſervat: cum *f* ſequitur, ut poſteriorem præpoſitionis litteram abjiciat: cujus rei Grammatici, ſi cum cauſſa factum eſt, rationem invenient: ego tamen hanc animadverſionem ſpernere nolui. Ad Appium, *Ut cum tam longe afuturus eſſem.* Ad Trebatium: *Sin fruſtra diutius afueris.* Ad eundem, *Eram enim afuturus menſe Decembri.* Ad Cornificium: *Si culpa a quibuſdam afuiſſet.* in epiſtola Lentuli, *tantum enim afuit.* & aliis omnibus in locis. In Pandectis etiam Florentinis idem ſemper obſervatum eſt, quo libro nullus nec antiquior nec integrior eſſe exiſtimatur. Hoc tantum variatum eſt hac parte in antiquis quos vidi. nam non multo poſt vulgatam lectionem habent. *Victorius.*

2. *Numquam per M. Antonium quietus fui.*] Epiſt. 28. & lib. XII. ep. 4, 22. & in Philippicis: ut Plutarchi, Appiani, Dionis, aliorumque teſtimonia omittantur. *P. Manut.*

3. *Hominis impudentiſſimi.*] Antiqua omnia exemplaria *impotentiſſimi.* *Impotens* autem ſæpe, ut a veteribus etiam Grammaticis notatum eſt, dicitur valde potens: plerumque tamen in malam partem: ut Impotens Sylla. Cicero Tuſculanarum lib. V. *Qui nihil metuant, nihil agant, nihil concupiſcant, nulla impotentia efferantur.* Eadem ratione appellavit elegantiſſimus poeta, *Freta impotentia.* Cicero in epiſtola ad Lepidum, *Sin iſta pax perditum hominum in poſſeſſionem impotentiſſimi dominatus reſtitutura, hoc animo ſcito omnes ſanos, ut mortem ſervituti anteponant.* Victorius. *Hominis impotentiſſimi.*] Proprie dicitur immoderatus in imperio aut in judiciis, qui iræ imprimis ſuæ & cupiditatibus nullum modum ponit, qui omnia ſibi licere vult. Sic lib. IV. ep. 9. *Victoria etſi ad potentiores venit, tamen eos ipſos ferociores impotentioreſque reddit.* Hoc eſt intemperatiores, incontinentiores. Seneca Conſ. ad Marciam c. XXII. *Hac e carcere eduxit, quos ea ſcire imperium impotens vetuerat.* J. F. Gronov.

4. Not

omnia mitti ad te arbitrabar; nihil erat, quòd ſingulis de rebus ſcriberem. Illud autem erat amoris mei, quem à tua pueritia ſuſceptum non ſervavi ſolùm, ſed etiam auxi; monere te atque hortari, ut in rempublicam omni cogitatione curaque incumberes. Quæ ſi ad tuum tempus perducitur, facilis gubernatio eſt. ut perducatur autem, magnæ cùm diligentiæ eſt, [h] tum etiam fortunæ. Sed & te [i] aliquantò antè (ut ſpero) habebimus, [k] &, præterquàm quòd reipublicæ conſulere debemus, tamen tuæ dignitati ita favemus, ut omne noſtrum conſilium, ſtudium, officium, operam, laborem, diligentiam, ad amplitudinem tuam conferamus. Ita facillimè & reipublicæ, quæ mihi cariſſima eſt, & amicitiæ noſtræ, quam ſanctiſſimè nobis colendam puto, me intelligo ſatisfacturum. Furnium noſtrum tanti à te fieri, quantum ipſius humanitas & dignitas poſtulat, 4 nec miror, & gaudeo: teque hoc exiſtimare volo, 5 quidquid in eum judicii officiique contuleris, id ita me accipere, ut in meipſum te putem contuliſſe.

P. CXLIV.
h *tres ſeqq. voces deſunt in MS.*
i aliquando ut *MS.*
k *ſex ſeqq. voces deſunt in MS.*

EPISTOLA II.

ARG. *Excuſat ſe, quod in ſenatum, augendi illius honoris gratia, non venerit: officium autem ſuum pollicetur in iis rebus quæ ſuam præſentiam requirere videbuntur.* [A. V. C. DCCIX.] Hanc præceſſit ep. 2. lib. XII. ſequitur ep. 3. ejuſdem libri.

C I-

4. *Nec miror, & gaudeo.*] Auget copiam locorum ſimilium obſervatio. Simile autem illud epiſt. 20. *Studia mea erga te, tibi tam grata eſſe, quam ego putavi fore, minime miror, vehementerque lætor.* Et epiſt. 10. lib. III. *Quæ de hominum atque ordinum omnium erga te ſtudiis ſcribis ad me, minime mihi miranda & maxime jucunda acciderunt.* Quod attinet ad duas particulas, *Nec*, *Et*: exemplum habemus epiſt. 28. lib. XIII. *Nec Lacedæmonios dubitare arbitror, quin ſatis commendati ſint fidei & juſtitiæ tuæ; & ego, &c.* Item in Hortenſio: *Nec in Philoſophia cuiquam ceſſit, & vita gravitate præſtitit.* Mutato autem loco, epiſt. 1. lib. x. ad Att. *Hoc, quod agimus, & turpe, nec tamen tutum.* Et Phil. 11. *Mihi quidem & ille perveniſſe videtur quoad progredi potuit feri hominis amentia: neque Antonius ullius ſupplicii adhibendi, ſi poteſtatem habeat, ullam partem eſt relicturus.* P. Manut.

5. *Quicquid in eum judicii.*] Id eſt, beneficii. nam beneficia honoratorum hominum argumentum ſunt, illos bene de rebus judicare. *J. F. Gronov.*

6. *Quam*

CICERO PLANCO S.

MEUM ſtudium honori tuo pro neceſſitudine noſtra non defuiſſet, ſi aut tutò in ſenatum, aut honeſtè venire potuiſſem. Sed nec ſine periculo [l] quiſquam liberè de republica ſentiens verſari poteſt in ſumma [m] impunitate gladiorum: nec noſtræ dignitatis videtur eſſe, ibi ſententiam de republica dicere, ubi me & meliùs, & propriùs audiant armati, quàm ſenatores. Quapropter in privatis rebus nullum [n] neque officium, neque ſtudium meum deſiderabis. ne in publicis quidem, ſi quid erit, in quo me intereſſe neceſſe ſit, umquam deero, ne cum periculo quidem meo, dignitati tuæ. In iis autem rebus, quæ nihilominùs, ut ego abſim, confici poſſunt: peto à te, ut me rationem habere velis & ſalutis, & dignitatis meæ.

l quiſque MS.

m immunitate MS.

n æque MS.

P. B.

EPISTOLA III.

ARG. *Veritus Cicero, id quod accidit, ne Plancus, relictis reipub. partibus, cum Antonio ſe conjungeret, crebro illum ad tuendam remp. hortatur. &, quoniam, ut eſt in epiſt. ult. lib. XV. plurimum valet, ſi laudes eum quem cohortere, utitur hoc artificio, eumque ornat laudibus, & veterem neceſſitudinem commemorat. Hirtio & Panſa Coſſ. ut ex Planci, qua ſequitur, epiſtola intelligitur.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 8. lib. XI. ſequitur ep. 4. lib. XII.

CICERO PLANCO S. D.

CUM ipſum Furnium per ſe vidi [o] libentiſſimè, tum hoc libentiùs, quòd illum audiens, te videbar audire. Nam & in re militari virtutem, & in adminiſtranda provincia juſtitiam, & in omni genere prudentiam mihi tuam expoſuit, & præterea mihi non [p] ignotam in conſuetudine, & familiaritate ſuavitatem tuam adjunxit: præterea ſummam erga ſe liberalitatem. Quæ omnia mihi jucunda, hoc extremum etiam gratum fuit. Ego, Plance, neceſſitudinem conſtitutam habui cum domo veſtra, antè aliquantò quàm tu natus es; amorem autem erga te ab ineunte pueritia tua; confirmata jam ætate, familiaritatem cùm ſtudio meo, tum judicio tuo conſtitutam. His de cauſis mirabiliter faveo

o diligentiſſime MS.

p ignaram MSS.

veo dignitati tuæ, [q]6 quam mihi tecum ſtatuo habere communem. Omnia ſumma conſecutus es, virtute duce, comite fortuna: eaque es adeptus adoleſcens, multis invidentibus, quos ingenio induſtriaque fregiſti. Nunc me amantiſſimum tui, nemini concedentem, qui tibi vetuſtate neceſſitudinis potior poſſit eſſe, ſi audies, omnem tibi reliquæ vitæ dignitatem ex optimo reipublicæ ſtatu [r] acquires. Scis profectò, (nihil enim te fugere potuit) fuiſſe quoddam tempus, cùm homines exiſtimarent, te nimis ſervire temporibus: quod ego quoque exiſtimarem [s] te, ſi ea, quæ patiebare, probare etiam arbitrarer. Sed cùm intelligerem, quid ſentires, [t] te arbitrabar videre quid poſſes. Nunc alia ratio eſt. omnium rerum tuum judicium eſt, idque liberum. Conſul es deſignatus, optima ætate, ſumma eloquentia, maxima orbitate reipublicæ virorum talium. Incumbe, per deos immortales in eam curam & cogitationem, quæ tibi ſummam dignitatem & gloriam afferat. Unus autem eſt, hoc præſertim tempore, per tot annos republica [v] devexata, reipublicæ bene gerendæ curſus ad gloriam. Hæc amore magis impulſus ſcribenda ad te putavi, quàm [x] quò arbitrarer te monitis & præceptis [y] egere. Sciebam enim, ex iiſdem te hæc haurire fontibus, ex quibus ipſe hauſeram. Quare modum faciam. Nunc tantum ſignificandum putavi; ut potiùs amorem tibi oſtenderem meum, quàm oſtentarem prudentiam. Intereà, quæ ad dignitatem tuam pertinere arbitrabor, ſtudiosè diligenterque curabo.

q quamquam *MS.*
r acquire *MSS.*
s ſi te ea *alii.*
t prudenter te *alii.*
P. CXLVI.
v divexata *alii.* dejecta *MSS. Gul.*
x quod *alii.*
y meis eg. *Gebh.*

EPISTOLA IV.

ARG. *Gratias agit Ciceroni, quod eum ad veriſſima gloria ſtudium*

6. *Quam mihi tecum ſtatuo eſſe communem.*] Mediceus liber *ſtatuo habere eſſe communem.* Ut arbitror legendum eſt *debere eſſe communem*: elegantius omnino; quod tamen doctiores judicabunt. Nunquam fere tam depravatum hunc codicem inveni, quin aliquid commodi ex eo capi poſſit, ad reſtituendos locos illos qui integri falſo exiſtimantur. *Victorius.* Pal. ſext. & Hittorp. *quam mihi tecum ſtatuo habere & eſſe communem.* Amſtelod. Pal. prim. & Græv. ſec. *quam mihi tecum ſtatuo habere communem.* quæ lectio non eſt contemnenda: eam corruperunt inſerto τῷ *eſſe*, qui non viderunt *mihi* pendere a τῷ *communem.* hinc enim ordo, *quam mihi communem tecum ſtatuo habere.* Grævius.

…tiam ſit adhortatus; & in reip. poteſtate ſe fore totum pollicetur. Hirtio & Panſa Coſſ. [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 5. lib. XII. ſequitur ep. 24. lib. IX.

PLANCUS CICERONI.

GRATISSIMÆ mihi tuæ litteræ fuerunt, quas ex Furnii ſermone te ſcripſiſſe animadverto. Ego autem præteriti temporis excuſationem affero, quòd te [z] profectum audieram: nec multò antè rediſſe ſcivi, quàm ex epiſtola tua cognovi. Nullum enim in te officium, ne minimum quidem, ſine maxima culpa videor poſſe præterire. in quo tuendo habeo cauſas plurimas, vel paternæ neceſſitudinis, vel meæ à pueritia obſervantiæ, vel tui erga me mutui amoris. Quare, mi Cicero, quod mea tuaque patitur ætas, perſuade tibi, te unum eſſe, in quo ego colendo patriam mihi conſtituerim ſanctitatem. Omnia igitur tua conſilia mihi non magis prudentiæ plena, quæ ſumma eſt, videntur, quàm fidelitatis, quam ego ex mea conſcientia metior. Quare, [a] ſi aut aliter ſentirem, certè admonitio tua me reprimere; aut, ſi dubitarem, hortatio impellere poſſet, ut id ſequerer, quod tu optimum putares. Nunc verò quid eſt, quod me in aliam partem trahere poſſit? Quæcumque in me bona ſunt, aut fortunæ beneficio tributa, aut meo labore parta, etſi à te propter amorem cariùs ſunt æſtimata: tamen vel inimiciſſimi judicio tanta ſunt, 7 ut, præter bonam famam, nihil deſiderare videantur. Quare hoc unum tibi perſuade; quantum viribus eniti, conſilio providere, auctoritate movere potuero, hoc omne reipublicæ ſemper futurum. Non eſt ignotus [b] mihi ſenſus tuus: neque, ſi facultas, optabilis mihi quidem, tui præſentis eſſet, umquam à tuis conſiliis diſcreparem; nec nunc committam, ut ullum meum factum reprehendere jure poſſis. Sum in exſpectatione omnium rerum, quid in Gallia citeriore, quid in urbe menſe Januario geratur, ut ſciam. Interim maximam hîc ſollicitudinem curamque

[z] profectus *MS.*

P. B.

[a] tum ſi *Lamb.*

[b] mihi *deeſt in MS.*

7. *Ut præter bonam famam.*] Ut unicum, quod iis addere poſſum, ſit bona hominum de his exiſtimatio. Tacite ſignificat propter mala tempora, & quod ſerviendum eſſet Cæſari, nihil dum eum mereri ſe potuiſſe. *J. F. Gronov.*

8. *Ut*

tamque [c] ſuſtineo, ne inter aliena vitia hæ gentes noſtra mala ſuam putent occaſionem. Quod ſi [d] proinde, ut ipſe mereor, mihi ſucceſſerit: certè & tibi, cui maximè cupio, & omnibus viris bonis ſatisfaciam. Fac valeas, meque mutuò diligas.

c ſuſtinebo *MSS.*
d *ita Vict.* *alii* perinde.

EPISTOLA V.

ARG. *Hic quoque Plancum ad ſuſcipiendam tuendamque remp. gloria ſtimulis incitat.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 31. hujus libri, ſequitur epiſtola proxime ſubjuncta.

CICERO PLANCO S.

BINAS à te accepi litteras eodem exemplo: quod ipſum argumento mihi fuit diligentiæ tuæ. Intellexi enim te laborare, [8] ut ad me mihi exſpectatiſſimæ litteræ perferrentur. Ex quibus cepi fructum duplicem, P. CXLVI. mihique in comparatione difficilem ad judicandum; amoremne erga me tuum, an animum in [e] rempublicam pluris æſtimandum putarem. Eſt omnino patriæ caritas, meo quidem judicio, maxima: ſed amor, [f] voluntatiſque conjunctio plus certè habet ſuavitatis. Itaque commemoratio [g] tua paternæ neceſſitudinis, benivolentiæque ejus, quam erga me à pueritia contuliſſes, ceterarumque rerum, quæ ad eam ſententiam pertinebant; [9] incredibilem mihi lætitiam attulerunt. Rurſus declaratio animi tui, quem haberes de republica, quemque habiturus eſſes, mihi erat jucundiſſima. eoque ma-

e rep. *MS.*
f voluptatiſque *alii.*
g tuæ *alii.*

8. *Ut ad me mihi exſpectatiſſima litteræ perferrentur.*] Ita Palatinus primus, Hittorpianus, editio primaria ac Victorii: quibus tamen omnibus præpono ſcripturam Palatini ſexti: *ut ad me exſpectatiſſimæ litteræ ferrentur.* vulgò: *ad me tuæ exſpectatiſſimæ.* Gebhard.

9. *Incredibilem mihi lætitiam attulerunt.*] Ita Palat. primus, Stewech. Hittorpianus, editio prima, Victorii. Palatinus ſextus, *protulerunt*, quod non negligendum eſſe judico. Lamb. ſuo more, fortè ex obſequentiſſimis libris ſuis, qui nullibi ſunt, legit *attulerat.* vulgò *attulit.* Lineis aliquot interjacentibus, Palatinus primus. Stewech. atque impreſſio prima ſcribunt: *quod tibi majoris fructus gloriæque eſſe poſſit.* In fine Epiſtolæ, Palatinus primus, tres Gulielmio conſulti mſſ. *ſic hortor, ut & propriùm & amiciſſimum.* quemadmodum quoque eſt in editionum primariâ: ad cujus oram hanc lectionem adpinxit Egnatius: *Sic hortor & pro patria propinquum & amiciſſimum.* Idem.

major erat hæc lætitia, quòd ad illa ſuperiora accedebat. Itaque te non hortor ſolùm, mi Plance, ſed planè etiam oro, quod feci [h] his litteris, quibus tu humaniſſimè reſpondiſti, ut tota mente, omnique animi impetu in [i] rempublicam incumbas. Nihil eſt, quod tibi [k] majori fructui gloriæque eſſe poſſit: nec quidquam ex omnibus rebus humanis eſt præclarius, aut præſtantius, quàm de republica bene mereri. Adhuc enim patitur tua ſumma humanitas, & ſapientia, me, quod ſentiam, liberè dicere. Fortuna ſuffragante videris res maximas conſecutus: quod quamquam ſine virtute [l] non potuiſſes; tamen ex maxima parte, [m] ea, quæ es adeptus, fortunæ temporibuſque tribuuntur. His temporibus difficillimis reipublicæ quidquid ſubveneris, [10] id erit totum & proprium tuum. Incredibile eſt omnium civium, latronibus exceptis, odium in Antonium. Magna ſpes in te, & in tuo exercitu magna exſpectatio. Cujus, per deos, gratiæ gloriæque cave tempus amittas. Sic moneo, ut filium: ſic faveo, ut mihi: ſic hortor, ut & pro patria & amiciſſimum.

h *alii* iis.
i rep. *MSS.*
k majoris fructus *MSS. & edd.*
l fieri non *MSS.*
m ea *deeſt in MS.*

P. B.

EPISTOLA VI.

ARG. *Cum Plancus, litteris ad ſenatum ſcriptis, pacem cum Antonio faciendam ſuaſiſſet; conſilium illud Cicero improbat, pacemque armis, non pactione, quærendam ait: ipſum autem Plancum, ut ſe a ſocietate malorum civium aliquando ſejungens, totum ad remp. transferat, propoſito conſulis officio, cohortatur.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit epiſtola ſuperior, ſequitur ep. 27. hujus libri.

CICERO PLANCO.

QUÆ locutus eſt Furnius [11] noſter de animo tuo in rempublicam, ea gratiſſima fuerunt ſenatui, populoque

10. *Id erit totum & proprium tuum.*] Optime priſcus codex, quem Lambinus conſuluit, *id erit totum proprium & tuum.* vulgata nullius eſt pretii: copula ſane ſuo loco poſita non eſt. Venuſte autem, ut & apud alios ſcriptores, *proprium & tuum* tanquam *συνώνυμα* conjunguntur. Lambinus conjicit, *id erit totum proprie tuum.* Mox mallem cum Amſtelodamenſi *ſic hortor ut pro patria*, omiſſa copula. *Grævius.*

11. *Noſter.*] Ciceronis amiciſſimum fuiſſe, non modo prima in-

loque Romano probatiſſima. quæ autem recitatæ litteræ ſunt in ſenatu, nequaquam conſentire cum [n] Furnii oratione viſæ ſunt. Pacis enim auctor eras, cùm collega tuus, vir clariſſimus, à fœdiſſimis latronibus obſideretur: qui aut [o] poſitis armis pacem petere debent; aut, ſi pugnantes eam poſtulant, victoriâ pax, non pactione parienda eſt. Sed de pace litteræ vel Lepidi, vel tuæ, quam in partem acceptæ ſint, ex viro optimo, fratre tuo, & ex C. Furnio poteris cognoſcere. Me autem impulit tui caritas, ut, quamquam nec tibi ipſi conſilium deeſſet, & fratris, Furniique benivolentia, fideliſque prudentia tibi præſtò eſſet futura, vellem tamen meæ quoque auctoritatis, pro plurimis noſtris [p] neceſſitudinibus, præceptum ad te aliquod pervenire. Crede igitur [q] mihi, Plance, omnes, quos adhuc gradus dignitatis conſecutus ſis, ([r] es autem adeptus ampliſſimos) eos honorum vocabula habituros, non dignitatis inſignia, niſi te cum libertate populi Romani, & cum ſenatus auctoritate conjunxeris. Sejunge te, quæſo, aliquando ab iis, cum quibus te non tuum judicium, ſed temporum [s] vincla conjunxerunt. Complures in perturbatione reipublicæ conſules dicti: quorum nemo conſularis habitus, niſi qui animo exſtitit in rempublicam conſularis. Talem igitur te eſſe oportet, qui primùm te ab impiorum civium, tui diſſimillimorum, ſocietate ſejungas: deinde & ſenatui boniſque omnibus [12] auctorem, principem, ducem præbeas: poſtremò, ut pacem eſſe judices non in armis poſitis, ſed in abjecto armorum & ſervitutis metu. Hæc ſi [t] & ages, & ſenties, tum eris non modò conſul, & conſularis, ſed magnus etiam & conſul, & conſularis. ſin aliter: [v] tua in iſtis ampliſſimis nominibus honorum, non modò dignitas nulla erit, ſed erit ſumma deformitas. Hæc, [x] impulſus benivolentia, ſcripſi paullo ſeveriùs: quæ tu in

x ex-

n Furii *MS.*
o poſſunt *MS.*
p neceſſitatibus *MS.*
q *alii* mi Plance.
r *quatuor ſeqq. voces deſunt in MS.*
s *alii* vincula.
P. CLXVII.
t & *deeſt in MS.*
v tum *Lamb.*

indicat hujus libri, & 25. 26. verum etiam quam Cœlius ſcripſit lib. VIII. ep. 11. in qua ſunt hæc de ſupplicationibus Ciceronis, amicorum ſtudio & opera impetratis: *Furnius & Lentulus, quaſi eorum res eſſet, circumierunt & laborarunt.* P. Manut.

12. *Auctorem, principem, ducem.*] Augetur ſententia ſingulis verbis. nam *Auctor* eſt, non qui alios ſequitur, ſed qui movet. *Princeps* autem plus eſt, quam *Auctor*: & *Dux* plus, quam *Princeps*. Idem.

13. *Sed*

ˣ experiendo ʸ in ea ratione, quæ te digna eſt, veræ eſſe cognoſces. D. XIII. kal. Aprilis.

x alii expendendo. y alii delent in.

EPISTOLA VII.

ARG. *Exponit cur brevior ſit hac epiſtola, & cur ſuum in rempubl. ſtudium ſerius patefecerit: in extremo commendat dignitatem ſuam.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. ſequens, ſequitur ep. 10. hujus libri.

PLANCUS CICERONI.

PLURA tibi de meis conſiliis ſcriberem, rationemque omnium rerum redderem verboſiùs, quò magis judicares, omnia me reipublicæ præſtitiſſe, quæ & tua exhortatione excepi, & mea affirmatione tibi recepi, (non minùs enim à te probari, quàm diligi ſemper volui: nec te magis in culpa defenſorem mihi paravi, quàm prædicatorem meritorum meorum eſſe volui) ſed breviorem me duæ res faciunt: una, quòd publicis litteris omnia ſum perſecutus: altera, quòd M. Variſidium, equitem Romanum familiarem meum, ᶻ ipſum ad te tranſire juſſi, ex quo omnia cognoſcere poſſes. Non, medius fidius, mediocri dolore afficiebar, cùm alii occupare poſſeſſionem laudis viderentur: ſed uſque ᵃ mihi temperavi, dum ᵇ perducerem eò rem, ut dignum aliquid & conſulatu meo, & veſtra exſpectatione efficerem. Quod ſpero, ſi me fortuna non fefellerit, me conſecuturum: ut maximo præſidio reipublicæ nos fuiſſe, & nunc ſentiant homines, & in poſterum memoria teneant. A te peto, ut dignitati meæ ſuffrageris: &, quarum rerum ſpe ad laudem me vocaſti, harum fructu in reliquum facias alacriorem. Non minùs poſſe te, quàm velle, exploratum mihi eſt. Fac valeas, meque mutuò diligas.

z ad te ipſum alii.
a eo mihi Lamb.
b producerem alii.
P. B.

EPISTOLA VIII.

ARG. *Cauſſas affert quibus adductus non ita mature, ut homines exſpectabant, defenſorem ſe libertatis publicæ ſit profeſſus: deinde exercitus ſui & provinciæ ſtatum ſignificat.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 27. hujus libri, ſequitur proxime ſuperior.

PLAN-

PLANCUS IMP. CONS. DES. COSS. PR. TRIB. PLEB. SEN. POP. PL. Q. R. S. D.

SI cui fortè videor diutius & hominum exſpectationem, & ſpem reipublicæ de mea voluntate tenuiſſe ſuſpenſam: huic priùs excuſandum me eſſe arbitror, quàm de inſequenti officio quidquam [c] ulli pollicendum. (c illi *MS.*) Non enim præteritam culpam videri volo redemiſſe: [13] ſed [d] optimæ mentis cogitata jampridem, maturo (d *alii* optima. *alii* optimè.) tempore enuntiare. Non me præteribat, in tanta ſollicitudine hominum, & tam perturbato ſtatu civitatis, fructuoſiſſimam eſſe profeſſionem bonæ voluntatis: magnoſque honores ex ea re complures conſecutos videbam. Sed, cùm in eum caſum me fortuna [e] demiſiſſet, (e dimiſiſſet *MS.*) ut aut celeriter pollicendo [14] magna in ſpe ad [f] proficiendum impedimenta opponerem; (f perficiendum *MS.*) aut, ſi in eo mihi [g] temperaviſſem, majores occaſiones ad opitulandum haberem: (g obtemp. *MSS.*) expeditius iter communis ſalutis, quàm meæ laudis, eſſe volui. Nam quis in ea fortuna, quæ mea eſt, & ab ea vita, quam in me cognitam hominibus arbitror, & cum ea ſpe, quam in manibus habeo, aut ſordidum quidquam pati, aut perniciosum concupiſcere poteſt? Sed [15] aliquantum nobis temporis, & magni laboris, [16] & multæ impenſæ opus fuerunt, ut quæ reipublicæ boniſque omnibus polliceremur, exitu præ- P. CXLVIII.

ſta-

13. *Sed optima mentis.*] Quum optimum propoſitum nunquam non habuerim, nunc demum id palam præferendi maturum & commodum tempus apparuit. *J. F. Gronov.*

14. *Magna in ſpe.*] Faërnus legebat: *Magna mihi ipſe ad proficiendum.* Urſin.

15. *Aliquantum nobis temporis*] *Opus fuit aliquantum temporis*; ita Plancus dixit, ut Cicero ep. 6. lib. II. *Dux nobis & auctor opus eſt.* Et ep. I. lib. XVI. *Omnia pollicitus eſt, quæ tibi eſſent opus.* Et lib. V. de rep. *Bono patrifamilias ratiocinandi quidam uſus opus eſt.* Gellius etiam lib. XVII. cap. 2. antiquum dixit eſſe, *Divitias opus eſſe*; novum, *divitiis.* P. Manut.

16. *Et multa impenſa opus fuit.*] Alii rectius, ut videtur, *& multa impenſa opus fuerunt*, ut Cicero Curioni, *dux nobis & auctor opus eſt.* Camerar. *Et multa impenſa opus fuerunt.*] Sic MSS. ſed & legendum *magni labores.* Dicimus enim, *hac res opus eſt*, & *hanc rem opus eſt*, & *hac re opus eſt.* Cic. II. fam. ep. 6. *Dux & auctor nobis opus eſt.* Itaque τὸ *fuerunt* reſpondet propioribus *labores* & *impenſa*, quæ ſunt nominativi plurales. *J. F. Gronov.*

 17. Quam

ſtaremus: neque ad auxilium patriæ nudi cum bona voluntate, ſed cum facultatibus accederemus. Confirmandus erat exercitus nobis, magnis ſæpe præmiis ſollicitatus, ut ab [h] republicâ potiùs moderata, quàm ab uno infinita ſperaret. Confirmandæ complures civitates, quæ ſuperiore anno largitionibus, conceſſionibuſque præmiorum erant obligatæ: ut & illa vana putarent, & eadem à melioribus auctoribus petenda exiſtimarent. [i] Eliciendæ etiam voluntates reliquorum, qui finitimis provinciis exercitibuſque præfuerunt: ut potiùs cum pluribus ſocietatem defendendæ libertatis iniremus, [17] quàm cum paucioribus [18] funeſtam orbi terrarum victoriam partiremur. Muniendi verò noſmetipſi fuimus, aucto exercitu, auxiliiſque multiplicatis: ut, cùm præfer-

[h] ea rep. *MS.*

[i] Alliciendæ *alii.*

17. *Quam cum paucioribus funeſtam orbi terrarum victoriam pateremur.*] Sic omnes impreſſi; nos *partiremur* cum vetuſtis fere exemplaribus. Illi enim unius litteræ defectu *patiremur*. *Partiri* autem *cauſſas* habes apud hunc auctorem. Nam quod Germani in ſuo codice emendarunt *pararemus*, minus mihi ſatisfacit ea lectio. parare enim nobis potius dicimus rem cupitam & optatam. Nulli præterea codices antiquiores vocem eam habent; *partiri* autem *cum paucioribus* recte dictum eſt. Malui, inquit, plures ſocios habere, indeque minorem laudem adipiſci ejus victoriæ, quam cum paucis, ut majorem gloriam, ſi recte res ceſſiſſet, conſequerer, partiri & dividere victoriam. jacturam enim potius æquo animo laudis facere volui (defendendæ reipub. ſocios quærens, cum pluribuſque victoriam communicans) quam cum paucioribus periculoſe nimis & temerarie eam dividere. etſi enim eam adeptus cum paucioribus, majorem gloriam acquirerem: nimis magno tamen reipublicæ damno id feciſſem, funeſta enim victoria fuiſſet. *Victor.* *Victoriam partiremur.*] Cum docuiſſem in Mediceo, & aliis vetuſtis *patiremur* ſcriptum eſſe, non video cur nonnulli me ex ingenio *partiremur* legere dicant: nam quod iidem rationes, quibus uſus ſum, parum firmas appellant, non ſunt fortaſſe tam inanes, quam putant: non poſſunt autem hæc oſtendi γεωμετρικῶς, etſi argumentis (ut illi dicunt) uſus non ſum, ſed potius auctoritate priſcorum codicum. Addam exemplum Ciceronis, quod aliquam vim habet ad hoc confirmandum in Philipp. *Partirenturque inter ſe, qui Capitolium, qui Hoſtia, qui urbis portas occuparent.* Idem in poſter.

18. *Funeſtam orbi terrarum victoriam partiremur.*] Ita Palatinus ſextus, Hittorpianus, Victorii editio. Palatinus verò primus, Stewechianus, editio princeps, *pa'eremur*, unde Gulielmius, forte, *potiremur*: ſed nihil opus ad hanc noſtram. vulgò, *pararemus* ex gloſſâ: alii *pareremus*, quod probat Lambinus. habeat ſibi. *Gebhard.*

19. Cum

ferremus ſenſus apertè, tum etiam, [k] invitis quibuſdam, k invictis
ſciri, quid defenſuri eſſemus, non eſſet periculoſum. MSS.
Ita numquam diffitebor, multa me, ut ad effectum l Itaque
horum conſiliorum pervenirem, & ſimulaſſe invitum, alii.
& diſſimulaſſe cum dolore: quòd præmatura denuntiatio boni civis imparati, quàm periculoſa eſſet, ex caſu collegæ videbam. Quo nomine etiam C. Furnio legato, viro forti atque ſtrenuo, plura etiam verbo quam ſcriptura, mandata dedimus: ut & tectiùs ad vos perferrentur, & nos eſſemus tutiores: quibuſque rebus & communem ſalutem muniri, & nos armari conveniret, præcepimus. Ex quo intelligi poteſt, [19] curam
[m] reipublicæ ſummæ defendendæ jampridem apud nos m rei ſummæ alii.
excubare. Nunc, cùm deûm benignitate ab omni re
[n] ſumus paratiores, non ſolùm bene ſperare de nobis n ſimus alii.
homines, ſed exploratè judicare volumus. Legiones P. B.
habeo v ſub ſignis, & ſua fide, virtuteque reipublicæ
conjunctiſſimas, & noſtra [o] liberalitate nobis obſequen- o libertate
tes. Provinciam, omnium civitatum conſenſu, para- MS.
tiſſimam, & ſumma contentione ad officia certantem:
equitatus, auxiliorumque tantas copias, quantas [p] hæ p ex MS.
gentes ad defendendam ſuam ſalutem, libertatemque
conficere poſſunt. Ipſe [q] ita ſum animo paratus, vel q ita deeſt
provinciam tueri, vel ire quò reſpublica vocet, vel in MSS.
tradere exercitum, auxilia, provinciamque; ut vel omnem impetum belli in me convertere non recuſem, ſi modò meo caſu aut confirmare patriæ ſalutem, aut periculum poſſim morari. Hæc ſi jam expeditis omnibus rebus tranquilloque ſtatu civitatis polliceor: in damno meæ laudis reipublicæ commodo lætabor. ſin ad ſocietatem integerrimorum & maximorum periculorum

19. *Curam reip. ſumma defendenda.*] Sic recte Manutiana. Mirum Gebhardum vulgatas ſequi, quæ præ ſe ferunt *curam reipublica ſumme defendenda.* Quid eſt *ſumme defendere?* *Cura reip. ſumma defendenda* eſt cura defendendi ſummam rempublicam. *Summa reſpublica* eſt quæ pertinet ad univerſam rempublicam, in qua ſalus reipublicæ vertitur. Cic. 1. ad Att. *Rogatus ego ſententiam multa dixi de ſumma republica,* Sueton. Caeſ. cap. 28. *M. Claudius Marcellus Cos. edicto præfatus de ſumma ſe republica acturum.* vide quæ de iſto loquendi genere ad hunc locum Suetonii notavit Torrentius, & imprimis Gronovium ad Liv. xxvi, 10. *Gravius.*

lorum accedam; conſilia mea æquis judicibus ab obtrectatione invidorum defendenda commendo. Mihi quidem ipſi fructus meritorum meorum in reipublicæ incolumitate ſatis magnus eſt paratus. Eos verò, qui meam auctoritatem, & multò magis veſtram fidem ſecuti, nec ulla ſpe decipi, nec ullo metu terreri potuerunt, ut commendatos vobis habeatis, petendum videtur.

EPISTOLA IX.

ARG. *Suum ſtudium erga remp. præ ſe fert: modeſte dignitatem ſuam commendat: quid egerit, acturuſve ſit, qualemque ducat exercitum, ſignificat.* [A.V.C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 30. hujus libri, ſequitur ep. 9. lib. XI.

PLANCUS CICERONI S.

r ſcripſiſſe, aut *Lamb. & alii.*

NIHIL me tibi temerè, [r]aut te ceteris de me fruſtra recepiſſe lætor. Certè hoc majus habes teſtimonium amoris mei, quo maturiùs tibi, quàm ceteris, conſilia mea volui eſſe nota. In dies verò meritorum

P. CXLIX.
s *alii* pervidere.
t ut ab *alii.*
v ſuſcipio *MS.*

meorum fieri acceſſiones, [s]prævidere te ſpero: cogniturum magis recipio. Quod ad me attinet, mi Cicero ([20]ita [t]ab imminentibus malis reſpublica me adjuvante liberetur) ſic honores præmiaque veſtra [v]ſuſpicio, conferenda certè cum immortalitate, ut ſine his nihil de meo ſtudio perſeverantiaque ſim remiſſurus. Niſi in multitudine optimorum civium impetus animi mei fuerit ſingularis, & opera præcipua: nihil ad meam dignitatem accedere volo ſuffragatione veſtra. [21]Concupiſco au-

20. *Ita ab imminentibus malis reſpublica me adjuvante liberetur.*] Eſt hoc jurandi & affirmandi genus non invenuſtum. Auguſtus in epiſt. ad Tiberium apud Sueton. *Jucundiſſime, & ita ſim felix, vir fortiſſime, & dux νομιμώτατε.* Cicer. IV. Catilin. *Ita mihi ſalva republica vobiſcum perfrui liceat, ut ego, quod in hac cauſa vehementior ſum, non atrocitate animi moveor.* Id. XVI. ad Att. epiſt. 15. de Octavio, *Jurat, ita ſibi parentis honores conſequi liceat.* Idem epiſt. 12. hujus libri, *Ita te victorem complectar rep. recuperata, ut magnam partem mihi lætitiæ tua dignitas affert.* Sic enim recte iſte locus ex antiquis codd. a Manutio & Victorio reſtitutus eſt. Miror glandibus hic veſci Gebhardum, qui *afferat* retinuit, quod nullius eſt ſenſus. *Gravius.*

21. *Concupiſco autem nihil mihi, contra quod ipſe pugno.*] Difficilis ad

ſutem nihil mihi: contra quod ipſe pugno, & tempo-
ris, & rei te moderatorem facilè patior eſſe. Nihil aut
erò, aut exiguè à patria civi tributum poteſt videri.
Exercitum a. d. ſextum kal. Majas Rhodanum trajeci,
magnis itineribus. x Vienna equites mille via breviore | x Viennam *alii*,
præmiſi. Ipſe, ſi ab Lepido non impediar, celeritate
ſatisfaciam. y ſi autem itineri meo ſe oppoſuerit, ad | y *alii* ſin autem in itinere.
tempus conſilium capiam. Copias adduco z & numero,
& genere, & fidelitate firmiſſimas. Te, ut diligas me, | z *alii* num. & gen.
ſi mutuò a te facturum ſcis, rogo. Vale. | à me fact, id ſcis, *alii*,

EPISTOLA X.

ARG. *Laudat Plancum de optima voluntate ſtudioque adjuvandæ reip. præmiaque illum a ſenatu ſperare jubet honorificentiſſima: in quo ſuam operam pollicetur. clauſula eſt, cohortatio ad opem reip. ferendam.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 7. hujus libri, ſequitur ep. 12. eodem hoc libro.

CICERO PLANCO.

ETSI ſatis ex Furnio noſtro b cognoram, quæ tua | b *alii* cognoveram,
voluntas, quod conſilium de republica eſſet: tamen, tuis litteris lectis, liquidiùs de toto ſenſu tuo judicavi. Quamobrem, quamquam in uno prælio omnis fortuna reipublicæ diſceptat; 22 quod quidem, cùm hæc

ad intelligendum locus: nec veteres libri conſentiunt: nam pleriſque, *Contra quod*: unus, *Contra quam*: alius, *Contra quem*. fortaſſe autem hoc dicitur: & nihil mihi mea cauſſa concupiſco; cum ad reip. ſalutem dignitatemque omnia referam; & contendo tamen atque elaboro, ut ea conſequar, quæ minime concupiſco. hæc ſi placet ſententia; quam ego non contemno: legi poterit, &, *Contra quam*: &, *Contra quod*: atque etiam, *Contraque*; ut olim Rutilio, poſt etiam aliis placuiſſe video: quamquam id quidem, quod ſciam, non eſt in meis veteribus libris. *P. Manut.*

22. *Quod quidem, cum hæc legeres, jam decretum fore arbitrabar.*] Hoc eſt, jam depugnatum eſſe; ac conſtare, cui fortuna adjudicaverit victoriam. *Decernere* enim & *cernere*, eſt prœlio certare. Cœlius ſuperius VIII. epiſt. 14. *quamdiu civiliter ſine armis cernetur.* Salluſt. Catilin. *Se contra latrones inermes pro patria, pro liberis, pro aris atque focis ſuis cernere.* Cic. VII. ad Att. epiſt. 3. *Hic omnia facere omnes, ne armis decernatur.* Liv. *Itaque haud magna vis certaminis fuit: primus clamor atque impetus rem decrevit.*

hæc legeres, jam decretum arbitrabar fore : tamen ipſa fama, quæ de tua voluntate [c] percrebruit, magnam es laudem conſecutus. Itaque ſi conſulem Romæ habuiſſemus, declaratum eſſet ab ſenatu cum tuis magnis honoribus, quàm gratus eſſet conatus, & apparatus tuus. Cujus rei [d] non modò non præteriit tempus : ſed ne maturum quidem etiam nunc, meo quidem judicio, fuit. 23 Is enim denique honos mihi videri ſolet, qui non propter ſpem futuri beneficii, ſed propter magna merita claris viris defertur & datur. Quare, ſit modò aliqua reſpublica, in qua honos elucere poſſit ; omnibus, mihi crede, ampliſſimis honoribus abundabis. Is autem, qui verè appellari poteſt honos, 24 non invitamentum ad tempus, ſed perpetuæ virtutis eſt præmium. Quamobrem, mi Plance, incumbe toto pectore ad laudem ; ſubveni patriæ ; opitulare collegæ ; omnium gentium conſenſum, & incredibilem conſpirationem adjuva. Me tuorum conſiliorum adjutorem, dignitatis fautorem, omnibus in rebus tibi amiciſſimum, fideliſſimumque cognoſces. Ad eas enim cauſas, quibus inter nos amore ſumus, officiis, vetuſtate conjuncti, patriæ caritas acceſſit : eaque effecit, ut tuam vitam anteferrem meæ. [e] III kalendas Aprilis.

[c] *alii* percrebuit. P. B.

[d] non *deeſt in MS.*

[e] *alii* IV.

EPI-

vit. rem incertam dijudicavit, & oſtendit penes quem ſit victoria. Hinc & *judicare* in eadem notione ponitur. Cic. Philipp. XI, 13. *Quid omnino rectius fuerit, dicere non eſt neceſſe : præſertim eum contra, ac Dejotarus ſenſit ; victoria belli judicarit.* Cæſar II. de Bell. τῷ *incerta fortunæ* opponit *dijudicatam jam belli fortunam.* Tacit. III. Hiſt. 70. *Dum inter Veſpaſianum ac Vitellium præliis legionum, captivitate urbium, deditionibus cohortium judicatur.* Grævius.

23. *Is enim denique.*] *Denique* eleganter eſt, ut uno verbo dicam, ſive paucis dicam, ex quibus reliqua colligi poſſint. Auctor belli Alexand. *Interim legati a Pharnace reſponſa referunt, Cappadocia ſe deceſſiſſe, Armeniam minorem recepiſſe, quam paterno nomine jure obtinere deberet, denique ejus regni cauſſa integra Cæſari ſervaretur.* Flor I, 16. *Nihil mollius cælo, denique bis floribus vernat.* vide quæ de hoc loquendi genere notavit J. Schulting. ad declam. XI. Calpurn. *Idem.*

24. *Non invitamentum ad tempus.*] Videtur reſpexiſſe ad illud Thucydidis in procemio hiſtoriæ, *κτῆμά τε ἐς ἀεὶ μᾶλλον, ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν ξύγκειται.* Urſinus.

25. *Exim*

EPISTOLA XI.

ARG. *Gratias agit pro Ciceronis erga ſe officiis; omniaque de eo in temp. ſtudio pollicetur.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 12. lib. XII. ſequitur ep. 14. hujus libri.

PLANCUS CICERONI.

IMMORTALES[f] ago tibi gratias, agamque dum vivam. nam relaturum me affirmare non poſſum. Tantis enim [g] tuis officiis non videor [h] mî reſpondere poſſe: niſi fortè (ut tu graviſſimè diſertiſſiméque ſcripſiſti) ita ſenſurus es, ut me referre gratiam putes, cùm memoria tenebo. Si de filii tui dignitate eſſet actum, amabilius certè nihil facere potuiſſes. Primæ tuæ ſententiæ infinitis cum muneribus; poſteriores, ad tempus, arbitriumque amicorum meorum compoſitæ; oratio aſſidua, & perpetua de me jurgia cum obtrectatoribus propter me, notiſſima mihi ſunt. [i] non mediocris [k] adhibenda mihi eſt cura, ut reipublicæ me civem dignum [l] tuis laudibus præſtem; in amicitia tua memorem atque gratum. Quod reliquum eſt, tuum munus tuere: & me, ſi, quem eſſe voluiſti, eum [25] exitu, rebuſque cognoſcis, defende ac ſuſcipe. Cùm Rhodanum copias [m] trajeciſſem, fratremque cum tribus millibus equitum præmiſiſſem, ipſe iter ad Mutinam dirigerem: in itinere, de prœlio facto, Brutoque, & Mutina obſidione liberatis, audivi. Animadverti, nullum alium receptum Antonium, reliquiaſque, quæ cum eo eſſent, habere, niſi in his partibus: duaſque ei

f Innumerabiles *MS.*
g tuis *deeſt in MSS.*
h mihi *MSS. & edd.*
P. CL.
i quare non *MS.*
k adhibita *MS.*
l meis *MSS.*
m omnes trajec. *MSS.*

25. *Exitu rebuſque cognoſcis.*] Eſt quod vulgo dicimus ipſo facto. Cæſar alicubi dicit *experiendo & uſu cognoſcere.* Sic Cic. lib. I. Tuſcul. Quæſt. *His & talibus auctoribus uſi confirmant cauſſam rebus diis immortalibus judicatam:* hoc eſt ipſo eventu factoque judicatam. Liv. lib. XXII. *Monitoſque ut etiam atque etiam promiſſa rebus affirmarent.* Ovid. lib. II. Triſt.

Nil opus eſt verbis, credite rebus; ait.

Et lib. I. Amor.

Ergo ego vos rebus duplices pro nomine ſenſi.

J. F. Gronov. Eodem modo apud eundem in Epiſt. Herûs:

Quam mihi miſiſti verbis, Leandre, ſalutem,
Ut poſſim miſſam rebus habere, veni.

26. *Unam*

ei ſpes eſſe propoſitas; [26] unam Lepidi ipſius, alteram exercitus. Quod quædam pars exercitus non minùs furioſa eſt, quàm qui cum Antonio fuerunt, [n] equitatum revocavi. Ipſe in Allobrogibus [o] conſtiti, ut [p] proinde ad omnia paratus eſſem, ac res [q] moneret. Si nudus huc ſe Antonius conferet: facilè [r] mî videor per me ſuſtinere poſſe, remque publicam ex veſtra ſententia adminiſtrare; quamvis ab exercitu Lepidi recipiantur. ſi verò copiarum aliquid [s] ſecum adducet; &, ſi decima legio veterana, quæ [t] noſtra opera revocata cum reliquis eſt, ad eundem furorem redierit: tamen, ne quid detrimenti fiat, dabitur opera à me; idque me [v] præſtiturum ſpero, dum iſtinc copiæ trajiciantur, conjunctæque nobiſcum faciliùs perditos opprimant. Hoc tibi ſpondeo, mi Cicero, neque animum, nec diligentiam mihi [x] defuturam. Cupio mehercules nullam reſiduam ſollicitudinem eſſe. Sed ſi fuerit, nec animo, nec benivolentiæ, nec patientiæ cujuſquam, pro [y] vobis cedam. Do quidem ego operam, ut etiam Lepidum ad hujus rei ſocietatem incitem: omniaque ei obſequia polliceor, ſi modò rempublicam reſpicere volet. Utor in hac re adjutoribus [27] interpretibuſque, fratre meo, &

n *alii* ſtatimque equit.
o iter conſt. *alii.*
p *ita MSS. alii* perinde.
q me mon. *MSS. & edd.*
r *alii* mihi.
s ſecum *deeſt in MS.* P. B.
t veſtra *MS.*
v *ita MSS. alii* præſtaturum.
x defuturum *MS.*
y nobis *MS.*

26. *Unam Lepidi; ipſius alteram exercitus.*] Ita puto legi debere, *unam Lepidi ipſius, alteram exercitus*: nam elegantior multo hæc eſt lectio, & nullo periculo corrigi poteſt: nulla enim depravatio in verbis, in diſtinctione tantum peccatum fuerat. *Victor.* Hanc diſtinctionem liquido firmat Amſtelodamenſis, in quo ſcribitur, *duaſque ei ſpes eſſe propoſitas: unam Lepidi ipſius: alteram exercitus.* Grævius.

27. *Interpretibus.*] Eſt idem quod internuntiis, proxenetis, miniſtris, qui noſtram ſententiam ad alios, & aliorum viciſſim ad nos perferant. Sic infra ep. 17. *Studium in ea re mihi ſuum L. Gellius probavit; quo ego interprete noviſſime ad Lepidum uſus ſum.* Plaut. Curcul. Actu III. *Quod te præſente iſtic egi, teque interprete.* Idem in Milit. III, I. *Quaſi qua hunc annulum clam ſua ancilla dederit, ea porro mihi, militi ut darem, quaſique rei ſim interpres.* Eadem Fab. III, 8. *Quaſi res per me interpretem & tuam ancillam geratur.* Et IV, I. *Qua tibi conditio nova & luculenta fertur per me interpretem.* Sed & eleganter Cicero Act. I. in Verr. *Qui aut deponere aut accipere, aut recipere, aut polliceri, aut ſequeſtres aut interpretes corrumpendi judicis eſſe ſolent.* Sic vocat illos, qui ſolebant ſubornati a reis circumire judicum ædes, atque iis pecuniam nomine reorum offerre, ſi illos corrumpere poſſent. Liv. lib. II. loquens de Menenio Agrippa, qui nomine patrum & ſenatus oratione habita

& Laterenſe, & Furnio noſtro. Non me impedient privatæ offenſiones, quo minùs pro reipublicæ ſalute etiam cum inimiciſſimo conſentiam. Quòd ſi nihil profecero, nihilominùs maximo ſum animo: & majore fortaſſe cum mea gloria vobis ſatisfaciam. Fac valeas, meque mutuò diligas.

EPISTOLA XII.

ARG. *Quam grata ſenatui fuerint ejus litteræ de apparatu ſtudioque defendendæ reip. quidque ex ejus litteris actum ſit, exponit, postrema eſt ad recuperandam libertatem accurata cohortatio.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit epiſt. 10. hujus libri, ſequitur epiſt. 28. lib. XII.

CICERO PLANCO.

Etsi reipublicæ cauſa maximè gaudere debeo, tantum ei te præſidii, tantum opis attuliſſe extremis pænè temporibus: tamen ita te victorem [z] complectar, republica recuperata, ut magnam partem mihi lætitiæ [28] tua dignitas afferat, quam & eſſe jam, & futuram ampliſſimam intelligo. Cave enim putes ullas umquam litteras graviores, [a] quàm tuas, in ſenatu eſſe recitatas. Idque contigit cùm meritorum tuorum in rempublicam eximia quadam magnitudine, tum verborum ſententiarumque gravitate. Quod mihi quidem minimè novum, qui & te noſſem, & tuarum [29] litterarum ad me miſſarum

z amplectar *MS.*

a quam tuas *deeſt in MSS.*

bita ad plebem ſeditioſam eos ad officium reduxerat: *Huic interpreti arbitroque concordiæ civium, legato patrum ad plebem, reductori plebis in urbem, ſumptus funeri defuit.* J. F. Gronov. *Interpretibusque.*] *Interpretes* frequenter ſunt internuntii, qui quæ alios ſcire volumus ad eos perferunt, & viciſſim eorum reſponſa & ſententiam nobis renuntiant. Inferius ep. 17. *Studium in ea re mihi ſumm Furnius Gellius probavit, quo ego interprete noviſſime ad Lepidum uſus ſum.* Grævius.

28. *Tua dignitas adferat.*] In Mediceo *adfert* ſcriptum eſt, *affert* igitur legi debet: contaminata ab imperito vera lectio fuit, qui dum credidit ſe emendare, corrupit, quod Paullus etiam animadvertit. *Victorius.*

29. *Et tuarum litterarum ad me miſſarum promiſſa.*] Sic omnes veteres & novi codices, quos vidi, habent. Cœlius tamen quidam Rhodiginus, homo multæ lectionis, *præmiſſa* corrigit ex antiquis (ut ipſe ait) exemplaribus, intelligitque *præmiſſa* primitias quaſdam. Sic etiam legit locum Plinii contra Hermolai emenda-

miſſarum promiſſa meminiſſem; & haberem à Furnio noſtro tua penitus conſilia cognita. ſed ſenatui majora
P. CLI. viſa ſunt, quàm erant exſpectata: non [b]quò umquam
b *alii* quòd. de tua voluntate dubitaſſet; ſed nec, quantum facere
c quo *Græv.* poſſes, nec [c]quoad progredi velles, exploratum ſatis
habebat. Itaque cùm a. d. [d]VII. idus Apriles, manè
d *alii* VIII. mihi tuas litteras M. Variſidius reddidiſſet, eáſque legiſſem, incredibili gaudio ſum elatus: cúmque magna
e *ita Vict.* alii de domo. multitudo optimorum virorum & civium me [e]domo deduceret, feci continuò omnes participes meæ voluptatis. Interim ad me venit Munatius noſter, 30 ut conſuerat: at ego ei litteras tuas: nihildum enim ſciebat. nam ad me primùm Variſidius: idque ſibi à te mandatum eſſe dicebat. Paullo pòſt idem mihi Munatius eas

dationem, *Oleique, ac vini præmiſſa remeans ſecum tuliſſet.* quod non reprehendo. nimis tamen mihi durum videtur, & epiſtolarum claritate alienum hic *præmiſſa* legere, eſſet enim obſcurior; & non parum violenta tranſlatio. Nam quantum ad antiquorum codicum fidem, habuimus nos miræ vetuſtatis Mediceum. Vellem autem eos, qui antiquis exemplaribus nituntur, ubi ſint hæc egregia vetuſtatis monimenta, notum facere. Quamvis enim nullius eruditi viri fidem condemnemus, nihil tamen nobis non ſuſpectum eſſe debet, cum homines plerumque omnia tentent, ut ſuis opinionibus fidem acquirant. *promiſſa* autem intelligit ea quæ in ſuis litteris Plancus facturum ſe eſſe promiſerat. *Victorius. Litterarum ad me miſſarum promiſſa meminiſſem.*] Tuentur hanc contra Rhodiginum & Victorius, & duo Palatini, optimi codices. Et mihi nullo modo videtur aliquid mutandum. Primogenita tamen editio, *præmiſſa.* & Stewechianus codex: *præmiſſa meminerim:* quæ addidimus, non ut Rhodiginum, quem novimus mirificum emendationum & explicationum cocum omnia jura confundentem, adjuvemus: ſed ut diverſitatem hanc à libris eſſe conſtaret, quam in ſuis non invenerat poſt Politianum doctiſſimus Hetruriæ ſuæ. Paullò poſt duo Palatini, prima editio, Peckio excerpta, Stewech. *ſenatui majora viſa ſunt, quàm erant ſpectata.* ut Epiſtola 14. Pall. duo Gulielmii: *equidem ſpectabam jam tuas litteras.* Gebhard.

30. *Ut conſuerat; & ego ei literas tuas dedi.*] Veneti ἐλλειπτικῶς, *at ego ei literas tuas*, idque mihi admodum probatur. *Camerar. Ut conſuerat: at ego ei litteras tuas: nihil dum &c.*] Ità Pall. Stewech. Hittorpian. priſca editio. Vulgò: *ut conſueverat, & ego ei litteras tuas dedi.* paullo item poſt ex Palatino ſexto & Hittorpiano edidi: *quas ipſi miſeras, quas publicè.* licet publicetur; *& eas quas publicè.* Delevi itidem ex eiſdem libris τo *nobis.* Iterum mox libentius legerem ex duobus Gulielmianis, *ſenatus continuò convocatus, frequens convenit* reciſis voculis nihili. *Gebhard.*

32. *Ad*

eas litteras legendas dedit, quas ipſi miſeras, & eas quas publicè. Placuit [f] nobis, ut ſtatim 31 ad Cornutum prætorem urbanum litteras deferremus: qui, quòd conſules aberant, conſulare munus ſuſtinebat more majorum. Senatus eſt continuò convocatus, frequenſque convenit propter famam atque exſpectationem tuarum litterarum. Recitatis litteris, 32 oblata religio Cornuto eſt, pullariorum admonitu, non ſatis diligenter eum auſpiciis operam dediſſe. Idque à noſtro collegio comprobatum eſt. Itaque res dilata eſt in poſterum. Eo autem die magna mihi [g] pro tua dignitate contentio cum Servilio: qui cùm gratia effeciſſet, ut ſua ſententia prima pronuntiaretur, frequens eum ſenatus reliquit, & in alia omnia diſceſſit: meæque ſententiæ, quæ ſecunda pronuntiata erat, cùm [h] frequenter aſſentiretur ſenatus, rogatu Servilii P. Titius interceſſit. Res in poſterum dilata. Venit paratus Servilius, Jovi ipſi iniquus; cujus in templo res agebatur. Hunc [i] quemadmodum fregerim, quantaque contentione Titium interceſſorem abjecerim; ex aliorum te litteris malo cognoſcere. Unum hoc ex meis: ſenatus [k] gravior, conſtantior, amicior tuis laudibus eſſe non potuit, quàm tum fuit. Nec verò tibi ſenatus amicior, quàm cuncta civitas. Mirabiliter enim populus Romanus univerſus, & omnium generum, ordinumque conſenſus ad liberandam rempublicam conſpiravit. Perge igitur, ut [l] agis, nomenque tuum commenda immortalitati: atque hæc omnia, quæ habent ſpeciem gloriæ, collecta inimiciſſimis ſplendoris inſignibus, contemne, 33 brevia, fucata, caduca exiſtima. Verum decus in virtute poſitum eſt,

f nobis deeſt in MSS.

g ita MSS. alii fuit pro.

h alii frequens.

i quidem quemad. MSS. P. B.

k gratior MSS.

l facis Lamb.

31. *Ad Cornutum Prætorem.*] *CÆCILII CORNUTI* Prætoris Urbani mentio eſt in vetere apud me inſcriptione, cujus alibi meminimus. *Urſin.*

32. *Oblata religio Cornuto eſt.*] Hoc eſt, religione, auſpiciis impeditus fuit ne in ſenatu quicquam ageretur. *Religio* eſt metus deorum, qui inhibet facere quæ velis. Plaut. Mercator. v. 2.

Religionem illic objecit: recipiam me illuc.

hoc eſt, ex obſervatione ominis δεισιδαιμονίαν incuſſit. Chriſtiani dicerent *ſcrupulum conſcientiæ injecit* ne hoc vel illud faciat. *Grævius.*

33. *Brevia, fugacia & caduca exiſtima.*] Antiquiores codices, Mediceus inquam, & qui Petrarchæ fuit; hac parte luxati ſunt & manci: ſic enim habent *brevia fugata caduca exiſtima:* quam-

 iem

eſt, quæ maximè illuſtratur magnis in rempublicam meritis. Eam facultatem habes maximam, quam [m] quum complexus es, & tenes, perfice, ut ne minùs [n] reſpublica tibi, quàm tu reipublicæ debeas. Me tuæ dignitatis non modò fautorem, ſed etiam amplificatorem cognoſces. Id [o] cùm reipublicæ, quæ mihi vita eſt mea carior, tum noſtræ neceſſitudini debere me judico. Atque in his curis, quas contuli ad dignitatem tuam, cepi magnam voluptatem, quòd bene cognitam mihi T. Munatii prudentiam & fidem magis etiam perſpexi in ejus incredibili erga te benivolentia & diligentia. [p] III. idus Apriles.

m *alii* quando. *alii* quoniam.
n quidem reſp. *MS.*
o tum *alii.*
p *alii* IV.

EPISTOLA XIII.

ARG. *Scribit de SC. in ſuam ſententiam facto, ad augendam Planci dignitatem, hortaturque ut Antoniani belli reliquias conficiat.* [A. V. C.

tem propter librorum dignitatem & probitatem, nullo modo ſilentio præterire potui, quanquam receptam lectionem rectam & veram eſſe judico: nec video quomodo veterem tueri, ſi velim, poſſim: credendum igitur eſt hoc erratum fuiſſe librarii. Cum raro autem accidere ſoleat ut peccet, non alienum mihi viſum eſt hoc etiam teſtari. Præter deformatam illam dictionem *fugacia* conjunctio non eſt in antiquioribus. *Victorius.* *Brevia, fugacia, caduca.*] Receptam jampridem lectionem retinendam cenſeo, etſi fuit cum & ipſe *fucata* legi poſſe exiſtimarim, quod tamen nunc non valde probo: hæc enim ſententia eſt (ut opinor) hujus loci, ut oſtendat inanem gloriam ὀλιγοχρόνιον eſſe & parvo tempore perdurare: cum enim ſupra inquit, *atque hac omnia qua habent ſpeciem gloria:* intellexit res fucatas, & quæ ſplendidæ ac honeſtæ videntur, non tamen habent veram ac ſolidam gloriam, neque veram dignitatem, quas omnes imbecillas recte dixit, & facile evolare e manibus. Si enim hic *fucata* legeretur, cum verba illa, *qua habent* inanem *ſpeciem gloria*, nihil ſignificent niſi quæ fucata ſunt (ſi quis μεταφορικῶς loqui vult,) dixiſſet Cicero quæ fucata ſunt, fucata ſunt, quod probari nullo pacto poteſt. *Idem in poſter.* *Brevia, fucata, caduca exiſtima.*] Elegantiores mihi gratias agent ob reſtitutum hunc ex Palatino ſexto locum: ſic enim exſertis litteris, ſyllabis, conceptum habet. Hittorpii quoque liber *fucata* agnoſcit. Palatinus verò primus, *fugatoria.* vulgò, *brevia, fugacia & caduca exiſtima.* ſuperius ſtatim edidi ex Pall. duobus Gulielmianis, editione Victorii, *qua habent ſpeciem gloria collecta inaniſſimis ſplendoris inſignibus.* ut arguam lectionem Lambini aſſerentis, ex binis, ut ait, Memmianis *collectam ex inaniſſimis.* inferius verò mihi placet Palatini & Stewechiani ſcriptura, *quam complexus es, tene, perfice.* Gebhard.

34. Ulyſſem

[A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 15. lib. xi. ſequitur ep. 19. hujus libri.

CICERO PLANCO.

Ut primum poteſtas data eſt augendæ dignitatis tuæ; nihil prætermiſi in te ornando, quod poſitum [q] eſt aut in præmio virtutis, aut in honore verborum. Id ex ipſo ſenatus conſulto poteris cognoſcere. ita enim eſt perſcriptum, ut à me de ſcripto dicta ſententia eſt: [r] quam ſenatus frequens ſequutus eſt ſummo ſtudio, magnoque conſenſu. Ego quamquam ex tuis litteris, quas mihi miſiſti, perſpexeram te magis judicio bonorum, quàm inſignibus gloriæ [s] delectari: tamen conſiderandum [t] exiſtimavi, etiam ſi tu nihil poſtulares, quantum tibi à republica deberetur. Tu contexes extrema cum primis. Qui enim M. Antonium oppreſſerit, is bellum confecerit. Itaque Homerus non Ajacem, nec Achillem, ſed 34 Ulyſſem appellavit πτολίπορθον.

q alii eſſet.

P. CLII.

r quinque ſeqq. voces deſunt in MS.

s lætari MS.

t alii nobis exiſt.

EPISTOLA XIV.

ARG. *Laudat Plancum de ſtudio reip. defendendæ, & ea celeritate, qua uſus erat, ut collegæ ſuo Bruto auxilia ferret. Hortatur ut belli reliquias exſtinguat.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 11. hujus lib. ſequitur ep. 22. lib. xi.

CICERO PLANCO S.

O Gratam famam biduo ante victoriam, de ſubſidio tuo, de ſtudio, de celeritate, de copiis! [v] Atque etiam hoſtibus fuſis, ſpes omnis in te eſt. Fugiſſe enim ex prœlio Mutinenſi [x] dicuntur notiſſimi latronum duces. Eſt autem non minus gratum extrema delere, quam prima depellere. Equidem [y] ſpectabam

v Atqui alii.

x dicuntur deeſt in MS.

y exſpectabam Grav. & alii.

34. *Ulyſſem appellavit πτολίπορθον.*] *Semper*, inquit, Strabo. Nam Achillem interdum etiam appellavit. Ulyſſes vero apud Ovidium etiam quæ ab Achille ſunt geſta, ſibi, quod illum a ſe inventum ad bellum perduxerit; quaſi ſuo jure accepta referri poſtulat. Vide præterea, quæ libro II. Iliad. ſcribit interpres Homeri: ne dicam finem reſpici oportere. *Corrad.* Quidam libri manuſc. habent πτολιπόρθιον atque ita edidit P. Victorius. *Lambinus.*

bam jam tuas litteras, idque cum multis. Sperabamque etiam, 35 Lepidum reipublicæ temporibus admonitum, 36 tecum, [z] & reipublicæ ſatis eſſe [a] facturum. In illam igitur curam incumbe, mi Plance, ut ne [b] quæ ſcintilla teterrimi belli relinquatur. Quod ſi erit factum: & rempublicam divino beneficio affeceris, & ipſe æternam gloriam conſequere. D. III. [c] non. Maj.

z & *delet Lamb.* a actum *Gul.* b qua *alii.* c *alii* Idus.

EPISTOLA XV.

ARG. *Quid egerit, quidque paret, ut opprimatur Antonius, exponit.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 22. lib. XI. ſequitur ep. 17. hujus libri.

PLANCUS CICERONI.

HIs litteris ſcriptis, quæ poſtea accidiſſent, ſcire te, ad rempublicam putavi pertinere. Sedulitas mea, (ut ſpero) & mihi & reipublicæ tulit fructum. Namque aſſiduis internuntiis cum Lepido egi, ut, omiſſa omni contentione, reconciliataque voluntate noſtra, communi [d] conſilio reipublicæ ſuccurreret: ſe, liberos, urbemque pluris, quàm unum perditum abjectumque latronem putaret: obſequioque meo, ſi ita faceret, ad omnes res abuteretur. Profeci itaque per Laterenſem internuntium. fidem mihi dedit, ſe Antonium, ſi prohibere provincia ſua non potuiſſet, bello perſecuturum: me, ut venirem, copiaſque [e] conjungerem, rogavit: eoque magis, quòd & Antonius ab equitatu firmus eſſe dicebatur, & Lepidus ne mediocrem quidem equi-

P. B. d concilio *MS.* e ut con. *MSS. Gul.*

35. *Lepidum reip. temporibus admonitum, tecum & reip. ſatis eſſe facturum.*] Sic edidit ex quatuor MSS. & Victoriana Gebhardus. Sed non poſſum mihi perſuadere *reip.* bis paucis interjectis verbis incommodiſſime a Cicerone iteratum. *Satis* non extat in Hittorp. & Pal. ſext. *& reip.* ex ſuperiore verſu huc irrepſit. Nam in Mentel. & aliis nonnullis codd. ſcribitur *Lepidum etiam reip. temporibus.* Itaque hunc locum ſic repurgandum cenſeo, *Lepidum reip. temporibus admonitum tecum eſſe facturum:* præſenti periculo, quo boni cives ad opem patriæ ferendam impelluntur, a tuis partibus ſtabit, tecum conſentiet in tuenda republica. *Grævius.*

36. *Tecum & reip. ſatis eſſe facturum.*] Exaudiendum τὸ *facturum*, quaſi bis poſitum eſſet hoc modo: *facturum tecum* (id eſt, tuum exemplum & ſectam ſecuturum) & *ſatisfacturum reip.*, talem ſe præſtiturum, ut Reſp. eo ſit contenta. *J. F. Gronov.*

37. Cum

equitatum habebat. Nam etiam ex paucitate ejus, non multis antè diebus, decem, qui optimi fuerant, ad me [f] tranſierunt. Quibus rebus ego cognitis, 37 cunctatus non ſum; in curſu bonorum conſiliorum Lepidum adjuvandum putavi. Adventus meus quid profecturus eſſet, vidi: vel quòd equitatu meo perſequi atque opprimere equitatum ejus [g] poſſem: vel quòd exercitus Lepidi eam partem, quæ corrupta eſt, & ab republica alienata, & corrigere, & coërcere præſentia mei exercitus poſſem. Itaque in Iſara, flumine maximo, quod in finibus eſt Allobrogum, ponte uno die facto, exercitum a. d. quartum idus Maji traduxi. Cùm verò [h] mihi nuntiatum eſſet, L. Antonium præmiſſum cum equitibus & cohortibus ad 38 Forum [i] Julii veniſſe: fratrem cum equitum quatuor millibus, ut occurreret ei, miſi a. d. v. idus Maji. Ipſe maximis itineribus cum quatuor legionibus expeditis & reliquo equitatu ſubſequar. Si nos mediocris modo fortuna reipublicæ adjuverit, & audaciæ perditorum, & noſtræ ſollicitudinis hîc finem reperiemus. Quòd ſi latro, præcognito noſtro adventu, rurſus in Italiam ſe recipere cœperit, Bruti erit officium, occurrere ei: cui ſcio nec conſilium, nec animum defuturum. Ego tamen, ſi id acciderit, fratrem cum equitatu mittam, qui ſequatur, [k] Italiam à vaſtatione defendat. Fac valeas, meque mutuò diligas.

f tranſiverant *MSS.*

g poſſem *abeſt a MS. Lamb.*

h mihi *deeſt in MS.*

i *alii* Livii. *MS.* Junii.

P. CLIII.

k Italiamque *alii.*

EPI-

37. *Cunctatus non ſum in curſu bonorum conſiliorum: Lepidum adjuvandum putavi.*] Interpunctiones non ſuo loco collocatæ, ut puto, corrumpunt elegantiſſimam ſententiam: ipſe enim prorſus ita legendum exiſtimo: *Quibus rebus ego cognitis, cunctatus non ſum: in curſu bonorum conſiliorum Lepidum adjuvandum putavi.* Quamvis omnia nunc plana & aperta eſſe opiner, præclaréque intelligi ac probari etiam judicium meum, tamen ſenſum meæ lectionis breviter exponam: quibus rebus cognitis ſummam celeritatem adhibui, putavique officium meum eſſe Lepidum adjuvare, dum bona ac Reip. utilia conſilia animo verſaret: quod non ſæpe ille faciebat. Nam ſi legemus quemadmodum ante in cunctis impreſſis erat, *Cunctatus non ſum in curſu bonorum conſiliorum.* aut nullus aut durus & inſulſus prorſus ex hac lectione ſenſus elicietur. *Victor.*

38. *Forum Julii.*] Forum Julii unum in Carnis eſt, alterum, quod hic ſignificatur, in Gallia Narbonenſi, utrumque fortaſſe a C. Cæſare, cum in Gallia tranſalpina bellum gereret, conſtituta. *P. Manut.*

 39. Tum

EPISTOLA XVI.

ARG. *Gratiſſimas ſenatui fuiſſe Planci litteras, & eam a ſe dictam ſententiam cui plane omnes aſſenſerint, factumque SC. ſignificat: deinde ſuadet ut in ſubitis rebus conſilium ſenatus ne exſpectet, ipſe a ſeſe conſilium capiat.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit epiſtola ſequens, ſequitur ep. 30. lib. XII.

CICERO PLANCO.

NIHIL poſt hominum memoriam glorioſius, nihil gratius, ne tempore quidem ipſo opportunius accidere vidi, quàm tuas, Plance, litteras. Redditæ ſunt enim frequenti ſenatu Cornuto, cùm is frigidas ſanè & inconſtantes recitaſſet litteras Lepidi. ſub eas ſtatim recitatæ ſunt tuæ, non ſine magnis [m] quidem clamoribus. Cum rebus enim ipſis eſſent & ſtudiis beneficiiſque in rempublicam gratiſſimæ: 39 tum erant graviſſimis verbis & [n] ſententiis. 40 Flagitare ſenatus inſtitit

ipſo *deeſt* in *MS.*

m quidem *deeſt in MS.*

n *alii* ſent. plenæ. *Lamb.* ſent. perſcriptæ.

39. *Tum erant graviſſimis verbis ac ſententiis.*] Ita hunc locum emendavimus, cùm in omnibus impreſſis *ſententiis plena* legeretur: id autem fecimus, ſecuti fidem priſcorum codicum, in quibus poſtremæ vocis veſtigium nullum reperitur: & Quintiliani auctoritatem, qui affirmat, Ciceronem ita ſemper hoc verbo uſum eſſe, ut diceret *plenum vini*, & non *vino*, ut poſteriores fecerunt: non dixiſſet igitur *plena verbis ac ſententiis* Cicero. Quemadmodum autem ſine ea voce ſenſus manere poſſit, obſcurum non eſt. Quod in Catone majore Cicero inquit, *Haud magna cum re, ſed fide plenus*, non eſt ſeptimus caſus *fide*, neque contra teſtimonium Quinctiliani hoc facit: ſed ita ab eo dictum eſt, ut in epiſtola quæ hanc ſequitur a Planco dictum fuit, *quo obſide fide illius ac ſocietatis.* Quod nos olim accurate adnotavimus, nullam hujus loci mentionem feciſſemus, niſi Manutii in poſteriore, quemadmodum in priore ſua editione fecerant, *verbis ac ſententiis plena* legerent. *Victorius.*

40. *Flagitare ſenatus inſtitit Cornutum.*] Hoc eſt, cœpit flagitare. Liv. lib. XXIV. *Pro ſe precibus, puellis ſaltem ut parcerent, orare inſtitit.* Terent. Hecyr. III, 3.

Hanc habere orationem mecum principio inſtitit.

Reſtituenda eſt hæc vox Gellio, lib. XII. cap. I. *Ubi percunctatus eſt, quam diutinum puerperium, & quam laborioſi nixus fuiſſent: puellamque defeſſam labore ac vigilia ſomnum capere cognovit, fabulari inſtituit prolixius,* leg. *fabulari inſtitit prolixius.* Sicut autem eleganti periphraſi *cœpi hoc facere*, pro feci, Græcis Latiniſque dicitur, ut apud Phædrum I, 2.

Quo-

tit Cornutum, ut referret ſtatim de tuis litteris. Ille ſe conſiderare o velle. Cùm ei magnum convicium fieret cuncto a ſenatu, quinque tribuni p plebei retulerunt. Servilius rogatus, rem diſtulit. ego eam ſententiam dixi, cui ſunt aſſenſi ad unum. ea quæ fuerit, ex ſenatus conſulto cognoſces. Tu, quamquam conſilio non eges, vel abundas potiùs, tamen hoc animo eſſe debes, ut nihil huc rejicias: neve in rebus tam ſubitis tamque anguſtis à ſenatu conſilium petendum putes. Ipſe tibi ſis ſenatus, quocumque te ratio reipublicæ ducet, ſequare. Cures, ut antè factum aliquod à te egregium audiamus, quàm futurum q putarimus. Illud tibi promitto, quidquid à te erit factum, id ſenatum non modò ut fideliter, ſed etiam ut ſapienter factum, comprobaturum.

o *Lamb.* & *alii* ait velle.
p *alii* plebis.
q putaremus *MS.* P. B.

EPISTOLA XVII.

ARG. *Præſentem belli ſtatum deſcribit, cum excuſatione fratris a ſe dimiſſi, & commendatione ſuæ dignitatis.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 15. hujus libri, ſequitur epiſtola ſuperior.

PLANCUS CICERONI.

ANTONIUS id. Maji ad Forum Julii cum primis copiis venit. 41 Ventidius bidui ſpatio abeſt ab eo. Le-

Quoniam grave
Omnino inſuetis onus, & cœpiſſent queri.
hoc eſt, quererentur, & ſic ille aliique frequenter: vide & Lucam Act. Apoſtol. 1, 1. ſic & *flagitare inſtitit*, eſt flagitavit. *habere orationem inſtitit* eſt orationem habuit. *Gravius.* *Inſtitit.*] Tale illud in procemio lib. III. de Orat. *Pignoribus ablatis Craſſum inſtitit coercere.* Et apud Livium, lib. XXVII. *Veſtigiis inſtitit ſequi.* Et Plautus in Mil. *Dies decem continuos ire ad eundem inſtat.* P. Manut.

41. *Ventidius.*] P. Ventidius Picens, humilì loco natus, qui hoc anno, prætor cum eſſet, conſul factus eſt in locum demortui Q. Pedii, ſuffecti in locum Hirtii ad Mutinam interfecti. Hic a Pompeji Magni patre, ut ait Valerius lib. VI. in triumphum ductus, poſtea victum ſordide quæſivit, mulìs & vehiculis magiſtratibus, qui ſortiti provincias eſſent, comparandis. extulit eum deinde ſic aut fortuna, aut ejus induſtria, non modo ut præturam, & eodem anno conſulatum geſſerit, verum etiam de Parthis primus triumphaverit, & mortuus publico funere, quod pauciſſimis contigit, quaſi gratiam ejus virtuti populo referente, ſit elatus. Suetonius, Gellius, Plutarchus, & alii. *Idem.*

Lepidus ad Forum Voconii caſtra habet: qui locus à Foro Julii quatuor & viginti millia [r] paſſ. abeſt: ibique me exſpectare conſtituit, quemadmodum ipſe mihi ſcripſit. Quòd ſi omnia mihi integra & ipſe, & fortuna [s] ſervarit, recipio vobis, celeriter me negotium ex ſententia confecturum. Fratrem meum, aſſiduis laboribus [42] concurſationibuſque confectum, graviter ſe habuiſſe, [t] antea tibi ſcripſi: ſed tamen cùm primùm poſſe ingredi cœpit, non magis ſibi quàm reipublicæ ſe convaluiſſe exiſtimans, ad omnia pericula princeps eſſe non recuſabat. Sed ego eum non ſolùm hortatus ſum, verùm etiam coegi [v] iſtò proficiſci: quòd & illa valetudine magis conficere ſe, [43] quàm me [x] juvare poſſet in caſtris: & quòd acerbiſſimo interitu conſulum rempublicam nudatam, tali cive prætore in urbanis officiis indigere exiſtimabam. Quod ſi [y] qui veſtrûm non probabit, mihi prudentiam in conſilio defuiſſe ſciat, non illi erga patriam fidelitatem. Lepidus [z] tamen, quod ego deſiderabam, fecit, ut Apellam ad me mitteret, [44] quo obſide, fide illius, & ſocietatis in republica

r *quidam* paſſus. *alii* paſſuum.

s ſervarint *MS.*

t ante *MSS.*

v illò *MS.*

x *alii* tueri.

y *alii* quis.

z *alii* tandem.

42. *Concurſationibuſque.*] Vox hæc dicitur etiam de uno homine, qui crebro huc illuc negotii cauſſa commeat. Sic loquitur lib. v. in Verr. *Tunc, cum concurſant ceteri prætores, iſte novo quodam ex genere imperator pulcerrimo loco ſtativa ſibi caſtra faciebat.* Liv. lib. XXXV. *Utinam ſubjicere oculis veſtris Achivi poſſent concurſationes regis magni &c.* Seneca lib. VII. de Benef. c. 14. *Is benigniſſimus, qui cum te viderit concurſantem, & ſollicitum atque anxium, dicat .... mitte hanc de pectore curam.* J. F. GRONOV.

43. *Quam me tueri poſſet in caſtris.*] Nos *juvare* ex antiquo codice, quod etiam Germani adnotarunt. Decepit hoc loco (ut opinor) eos, qui ab antiquis deſcripſerunt, quod hoc verbum per unum tantum *u*, in illis eſt, aliter ac nunc ſcribimus. Nam ſi *juvare* legiſſent, nunquam commiſiſſent ut ejus loco *tueri* ſcriberent. *Victor.* *Me juvare poſſet.*] Non receperunt hanc a me reſtitutam lectionem Manutii, quæ mihi valde probatur: aperui antea unde mendum, quod impreſſos codices occupaverat, ortum eſſe poſſet: in antiquis enim libris *juare* ſemper ſcriptum eſt: ut in loco, de quo paullo ante egimus, *In curſu bonorum conſiliorum Lepidum adjuvandum putavi.* Idem in poſter.

44. *Quo obſide fide illius, & ſocietate in rep. adm. ut.*] Nonnulli genitivo caſu recte *fidei illius, & ſocietatis* emendarunt: uno tamen diſſentiunt ab antiquis codicibus, quod in illis *fide* eſt, non *fidei*, ut fortaſſe eadem ratione dictum ſit qua Virg. *Libra die, ſomnique* dixit. Et in Roſis, *Ad primi radios interitura die.* Quam lectionem confirmat, quod in vulgatis omnibus *fide* etiam le-

ea adminiſtranda uterer. 45 Studium mihi ſuum L. Gellius, de tribus fratribus Segaviano probavit: quo ego interprete noviſſimè ad Lepidum ſum uſus. Amicum eum reipublicæ [a] cognoſſe videor: libenterque ei ſum teſtimonio, & omnibus ero, qui benè merentur. Fac valeas, meque mutuò diligas, dignitatemque meam, ſi mereor, tuearis, ſicut adhuc ſingulari cum benivolentia feciſti.

a *ita Vict. alii* cognoſcere.

P. CLIV.

EPISTOLA XVIII.

ARG. *Narrat, quibus cauſſis ad Lepidum proficiſcatur.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 25. hujus libri, ſequitur ep. 21. eodem hoc libro.

PLANCUS CICERONI.

46 QUID in animo habuerim, cùm [b] Lævus, Nervaque diſceſſerunt à me, & ex litteris, quas [c] eis dedi, & ex ipſis cognoſcere potuiſti, qui omnibus rebus conſiliiſque meis interfuerunt. Accidit mihi, quod homini pudenti & cupido ſatisfaciendi reipublicæ boniſque omnibus accidere ſolet: ut conſilium ſequerer periculoſum magis, dum me probarem, quàm tutum, quod habere poſſet obtrectationem. Itaque poſt

b *alii* Lerinus. *alii* Lernus.

c *alii* ei. *malè.*

legebatur, etſi illi ablativo caſu intelligebant, ideoque pro *ſocietatis*, *ſocietate* emendarant improbe omnino, & imperite, quia ſinceram lectionem non intellexerunt. *Victorius.* *Quo obſide fide illius & ſocietatis.*] Ita Palatinus primus. Sextus tantum, *fidei*, ſed cum notâ expunctionis elementi *i*. Ita quoque Vaticani excerpta. vulgus imperitiæ ſuæ velificans obliquavit: *fide illius & ſocietate &c.* Mox ſtatim lego ex Victorii editione & Palatino primo: *ſtudium mihi ſuum L. Gellius, de tribus fratribus Segaviano probavit:* cùm ſextus habeat: *In eâ re ſtudium mihi ſuum L. Gellius d. t. fr. eganiano.* Vaticanus: *ſtudium mihi L. Gellius.* editiones verò: *ſtudium in eâ re ſuum mihi L. Gellius de tribus fratribus Segavianis.* Gebhard.

45. *Studium mihi ſuum L. Gell. de trib. fratribus Segaviano probavit.*] Vereor ſane ne aliqua macula hunc locum fœdaverit: ſed cum ita in cunctis MSS. legatur, & negotium, de quo agitur, obſcurum ſit, periculoſum eſſe puto aliquid immutare. *Victor.*

46. *Quid in animo habuerim, cum Lævus.*] Quidam legunt *Lernus*, vel *Lerinus*, nos vetuſtam ſcripturam repoſuimus *Lævus:* eundemque credimus eſſe hunc & illum, de quo ſic non multo poſt, *Lævo Ciſpio dabo perferenda.* Victorius.

 47. Sicut

poſt diſceſſum legatorum, cùm binis continuis litteris & Lepidus me, ut venirem, rogaret, & Laterenſis multò etiam magis propè implorans obteſtaretur: [d] non ullam rem aliam extimeſcens, quàm eandem, quæ mihi [e] quoque facit timorem, varietatem atque infidelitatem exercitus ejus: non dubitandum putavi, quin ſuccurrerem, meque communi periculo offerrem. Sciebam enim, [f] & cautius illud erat conſilium, exſpectare me ad Iſaram, dum Brutus trajiceret exercitum; & cum collega conſentiente, 47 ſicut milites faciunt, hoſtibus obviàm ire. Tamen ſi quid Lepidus bene ſentiens detrimenti cepiſſet, hoc omne aſſignatum iri aut pertinaciæ meæ, aut timori 48 videbam, ſi aut hominem offenſum mihi, conjunctum cum republica non ſublevaſſem: aut ipſe à certamine belli tam neceſſarii me removiſſem. Itaque potiùs periclitari volui, ſi poſſem mea præſentia & Lepidum tueri, & exercitum facere meliorem, quàm nimis cautus videri. 49 Sollicitiorem certè hominem [g] non ſuis contractis, neminem puto fuiſſe. Nam, quæ res nullam [h] habebat dubitationem, ſi exercitus Lepidi [i] abſit: ea nunc 50 magnam affert ſollicitudinem, magnumque habet caſum. Mihi enim ſi contigiſſet, ut prior occurrerem Antonio; non mehercules horam conſtitiſſet; tantum ego & mihi confido, & ſic perculſas illius copias, 51 Ventidiique Mulionis

d nullam rem *alii.*
e nunc quoque *alii.*
f etſi *Lamb. Manut.*
P. B.
g *alii* in *Lamb.* rationibus ſuis malè contr.
h *alii* habet *aut* habeat.
i abeſſet *MS.*

47. *Sicut milites faciunt.*] Totum hoc Lambinus delet, ut alienum, & iſtius loco reponit: *exercitu concordi & bene de rep. ſentiente.* Utrumque, ut ait, auctoritate veterum codicum, quorum tamen plerique, ut & editio Victorii, vulgatum tuentur.

48. *Videbam.*] Hoc ſupervacuum eſt verbum, non delendum tamen, valet enim tantum, ac ſi repetiiſſet τὸ *ſciebam*, cum verbo *inquam.* Hoc, inquam, ſciebam. Vide quæ notavi ad Senec. de Ira. I, 3. *J. F. Gronov.*

49. *Sollicitiorem.*] In majore ſollicitudine. Tacitus libro XX. *Numquam apud vos verba feci, aut pro vobis ſollicitior, aut pro me ſecurior.* Sic & Seneca lib. III. de Ben. & Quinctil. lib. X. Suetonius in Claudio, *Sollicitiſſime.* Eadem forma *Explicitius*, dixit Cæſar lib. I. de Bel. Civ. *P. Manut.*

50. *Magnam affert ſollicitudinem.*] Ingentem mihi ſubjicit curam, ne ſcilicet Antonius recipiatur ab exercitu Lepidi, quod evenit. *J. F. Gronov.*

51. *Ventidiique Mulionis caſtra deſpicio.*] De admirabili hujus fortuna plurimi veteres auctores locuti ſunt: nota ſunt omnibus quæ Gellius, quæ Dion, quæ alii quoque tradidere: cum infimo loco natus

caſtra deſpicio. Sed non poſſum non exhorreſce- re

eſſet, conſecutum fuiſſe ſummos honores: & gentem, cui

pſa Romani Imper. pares fuerant, ipſum profligaſſe, ac maximis prœlliis viciſſe. quemadmodum neceſſe erat, hæc iſitata ac nova invidiam illi faciebat: & non ſine Romaquibus cognita erat obſcuritas parentum ipſius, videbant n maximis honoris ac dignitatis gradibus collocatum. Plures m verſus facti ſunt, quorum nonnullos etiam A. Gellius it, qui graviter eum perſtringerent. Puto etiam elegantum epigramma, quod poſt luſus in Priapum Virgilii nomine ur, eundem accuſare: quamvis enim nomen ejus in quem n eſt, poſitum non ſit, ſi quis tamen acute perſpiciet, vidomnia iſta mirifice Ventidio huic convenire. intelligo epima, cujus initium eſt, *Sabinus ille*, quod imitatione nobiliſſimi Jambi Catulli factum eſt:

Phaſelus ille, quem videtis hoſpites.

ntis enim ingenii vir, quicunque ille fuit, verbis pæne Ca-& ignobilitatem generis, & ſordidiſſimam artem objecit. Sabinum ipſum appellat, exiſtimo a regione, in qua ortus ita appellatum fuiſſe. nam Gellius Picentem illum tradit, opuli vicini Sabinis ſunt. Neque repugnat, ut arbitror, teſtes adducit, qui epigramma confecit, Galliæ Ciſalpinæ tes ſordium iſtius, & viliſſimæ artis quam tractaverat: uis enim in Sabinis ortus eſſet, in Gallia Ciſalpina artem *nicam* exercere potuit: aut ſi non in illis locis exercere, ſaltem ſæpe iter facere, ut incolæ eorum locorum ipſum quæſtum facientem videre potuerint. Gellius tradit, ipſum dis *mulis* victitaſſe; nam quæ in fine epigrammatis expour, de altiſſimo dignitatis gradu ab ipſo occupato, reſponfelicitati iſtius, & mire quadrant iis quæ ab aliis de ipſo ta ſunt. Sunt maculæ plures in epigrammate, quarum non: facile tolli poſſunt, aliæ ægre, ut puto, ſed omnia doctiocatioreſque viri accuratius conſiderabunt. Poſtquam autem io ſemel elegantiſſimi carminis facta eſt, non malum erit n in eo depravatum reſtituere: omnem enim occaſionem ſtue adjuvandi arripiendam puto. In Jambo igitur, cujus ini eſt, *Quid hoc negotii eſt:* ita hic verſiculus legitur,

Uvæque quales flava non legit Crete.

autem debet,

Uvæque quales flava legit Arete,

: veriorem eſſe lectionem dicimus, nam in MSS. libris eam ımus, & habemus etiam non parva argumenta quibus conıtur; quemadmodum enim, ſi ita legamus, omnia convet, ita ſi modo repoſitam ſequamur, nonnulla parum reſpon, nomen in primis quod ad *Crete* adjunctum eſt, non bene at provinciæ, mulieri autem aptiſſimum eſt: neque, quamunc Creteenſe vinum in honore ſit, quæ optimum vinum unt vites, eædem uvas τρωξίμους, ita enim appellant Græci s, gignunt. Sed iis argumentationibus relictis, concinnior eſt

re, 52 ſi quid intra cutem ſubeſt vulneris, quod prius nocere poteſt, quàm ſciri, curarique poſſit. Sed certè niſi 53 uno loco [k] me tenerem, magnum periculum ipſe Lepidus, magnum ea pars exercitus adiret, quæ bene de republica ſentit. Magnam etiam perditi hoſtes acceſſionem ſibi feciſſent, ſi quas copias à Lepido abſtraxiſſent. Quæ ſi adventus meus repreſſerit, agam gratias fortunæ conſtantiæque meæ, quæ [l] ad hanc experientiam excitavit. Itaque 54 a. d. [m] xii kalend. Jun. ab Iſara caſtra movi: pontem tamen, quem in Iſara feceram, caſtellis [n] duobus ad capita poſitis, reliqui; præſidiaque ibi firma poſui, ut venienti Bruto exercituique ejus ſine mora tranſitus eſſet paratus. Ipſe, ut ſpero, diebus octo, quibus has litteras dabam, cum Lepidi copiis me conjungam.

k hærerem *aut* metaremur *alii.*
l me ad *alii.*
m xv. *MS.*
n duobus *in MS. deeſt.*

EPISTOLA XIX.

ARG. *Officium Planci in gratiarum actione, quanquam a ſe minime exſpectatum, gratiſſimum tamen ſibi fuiſſe non negat: litteris ejus mirabiliter ſenatum eſſe delectatum ſignificat: poſtremo loco, ut ad exſtinguendas belli reliquias incumbat omni ſtudio, cohortatur.*

[A. V. C.

eſt hæc ſententia, & poëtæ familiarior. *Arete* enim uxor Alcinoi Phæacum regis fuit, cujus horti nobiles erant, & ab omnibus poëtis decantati. nam in iiſdem his luſibus duo illi verſiculi leguntur:

Si quot habes verſus, tot haberes poma, Priape,
Eſſes antiquo ditior Alcinoo.

Acuti ingenii ac politæ eruditionis vir, hæc olim epigrammata caſtigavit, ac multa ex ipſis menda ſuſtulit: hunc tamen locum dum corrigere voluit, niſi fallor, depravavit. *Victorius.*

52. *Si quid intra cutem ſubeſt vulneris.*] Delicium quondam ſuæ Galliæ Cl. Puteanus malebat *ulceris*; jureque præterea carpit Lambinum, paulò ante reponentem; *hominen rationibus ſuis male contractis*, planè contra Planci ſententiam. *Gebhard.* *Si quid intra cutem ſubeſt vulneris.*] Suppuratum, quod ſub ſana cute lateat. Intelligit autem perfidiam Lepidi. *J. F. Gronov.*

53. *Uno loco metaremur.*] Sic lege cum Rutilio. Caſtra poſita haberemus. *Idem.*

54. *Ad* xii *Kal. Junii.*] Medic. codex *A. D.* x. ii. *Kal. Junii.* quemadmodum in lapide Colotiano legi ante oſtendimus, EX A. D. V. K. DEC. Id eſt, ante diem xii. K. Jun. Quam interpretationem harum litterarum Paullus quoque probat. Ex his locis intelligi facile poteſt integritas ac fides Medicei codicis. *Victorius.*

55. *De*

[A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 13. hujus libri, ſequitur ep. 12. lib. XI.

CICERO PLANCO.

QUAMQUAM gratiarum actionem à te non deſiderabam, cùm te re ipſa, atque animo ſcirem eſſe gratiſſimum: tamen (fatendum eſt enim) fuit ea mihi perjucunda. ſic enim vidi, quaſi ea, quæ oculis cernuntur, me à te amari. Dices, quid antea? Semper o equidem, ſed numquam illuſtrius. Litteræ tuæ mirabiliter gratæ ſunt ſenatui, cum rebus ipſis, quæ erant graviſſimæ & maximæ, fortiſſimi animi ſummique conſilii: tum etiam gravitate ſententiarum atque verborum. Sed, mi Plance, incumbe, ut belli extrema p perficias: in hoc erit ſumma & gratia & gloria. Cupio omnia reipublicæ cauſa: ſed, mehercules, in ea conſervanda jam 55 defatigatus, non multò plus patriæ faveo, quàm tuæ gloriæ: cujus maximam facultatem tibi dii immortales, ut ſpero, dedere: quam complectere, obſecro. Qui enim Antonium oppreſſerit, is hoc bellum teterrimum periculoſiſſimumque confecerit.

P. CLV.

o quidem *MSS. & edd.*

p confic. *MS.*

EPISTOLA XX.

ARG. *Incertam eſſe de Lepidi fide ac voluntate opinionem ſignificat: quod autem Plancus affirmaverit, id certum fore. Hortatur ut Antonium opprimat: quod ſi effecerit, majora in illum ſtudia & graviora pollicetur.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 23. lib. XI. ſequitur ep. 14. lib. XII.

CI-

55. *Defatigatus.*] Vix opinor Frontonis eſſe, antiqui & eruditi Grammatici, libellum quendam, in quo *Defatigatus* & *Feſſus* ita diſtinguuntur, ut *Defatigatus*, de animo dicatur; *Feſſus*, de corpore. quod ſecus eſſe animadverto. nam *Defatigari*, & de corpore uſurpatur, ut ad Terentiam epiſt. 1. lib. XIV. *Te nec animi, nec corporis laboribus defatigari.* Quid illud lib. I. de Divin. non ad corpus omnino pertinet? *Cum virgo ſtaret, & Cæcilia in ſella ſederet, puellam defatigatam petiiſſe a matertera, ut ſibi concederet paulliſper, ut in ejus ſella ſederet.* Et illud in lib. de Sen. *Corpora quidem exercitationum defatigatione ingraveſcunt; animi autem ſe exercendo levantur.* Et Phil. V. *Cum ſemel gladium ſcelere imbuiſſet, nulla res ei finem cædendi, niſi defatigatio & ſatietas, attuliſſet.* Unum igitur in Latino ſermone Ciceronem ducem ſequamur: ceterorum præcepta partim non neceſſario, partim etiam falſa exiſtimemus. *P. Manut.*

56. Ve-

CICERO PLANCO.

ITA erant omnia; quæ iſtinc afferebantur, incerta; ut, quid ad te ſcriberem, non occurreret. Modò enim quæ vellemus de Lepido, modò contrà nuntiabantur. De te tamen fama conſtans, nec decipi poſſe; nec vinci: quorum alterius fortuna partem habet quandam; alterum proprium eſt prudentiæ tuæ. Sed accepi litteras à collega tuo, datas idibus Majis: in quibus erat, [q] te ad ſe ſcripſiſſe, à Lepido non recipi Antonium. Quod erit certius, ſi tu ad nos idem ſcripſeris. ſed minus audes fortaſſe propter inanem lætitiam litterarum ſuperiorum. [56] Verùm, ut errarem, id Plance voluſti (quis enim id [r] effugerit?) ſic decipi te non potuiſſe, quis non videt? Nunc verò etiam [s] jam erroris cauſa ſublata eſt. Culpa enim illa, *bis ad eundem*, vulgari reprehenſa proverbio eſt. Sin, ut ſcripſiſti ad collegam, ita ſe res habet, omni cura liberati ſumus: nec tamen erimus priùs, quàm ita eſſe tu nos feceris certiores. Mea quidem, ut ad te ſæpius ſcripſi, hæc ſententia eſt: Qui reliquias hujus belli oppreſſerit, eum totius belli confectorem fore; quem te & opto eſſe, & confido futurum. Studia mea erga te, quibus certè nulla eſſe majora potuerunt, tibi tam grata eſſe, quàm ego putavi fore, minimè miror vehementerque lætor. Quæ quidem tu ſi rectè iſtic erit, majora & graviora cognoſces. Quarto kalendas Junias.

q te ad ſcripſiſſe MS.

r effugeret alii.

s jam abeſt a MSS.

P. B.

EPISTOLA XXI.

ARG. *Perfidiam Lepidi, conjunctionemque cum Antonio nuntiat: novarum copiarum ſubſidium poſtulat: dignitatem ſuam commendat.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 18. hujus libri, ſequitur proxime ſubjuncta.

PLAN-

56. *Verùm, ut errarem, id Plance voluiſti.*] Defendat vulgatam & amplectatur Lambinus: *verum ut errare, mi Plance, potuiſti*, mihi illa potior eſt, quam reperi in Palatino primo (nam in ſexto aliquot harum epiſtolarum deſunt) & Vaticani excerptis: quam cum ſic in Mediceo incidiſſet Egnatius, legebat: *Verum ut errans id Plance voluiſti, qui enim id te fugeret; aut ſic decipi te non potuiſſe quis non videt.* Additque ſenſum eſſe ironicum & à contrario. *Gebhard.*

57. Ne

PLANCUS CICERONI.

PUDERET me inconſtantiæ mearum litterarum, ſi non hæc ex aliena levitate penderent. Omnia feci, quare Lepido conjuncto ad rempublicam defendendam, minore ſollicitudine veſtra, perditis reſiſterem. Omnia ei [t] & petenti recepi, & ultrò pollicitus ſum, ſcripſique tibi biduo antè, confidere me, bono Lepido eſſe uſurum, communique con[illegible] bellum adminiſtraturum. Credidi chirographis ejus: affirmationi præſentis Laterenſis; qui tum apud me erat, reconciliaremque me Lepido, fidemque haberem, orabat. Non licuit diutius bene de eo ſperare. Illud certè cavi, & cavebo, 57 ne mea credulitate reſpublica ſumma fallatur. 58 Cùm [v] Iſaram flumen, uno die ponte effecto, exercitum traduxiſſem, pro magnitudine rei celeritatem adhibens, quod petierat per litteras ipſe, ut maturarem venire, præſtò mihi fuit ſtator ejus cum litteris, quibus, ne venirem, denuntiabat, ſe poſſe per ſe conficere negotium, interea ad Iſaram [x] exſpectarem. Indicabo temerarium meum conſilium tibi: nihilominùs ire [y] decreram, exiſtimans eum ſocium gloriæ vitare. 59 Putabam poſſe

t & *non habet Vict.*

v in Iſara flumine *Grav.*

x ſpectarem *MS.*

y *alii* decreveram.

P. CLVI.

57. *Ne mea credulitate Reſp. ſumma fallatur.*] Sic leg. ut lib. VIII. ep. 14. *Ne credulitas mea omnem Remp. in periculum ſummum conjiciat.* J. F. Gronov.

58. *Cum Iſaram flumen, uno die ponte effecto, exercitum traduxiſſem.*] Amſtelod. *Cum Iſara flumine, uno die ponte effecto, exercitum traduxiſſem.* Mentel. *Cum Iſara flumen.* Alius codex, quem Corrad. vidit, *ſin quum Iſara flumine uno d. p. e. e. t.* Hinc plane probo emendationem Corradi, *Cum in Iſara flumine, uno die ponte effecto, exercitum traduxiſſem.* Sup. ep. præcedente 15. *Itaque in Iſara, flumine maximo, quod in finibus Allobrogum, ponte facto, exercitum ad quartum Idus Majas traduxi.* Fallor aut *flumine* hic ex gloſſa, ut loquuntur, irrepſit. Nam cùm *in Iſara* legeretur adſcriptum fuit interpretationis cauſſa *flumen*, quod in multis exſtat libris, quæ vox cum ab imperitis librariis poſtea inſerta eſſet ipſis Planci verbis, deletum eſt *in* & ex *Iſara* factum *Iſaram.* In multis libris antiquis ſcribitur *Yſara* & *Hyſara.* Græv.

59. *Putabam poſſe me nec de laude jejuni hominis delibare quidquam.*] *Delibare* eſt diminuere, deterere. Sic lib. IV. ad Herenn. *Ille nulla voce delibans inſitam virtutem, concidit tacitus.* h. e. nullum verbum emittens, quo priſtinam ſuam gloriam minueret, quodve virtute ejus indignum eſſet. Sic *delibare membrum* pro atterere

poſſe me nec de laude 60 jejuni hominis [z] delibare quidquam; & ſubeſſe tamen propinquis locis, ut; ſi durius aliquid eſſet, ſuccurrere celeriter poſſem. Ego non malus homo hoc ſuſpicabar. At Laterenſis, vir ſanctiſſimus; ſuo chirographo mittit mihi litteras, [a] meiſque; deſperans de ſe, de exercitu, de Lepidi fide, querensque ſe deſtitutum: in quibus apertè denuntiat; videam; ne fallar: ſuam fidem ſolutam eſſe: reipublicæ ne deſim. Exemplar ejus chirographi Titio [b] miſi. Ipſa chirographa omnia, & quibus credidi, & ea, quibus fidem non habendam putavi, Lævo Ciſpio dabo perferenda; qui omnibus his interfuit rebus. Acceſſit eò, ut milites ejus, cùm Lepidus concionaretur, improbi per ſe, corrupti etiam per eos, qui præſunt, Canidios, Rufrenoſque, & ceteros, quos, cùm opus erit, ſcietis, conclamarint [c] viri boni, pacem-ſe velle, neque eſſe cum ullis pugnaturos, duobus jam conſulibus [d] ſingularibus occiſis, tot civibus pro patria amiſſis, hoſtibus denique [e] omnibus judicatis, boniſque publicatis. neque hoc aut vindicarat Lepidus, aut ſanarat. 61 Huc me venire,

z *ita Victor. alii* deliberare. *Lamb.* delibrare.
a in eiſque *Corrad. Grav.*
b *alii* dedi.
c *alii* ut viri.
d ſing. *deeſt in MS.*
e omnibus *deeſt in MS.*

terere aut violare dixit Varro lib. II. de R. R. c. 2. loquens de agnis: *Circiter decem dies cum præterierunt, palos offigunt, & illos alligant, libro aut qua alia re diſtantes, ne toto die curſantes inter ſe teneri, delibent aliquid membrorum.* Et contrà *illibatum robur* pro integro, illæſo, & inviolato dixit Columella lib. XII. de R. R. c. 1. Adde Ciceronem ipſum eleganter loquentem lib. 1. de Divin. *Divinatio referenda eſt ad naturam deorum, a qua, ut doctiſſimis ſapientiſſimiſque placuit, hauſtos animos & delibatos habemus*, i. e. decerptos. *J. F. Gronov.* Gellius lib. 1. c. 3. *Rependitur quippe & compenſatur leve damnum delibata honeſtatis majore alia graviòreque in adjuvando amico honeſtatis.* Sueton. Auguſt. c. LVII. *Delibante ſolummodo eo ſummarum acervos; neque ex quoquam plus denario auferente.* Adde Sciopp. ad Priap. p. 92. Simplex *libare* etiam ita uſurpatur a Livio lib. XXI. c 29. *Cuperus.*

60. *Jejuni hominis.*] Non eſt laudem appetentis, ſed maligni, qui quicquid in alium laudis & gloriæ confertur, ſibi decedere exiſtimat. Sic ſupra lib. II. ep. 17. *Illud vero puſilli animi & ipſa malevolentia jejuni atque inanis; quod Ariobarzanem; quia ſenatus per me regem appellavit, mihique commendavit, iſte in litteris non regem, ſed regis Ariobarzanis filium appellat.* Sic alibi dicit *animum nimis anguſtum & jejunum.* Græv.

61. *Hoc me venire.*] Sic Hittorp. Pal. pr. Amſtelodam. pro vulgato *huc*. Sic & paullo poſt Hittorp. & prim. ac ſext. Pall. *hoc ſubmittatis.* veteres enim *hoc* pro *huc* dixiſſe docet Servius ad VIII. Æn. v. 114.

Hoc tunc ignipotens cælo deſcendit ab alto.

vide

ire, & duobus exercitibus conjunctis objicere exer-
m fideliſſimum, auxilia maxima, principes Galliæ,
rinciam cunctam, ſummæ dementiæ & temerita-
ſſe vidi: mihique, ſi ita oppreſſus eſſem, remque
licam mecum [f] prodidiſſem, mortuo non modò ho- f *alii* perdidiſſem.
em, ſed [62] miſericordiam quoque defuturum. Itaque
turus ſum: nec tanta munera perditis hominibus
poſſe ſinam. Ut exercitum locis habeam opportu-
provinciam tuear, etiam ſi ille exercitus [g] deſcierit; g *alii* deſciverit. P. B.
iiaque integra ſervem, dabo operam, quoad exer-
s huc ſummittatis, parique felicitate rempublicam
: vindicetis. nec depugnare, ſi occaſio tulerit; nec h hic *deeſt* in *MS.*
deri, ſi neceſſe fuerit; nec mori, ſi caſus inciderit,
vobis, paratior [i] fuit quiſquam. Quare hortor te; i *alii* fuerit.
Cicero, exercitum huc trajiciendum quàm primùm
s, & matures priùs, quàm hoſtes magis corrobo-
ur, & noſtri perturbentur. In quo ſi celeritas erit
ibita, reſpublica in poſſeſſione victoriæ, deletis ſce-
tis, permanebit. Fac valeas, meque diligas. Fra-
i meum tibi, fortiſſimum civem & ad omnia pa-
ſimum, [k] excuſem litteris, qui ex labore [l] in febri- k *MSS.* excuſes. *alii* excuſo.
m incidit aſſiduam & ſatis moleſtam. Cùm pri-
n poterit iſtuc recurrere, non dubitabit, ne quo l in *deeſt* in *MS.*
reipublicæ deſit. Meam dignitatem commenda-
habeas, rogo. Concupiſcere me nihil oportet. ha-
te & amantiſſimum mei, & quod optavi, ſummæ
au-

& quæ Joannes Rivius, & Georgius Fabricius notarunt ad
nt. Adelph. Act. I. ſcen. ſec. Hic ibi tradit in hac eadem
ola in veteri codice legi, *exercitum hoc trajiciendum quam pri-*
cures. & ſic in eod. libro ſcribi inferius in ep. 10. lib. XI.
accedit Palatinus primus & Hittorpianus,) *hoc acceſſit manus*
dii. Plancus videtur hoc Archaiſmo delectatus eſſe. Ex
n duobus codicibus repoſui hanc vocem in epiſtola Lentuli
II, 14. *Nam quod hoc properent in magiſtratu venire.* Ejus igno-
cauſſam præbuit deſcriptori Menteliani in hoc loco graviter
cinandi, qui eum ſic expreſſit; *nam ex hoc propterent in ma-*
tum venire. Græv.

. *Miſericordiam quoque defuturum.*] Hoc loquendi genus du-
A. Gellius, eleganter & eruditè hic quoque Victorii ſagaticas
uit, invenioque ſic in excerptis. Quod moneo, ne quis in ta-
oſtræ editionis incidens, σφάλματα typothetarum exiſtimet.
o: *defuturam.* ſicut Epiſtolà ſequenti; *Tantum eſſe apud omnes*
tui caritatem ex Vaticani excerptis & editione Victorii reſti-
vulgò *tantam.* Gebhard.

auctoritatis. Tu videris, quantum, & quando tuum munus apud me velis eſſe. Tantùm te rogo, in Hirtii locum me ſubdas, & ad tuum amorem, & ad meam obſervantiam.

EPISTOLA XXII.

ARG. *Agris dividendis præfici Plancus cupiebat. ea de re Cicero reſpondet.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit epiſtola ſuperior, ſequitur ep. 15. lib. XI.

CICERO PLANCO.

IN TE, & in collega omnis ſpes eſt, diis approbantibus. Concordiâ veſtrâ, quæ ſenatui declarata litteris veſtris eſt, mirificè & ſenatus & cuncta civitas delectata eſt. Quod ad me [m] ſcripſeras de [n] re agraria: ſi conſultus ſenatus eſſet, ut quiſque honorificentiſſimam de te ſententiam dixiſſet, eam ſecutus eſſem: qui certè ego fuiſſem. Sed propter tarditatem ſententiarum, moramque rerum, cùm ea, quæ conſulebantur, ad exitum non pervenirent: commodiſſimum mihi Plancoque fratri viſum eſt, uti eo, quod ne noſtro arbitratu componeretur, quis fuerit impedimento, arbitror te ex Planci litteris cognoviſſe. Sed ſive in ſenatusconſulto, ſive in ceteris rebus deſideras aliquid; ſic tibi perſuade, tantam eſſe apud omnes bonos tui caritatem, ut nullum genus ampliſſimæ dignitatis excogitari poſſit, quod tibi non paratum ſit. Litteras tuas vehementer exſpecto, & quidem tales, quales maximè opto. Vale.

m ſcribis *MS.*
n lege *MSS.*

P. CLVII.

EPISTOLA XXIII.

ARG. *Excuſat ſe quod Lepido crediderit: ſuam diligentiam declarat in copiis tuto reducendis, audita Lepidi & Antonii conjunctione: quo in periculo ſubſidium poſtulat exercitus Octavii.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit epiſt. 24. lib. XI. ſequitur ep. 32. hujus libri.

PLANCUS CICERONI.

NUMQUAM mehercules, mi Cicero, me pœnitebit maxima pericula pro patria ſubire, dum, ſi quid acciderit mihi, à reprehenſione temeritatis abſim. Confiterer

ſiterer imprudentia me lapſum, ſi umquam Lepido ex animo credidiſſem. Credulitas enim, error eſt magis, quàm culpa: & quidem in optimi cujuſque mentem facillimè irrepit. Sed ego non hoc vitio pænè ſum deceptus. Lepidum enim pulchrè noram. Quid ergo eſt? Pudor me, qui in bello maximè eſt periculoſus, hunc caſum [o] coëgit ſubire. Nam; [p] ſi uno loco [q] eſſem, verebar, ne cui obtrectatorum viderer & nimiùm pertinaciter Lepido offenſus, & mea patientia [r] etiam alere bellum. Itaque copias propè in [s] conſpectum Lepidi Antoniique adduxi, quadragintaque millium paſſ. ſpatio relicto conſedi, eo conſilio, ut vel celeriter accedere, 63 vel ſalutariter recipere me poſſem. Adjunxi hæc, in loco eligendo, flumen oppoſitum ut haberem; in quo mora tranſitus eſſet: Vocontii 64 ſub manu ut eſſent, 65 per quorum loca fideliter mihi pateret iter. Lepidus, deſperato adventu meo, quem non mediocriter captabat, ſe cum Antonio conjunxit a. d. IIII kal. Junias: eodemque die [t] ad me caſtra moverunt: viginti millia paſſ. cùm abeſſent, res mihi nuntiata eſt. Dedi operam deûm benignitate, ut & celeriter me reciperem;

o cogit *MSS.*
p niſi *alii.*
q eſſemus *alii.*
r etiam *non eſt in MS.*
s adſpectum *alii.*
P. B.
t ad me *deeſt in MS.*

63. *Vel cum ſalute recipere me poſſem.*] Aliquantum mendi hoc loco habent antiquiores codices, *ſalutari* enim legunt pro *ſalutariter*, ni fallimur: eſt autem Planco familiare adverbium. Sequenti enim epiſtola in vulgatis etiam, nedum veteribus & melioribus libris, *nihil enim me non ſalutariter cogitare ſcio*. Et nos igitur *ſalutariter* ſcripſimus. Uſurpavit etiam Cicero hoc adverbium. *Victorius.*

64. *Sub manu.*] Propinqui. Græcum loquendi genus. Demoſthenes contra Philip. II. ὁρῶ γὰρ ὡς τὰ πολλὰ ἐνίους οὐκ εἰς τοὺς αἰτίους, ἀλλ' εἰς τοὺς ὑπὸ χεῖρα μάλιστα τὴν ὀργὴν ἀφιέντας. *P. Manut.* Dicitur eleganter *ſub manu eſſe*, pro eo quod vulgo ad manum, ſeu prope, & in promptu eſſe. Sic Senec. ep. XLI. *Ergo conſilium ſuo die naſci debet, & hoc quoque tardum eſt nimis: ſub manu, quod ajunt, ſub manu naſcatur.* Suet. Auguſt. c. XLIX. *Quo celerius ac ſub manu annuntiari agnoſcique poſſet, &c.* F. Gronov.

65. *Per quorum loca mihi fideliter pateret iter.*] Nihil hìc mutandum: licet Palatinus ſextus initio tenuerit *mihi pater & frater*, quemadmodum fuiſſe in Hittorpiano adnotavit Guljelmius; & inde legit; *Per quorum loca mihi fidelia iter pateret; & frater.* Utinam adjunxiſſet rationes. nam parati eramus eas cernere. In Medio fermè epiſtolæ quoque conjectat: *In quo auſu tamen interpellatus.* Gebhard.

 66. *Non*

rem, & hic diſceſſus nihil fugæ ſimile haberet: [66] non miles ullus, non eques, non quidquam impedimentorum [v] amitteretur, [67] aut ab illis ferventibus latronibus interciperetur. Itaque pridie nonas Junias omnes copias Iſaram trajeci, ponteſque, quos feceram, interrupi, [x] ut ſpatium ad colligendum ſe homines haberent, & ego me interea cum collega conjungerem; quem triduo, cùm has dabam litteras, exſpectabam. Laterenſis noſtri & fidem & animum ſingularem in [y] rempublicam ſemper fatebor. Sed certè nimia ejus indulgentia in Lepidum ad hæc pericula perſpicienda fecit eum minùs ſagacem. Qui quidem cùm in fraudem ſe deductum videret, manus, quas juſtiùs in Lepidi perniciem armaſſet, ſibi afferre conatus eſt. In quo caſu tamen interpellatus & adhuc vivit, & dicitur victurus. Sed tamen de hoc mihi parum certum eſt. Magno cum dolore parricidarum [68] elapſus ſum his. veniebant enim

v omitt. *MS.*

x ut & *alii.*

y rep. *MS.*

66. *Non miles ullus.*] Non dicebant veteres *milites*, ut vulgus accipit, omnes eos, qui militiam ſectarentur, ſed proprie pedites, ideoque militem equiti opponunt, tanquam diverſum, ut hic, & inferius ep. 32. *Militem, non modo legionarium, ſed ne auxiliarium quidem ullum quoquam miſi: & ſi quos equites diſcedentes nactus ſum, ſupplicio affeci.* Rurſum ep. 35. *Itaque ad me complures milites & equites ab eo tranſierunt.* Sic etiam Cæſar lib. v. de B. G. *Tripartito milites equitesque in expeditionem miſit.* J. F. Gronovius.

67. *Aut ab illis ferventibus latronibus interciperetur.*] Mediceus codex & Petrarchæ liber, Germanicus item impreſſus, qui ſæpe antiquam lectionem in margine adpoſitam habet, omnes conveniunt, & pro *furentibus*, *ferventibus* legunt. Nos igitur hunc conſenſum probatiſſimorum codicum adſpernari non potuimus: nam quod paullo ſupra hac ipſa epiſtola Lepido *offenſus*, cum antea *infenſus* legeretur, ſcripſimus, veterum in hoc etiam codicum auctoritatem ſecuti ſumus. *Victorius.*

68. *Elapſus ſum his.*] Dictio, *his*, cum oleret mendum, ſcripſi ad amiciſſimum meum, ut is mihi, de ea quid ſentiret, exponeret. Reſcripſit, corruptam ſe jam pridem judicaſſe: nuper autem rariſſimæ virtutis, & ſummæ nobilitatis hominem, Benedictum Accoltum, Ravennæ Cardinalem, quem ego honoris amplitudiniſque cauſa nomino, cum has Ciceronis epiſtolas ſucciſivis temporibus legendo percurreret, eam emendaſſe, nempe ſic, *Elapſus ſum bis*: ut ſe dicat Plancus periculum bis effugiſſe: ſemel, cum ad Lepidum non acceſſit, neque ſe unquam cum eo voluit conjungere: quod ſi feciſſet, ipſe cum univerſo exercitu in Antonii poteſtatem Lepido prodente deveniſſet, iterum, cum audito Lepidi Antoniique adventu, celeriter ſe recepit. *P. Manut.*

69. *Le-*

enim eodem furore in me, quo in patriam, incitati. Iracundias autem harum rerum recentes [z] habebant: quòd Lepidum caſtigare non deſtiteram, ut exſtingueret bellum: quòd colloquia facta improbabam: quòd 69 legatos, fide Lepidi miſſos ad me, in conſpectum venire vetaveram: quòd C. [a] Catium Veſtinum, tribunum [b] militum, miſſum ab Antonio ad me cum litteris, exceperam. In quo hanc capio voluptatem, quòd certè, quo magis me petiverunt, tanto majorem his fruſtratio dolorem attulit. Tu, mi Cicero, quod adhuc feciſti, idem præſta; ut vigilanter nervoſeque nos, qui ſtamus in acie, ſubornes. Veniat Cæſar cum copiis, quas habet firmiſſimas: aut, ſi ipſum aliqua res impedit, exercitus mittatur; cujus ipſius magnum agitur periculum. Quidquid aliquando futurum fuit in caſtris perditorum contra patriam, hoc omne jam convenit. Pro urbis verò ſalute cur non omnibus facultatibus, [c] quas habemus, utamur? Quòd ſi vos iſtic non defueritis, profectò, quod ad me attinet, omnibus rebus

z habebam *alii.*

a *alii* Catinium.

b *alii* militarem.

P. CLVIII.

c quas hab. *deeſt in MS.*

69. *Legatos, fide Lepidi miſſos ad me, in conſpectum venire vetaveram.*] Antea *Lepidi dimiſſos.* Quis non videat, qui attente legat, ita ſcribendum eſſe, mendumque ortum, quod negligenter librarius poſtremam ſyllabam *Lepidi* bis ſcripſerit. Exponit Plancus, cur tantopere ſibi Antonius ac Lepidus infenſi ſint, & in aliis rebus narrat ſibi illos valde iratos, quod Antonii legatos ad ſe miſſos Lepidi fide, nedum audire voluerit, in conſpectum ſuum venire prohibuit. *Lepidi* autem *fide*: quia fidem ſuam Lepidus interpoſuerat, a Planco illos violatum non iri. *Legatos miſſos*, ut paullo poſt inquit, *C. Catienum miſſum ab Antonio ad eum cum litteris.* Victor. Malo cum Venetis *miſſos*, quam noſtrorum *dimiſſos.* Camerar. *Legatos, fide Lepidi miſſos ad me, in conſpectum venire vetaveram.*] Ita edidit Victorius, neque aliter in Palatino primo. nam quod vulgò *Lepidi dimiſſos* vitioſum eſt, præcedentiſque vocabuli extrema ſyllaba adhæſit poſteriori. Vulgò excuſum eſt, *dimiſſos, ad me in conſpectum venire vetueram.* Paullo poſt, ex Palatino primo, ex edititione Victorianâ (nam ex Mediceo hanc lectionem attulit, quam ad primam quoque impreſſionem notat Egnatius) ex Hittorpiano lego: *miſſum ab Antonio ad me tum litteris exceperam.* quanquam in Palatino ſexto primò erat, *acceperam.* ſed *exceperam* rectius. Videatur Cæſar libro I. Belli Civilis. Idem lib. III. Virgilius Buc. II:

Nonne ego te vidi Damonis peſſime caprum
Excipere inſidiis.

Vulgatum eſt: *miſſum ab Antonio ad eum cum litteris interceperam.* Gebhard.

 70. Ci-

bus abundè reipublicæ ſatisfaciam. Te quidem, mi Cicero, in dies, mehercules, habeo cariorem: ſollicitudineſque meas quotidie magis tua merita exacuunt, ne quid aut ex amore, aut ex judicio tuo [d] perdam. Opto ut mihi liceat jam præſenti pietate meorum officiorum tua beneficia tibi facere jucundiora. Octavo idus Jun. 70 Civarone: ex finibus Allobrogum.

d deperdam *Lamb.*

EPISTOLA XXIV.

ARG. *Pollicetur ſe memorem beneficiorum; ſuas copias narrat; ſubſidium aut Octaviani Cæſaris copiarum, aut Africani exercitus poſtulat: Octavianum quaſi parum reipub. amantem carpit.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 29. hujus libri, atque hæc ratione temporis eſt ultima omnium earum, quæ hoc volumine continentur.

PLANCUS IMP. CONS. DESIGN. S. D. CICERONI.

FACERE non poſſum, quin in ſingulas res meritaque tua, tibi gratias agam. Sed mehercule facio cum pudore. Neque enim tanta neceſſitudo, quantam tu mihi tecum eſſe voluiſti, deſiderare videtur gratiarum actionem. Neque ego lubenter pro [e] maximis tuis beneficiis tam vili munere defungar orationis: & malo præſens obſervantia, [f] indulgentia, aſſiduitate, memorem me tibi probare. Quòd ſi mihi vita contigerit, omnes [g] gratas amicitias, atque etiam pias propinquitates, in [h] tua obſervantia, indulgentia, aſſiduitate vincam. Amor enim tuus ac judicium de me, utrùm mihi plus dignitatis in perpetuum, an voluptatis quotidie ſit allaturus, non facilè dixerim. De militum commo-

e eximiis *MS.*
f diligentia *Lamb.*
g gratias *MSS.*
h *alii* tui.
P. B.

70. *Civarone.*] Scaliger conjicit *Curalone*; idemque monuit Gruterum per epiſtolam Lindebrogius, alluduntque mſſ. in quibus *Cujarone*, Gebh. *Cularo* nominatur in Tabula Itineraria Peutingeri, & in Notitia Imperii, quæ Tribunum cohortis primæ Flaviæ *Cularone* in Sabaudia ſtationem habuiſſe docet. Unde muri *Cularonenſes* hodieque leguntur in antiqua inſcriptione portæ civitatis. Poſtea ab Imperatore Gratiano dicta Gratianopolis. In epiſtola L. Planci ad Ciceronem, quæ eſt 23 libri x. ad Famil. legendum jam olim cenſuimus in ultimis verbis *Cularone* in finibus Allobrogum, non *Civarone*, ut vulgo edi ſolet. *Finis Allobrogum* facit Gratianopolim, quia ad Iſaram poſita eſt, qui Allobroges claudit, ſeparatque a Vocontiis. *Sirmondus.* Certiſſima emendatio in hanc editionem recepta eſt, Muſis applaudentibus. *Græv.*

71. Qui-

modis, fuit tibi curæ; quos ego non potentiæ meæ cauſa (nihil enim me non [i] ſalutariter cogitare ſcio) ornari volui à ſenatu: ſed primùm, quòd ita meritos judicabam: deinde, quòd ad omnes caſus conjunctiores reipublicæ eſſe volebam: noviſſimè, ut ab omni omnium ſollicitatione averſos eos, tales vobis præſtare poſſem, quales adhuc [k] fuerunt. Nos adhuc hîc omnia integra ſuſtinuimus. Quod conſilium noſtrum, etſi, quanta ſit aviditas hominum, non ſine cauſa, talis victoriæ, ſcio; tamen vobis probari ſpero. Non enim, ſi quid in his exercitibus ſit offenſum, magna ſubſidia reſpublica habet expedita, [71] quibus ſubito impetu ac latrocinio parricidarum reſiſtat. Copias verò noſtras notas tibi eſſe arbitror. In caſtris meis legiones ſunt veteranæ tres: tironum vel luculentiſſima ex omnibus una: in caſtris Bruti una veterana legio: altera bima: octo tironum. Ita univerſus exercitus numero ampliſſimus eſt, firmitate exiguus. Quantum autem in acie tironi ſit committendum, nimiùm ſæpe [72] expertum

i ſalubriter MSS. Gul.

k fuerint MS.

71. *Quibus ſubito impetui, ac latrocinio parricidarum reſiſtat.*] Nos ut in veterrimo Mediceo codice invenimus *impetu* ſcripſimus, ut etiam in epiſtola ad P. Servilium, *ut intelligat hanc commendationem ſibi magno uſu atque adjumento fuiſſe.* Sæpe autem ſic protuliſſe hujuſcemodi nomina tertio caſu Virgilium, notiſſimum eſt. ut in IV Georgico, *Quod nec concubitu indulgent.* & , *Teque aſpectu ne ſubtrahe noſtro*, & aliis locis. Quod diligentiſſimus vir Joannes Pierius in ſuis Virgilianis caſtigationibus adnotat. Nam quod hunc locum ut Ciceronis citat, cum ſit ex epiſtola L. Planci, μνημονικὸν ἁμάρτημα· vel potius ſequitur nonnullorum morem, qui cunctas epiſtolas quæ his voluminibus continentur, quia non valde ſtylo inter ſe diverſæ ſunt, ut ſi Ciceronis eſſent, adducunt. Ne minimum probi & eruditi hominis erratum cum maxima ejuſdem laude conjungam: docetque ille Cæſarem tantum tam minutarum rerum auctorem in hujuſcemodi nominibus *i* litteram cenſuiſſe abjiciendam: *dominatuque* & *ornatu*, & reliqua hujuſmodi & ſcribendum & proferendum eſſe. *Victorius.* *Quibus ſubito impetu ac latrocinio parricidarum reſiſtat*, elegantiſſimè ac probiſſimè Palatinus ſextus, Hittorpianus, Stewechianus, ut ex Mediceo adnotat quoque P. Victorius. Propertius libro II. *Tantalea poterit tradere poma manu*: & plura apud Paſſeratium, Pierium, alioſque. ſic Virgilius *curru* pro *currui.* Vulgò, *impetui.* Gebhard.

72. *Expertum habemus.*] Pharſalico maxime prœlio, ut epiſt. 3. libro ſeptimo. & Tuſcul. 2. *Expertum habemus*, pro experti ſumus: ut epiſt. ad M. Brutum: *Clodii animum perſpectum habeo, cognitum, judicatum*, pro, perſpexi, cognovi, judicavi. *P. Manut.*

tum habemus. Ad hoc robur noſtrorum exercituum, ſive 73 Africanus [l] exercitus, qui eſt veteranus, ſive Cæſaris acceſſiſſet, æquo animo ſummam rempublicam in diſcrimen deduceremus. Aliquantò autem propiùs eſſe, quod ad Cæſarem attinet, videbamus. Nihil deſtiti eum litteris hortari: neque ille intermiſit affirmare, ſe ſine mora venire: cùm interim averſum illum ab hac cogitatione ad alia conſilia video ſe contuliſſe. Ego tamen ad eum Furnium noſtrum cum mandatis litteriſque miſi, ſi quid fortè proficere poſſet. Scis tu, mi Cicero, quod ad Cæſaris amorem attinet, ſocietatem mihi eſſe tecum: vel quòd in familiaritate Cæſaris, vivo illo, jam tueri eum & diligere fuit mihi neceſſe: vel quòd ipſe, quoad ego noſſe potui, moderatiſſimi atque humaniſſimi fuit ſenſus: vel quòd ex tam inſigni amicitia mea atque Cæſaris, hunc [m] filii loco, & illius, & veſtro judicio ſubſtitutum, 74 non proinde habere, turpe mihi videtur. Sed, quidquid tibi ſcribo, dolenter mehercule magis, quàm inimicè facio. Quòd vivit Antonius hodie, quòd Lepidus unà eſt, quòd exercitus habent non contemnendos, [n] quòd ſperant, quòd audent; 75 omne Cæſari acceptum referre [o] poſ-

l exerc. deeſt in MS.

P. CLIX.

m Getapium filii. MS.

n habent quod MSS.

73. *Africanus exercitus.*] Quem C. Cæſar, victo Scipione Pompeji ſocero, in Africa reliquerat, præpoſitis Q. Cornificio, ut ep. 14. & 26. libro duodecimo. præterea T. Sextio, D. Lælio, ut ait Dio lib. XLVIII. *P. Manut.*

74. *Non proinde habere.*] Sic rectè reſtituit Victorius, adſtipulantibus Pall. Vatic. Amſtelodam. vulgo *perinde.* ut & in ep. 31. hujus libri ex antiquis codd. quibus noſtri ſubſcribunt, emendatum eſt a Victorio, *quem tametſi nemo eſt, qui videre velit, tamen nequaquam proinde ac dignus eſt, oderunt homines.* vulgati *perinde*, ſed *proinde* ſæpe hoc ſenſu capitur, quod ignorarunt ſcioli. Cic. pro Milon. *Proinde quaſi Appius ille Cæcus viam munierit.* Inferius ep. 34. hujus libri: *Etſi omni tempore ſumma ſtudia officii mutuo inter nos certatim conſtiterunt, pro noſtra inter nos familiaritate, & proinde diligenter ab utroque conſervata ſunt.* hoc eſt, perinde diligenter. Terent. Heaut. I, I.

Proinde quaſi nemo ſiet
Ita tute attente illorum officia fungere.

Plaut. Amph. II, 2.

Eo fit, quia mihi
Plurimum credo, & ſcio iſta hac facta, proinde ut proloquor.

ſic frequenter Comici. *Grævius.*

75. *Omne Cæſari acceptum referre.*] Proprie *acceptum referre* eſt ſcribere in tabulis ſeu libro patrimonii vel redituum, a quo & que

[o] poſſunt. Neque ego ſuperiora repetam. Sed ex eo tempore, quo ipſe mihi profeſſus eſt ſe venire, ſi [p] venire voluiſſet, aut oppreſſum jam bellum eſſet, aut in adverſiſſimam illi Hiſpaniam cum detrimento eorum maximo [q] detruſum. Quæ mens eum, aut quorum conſilia à tanta gloria, ſibi verò etiam neceſſaria ac ſalutari, avocarit, & ad cogitationem conſulatus bimeſtris, ſummo cum [76] terrore hominum, & inſulſa cum efflagitatione tranſtulerit, exputare non poſſum. Multum in hac re mihi videntur neceſſarii ejus, & reipublicæ, & ipſius cauſa proficere poſſe: plurimum, ut puto, tu quoque: cujus ille tanta merita habet, quanta nemo, [r] præter me. numquam [s] enim obliviſcar, maxima ac plurima me tibi debere. De his rebus, [77] ut exigeret cum eo, Furnio mandavi. Quòd ſi, quantum debeo, habuero apud eum auctoritatem, plurimum ipſum juvero. Nos intereà [t] duriore conditione bellum ſuſtinemus, quòd neque expeditiſſimam dimicationem putamus; neque tamen refugiendo commiſſuri ſumus,

o poſſum *MS.*
p venire deeſt in *MSS.*
q extruſum *MSS.*
r poſt *MS.*
s veto *alii.*
t tutiori *MS.*

quo nomine quidquam pecuniæ acceperis; atque ei oppoſitum relatumque eſt *expenſum ferre*, de quo egimus ep. 20. lib. v. Diligentes enim patres familiarum in tabulis ſeu libris ſcribebant pecuniam acceptam & expenſam. Quum in libro pecunia accepta notabatur, id dicebatur *acceptum referre*. Cicero lib. I. in Verr. *Sexcenta millia accepta pupillo Malleolo retulit.* Phil. II. *Eo amplius H-S. CC. accepti hæreditatibus retuli.* Hinc & translatè dicitur pro aliquem in cauſſa eſſe dicere, ſive alicui cauſſam alicujus rei tribuere. Cato lib. xv. ep. 5. ad Cic. *Supplicationem decretam, ſi tu Diis immortalibus gratulari nos, quam tibi referre acceptum mavis, gaudeo.* J. F. Gronov. Adde Hadrian. Card. de Serm. Latino. pag. 14.

76. *Terrore.*] Petebat enim contra leges: quæ conſulatum mandari ante XLIII. ætatis annum vetabant. præterea, quid non timendum ab adoleſcente conſule, qui Cæſar vocaretur, & quem improbi multi, ad depravandum parati, ſequerentur? epiſt. 12. ad Att. lib. XIV. & epiſt. 12. ad eundem lib. XV. *P. Manut.*

77. *Ut exigeret cum eo.*] Fruſtra Lambinus *ut ageret cum eo.* Atqui hoc ipſum eſt *exigeret cum eo.* Senec. epiſt. 28. *Sic itaque me audi, tanquam mecum loquar; in ſecretum te meum admitto, & te adhibito mecum exigo.* Plin. lib. v. epiſt. 12. *Ex illis enim vel præcipue ſentio, quantopere me diligas, cum ſic exegeris mecum, ut ſolitus cum tuo filio.* lib. IX. ep. 28. *Sed confodias licet, dummodo jam nunc deſtines diem, quo & de illis & de his coram exigere poſſimus.* Liv. XXII. cap. 49. *Hæc exigentes prius turba fugientium civium, deinde hoſtes oppreſſere.* J. F. Gronov.

P. B.

ſumus, ut majus detrimentum reſpublica accipere poſſit. 78 Quòd ſi aut Cæſar ſe reſpexerit, aut Africanæ legiones celeriter venerint, ſecuros vos ab hac parte reddemus. Tu, ut inſtituiſti, me diligas rogo, v proprieque tuum eſſe, tibi perſuadeas. V kal. x Sext. ex caſtris.

v propriumque *MSS. Gul.*
x Sext. *deeſt in MSS.*

EPISTOLA XXV.

ARG. *Modeſte reprehendit in Furnio præproperam adipiſcendæ præturæ feſtinationem.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 34. hujus libri, ſequitur ep. 18. eodem hoc libro.

CICERO FURNIO S. D.

SI intereſt, id quod homines arbitrantur, reipublicæ te, ut inſtituiſti atque feciſti, navare operam, rebuſque maximis, quæ ad exſtinguendas reliquias belli pertinent, intereſſe, nihil videris y melius, neque laudabilius, neque honeſtius facere poſſe. Iſtamque operam tuam, z navitatem, animum in rempublicam celeritati præturæ anteponendam cenſeo. Nolo enim te ignorare, quantam laudem conſecutus ſis: mihi crede, proximam Planco, idque ipſius Planci teſtimonio, præterea fama a ſcientiaque omnium. Quamobrem ſi quid operis tibi etiam nunc reſtat, id b maximo opere cenſeo perſequendum. Quid enim honeſtius, aut quid honeſto anteponendum? Sin autem ſatisfactum c reipublicæ putas, celeriter ad comitia, d quum maturè futura ſunt, veniendum cenſeo: dummodò ne quid hæc ambitioſa feſtinatio e aliquid imminuat ejus gloriæ, quam conſecuti ſumus. Multi clariſſimi viri, cùm reipublicæ darent operam, 79 annum petitionis ſuæ non ob-

y neque melius *alii.*
z *alii* navatam.
a *alii* ſententia.
b *alii* maximopere.
c officio, reip. ſatisfactum. *MSS.*
d quando *Grav. e MSS.*
e *Manut. & alii delent* aliquid.

78. *Quod ſi aut Cæſar ſe reſpexerit.*] Si ſibi conſuluerit, ſuæque ſalutis rationem habuerit. Terent. Heaut. I, I.

——— *denique*
Nullum remittis tempus, neque te reſpicis. Græv.

79. *Annum petitionis ſuæ non obierunt.*] Id eſt non præſto fuerunt, nec candidatos ſe profeſſi ſunt eo ætatis anno, quo per leges magiſtratum petere licebat. Etenim lege annali P. Villii definita erat certa ætas iis, qui honores petere Romæ & magiſtratum gerere poſſent. Cic. pro Milone: *P. Clodius, cum videret ita tracta eſſe comitia anno ſuperiori, ut non multos menſes præturam gerere*

ibierunt. Quod eo facilius nobis eſt, quòd non eſt annus hic tibi deſtinatus: ut, ſi ædilis fuiſſes, poſt biennium tuus annus eſſet. Nunc nihil prætermittere videbere uſitati & quaſi legitimi temporis ad petendum. Video autem, Planco conſule, etſi etiam ſine eo rationes expeditas haberes: tamen ſplendidiorem petitionem [f] tuam, ſi modò iſta ex ſententia confecta eſſent. Omnino plura me ſcribere, cùm tuum tantum conſilium judiciumque ſit, arbitrabar non ita neceſſe: ſed tamen ſententiam meam tibi ignotam eſſe nolebam. Cujus eſt hæc ſumma, ut omnia te metiri dignitate malim, quàm ambitione: majoremque fructum ponere in perpetuitate laudis, quàm in celeritate præturæ. Hæc eadem locutus ſum domi meæ, adhibito Q. fratre meo, & Cæcina, & Calviſio, ſtudioſiſſimis tui, cùm Dardanus, libertus tuus, intereſſet, omnibus probari videbatur oratio mea. ſed tu optimè judicabis.

P. CLX.

f tuam fore *alii*.

EPISTOLA XXVI.

ARG. *Et de periculo vitato, quod ex Narbonenſi pugna impendere ſcripſerat Furnius, & de Planci Brutique concordia gratulatur. Diſſuadet, ne ad petendam præturam eat: comitia tamen, non tam ſuâ quam reipub. cauſſa, protrahi a ſe, quantum in ipſo ſit, in Januarium menſem, ſignificat.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 13. hujus libri, ſequitur ep. 14. lib. XI.

M. CICERO S. D. [g] C. FURNIO.

g C. *non eſt in MSS.*

LECTIS tuis litteris, quibus [h] declarabas, aut [i] omittendos Narbonenſes, aut cum periculo dimicandum, [80] illud magis timui: quod vitatum non moleſtè ferò. Quod de Planci & Bruti concordia ſcribis, in eo vel maximam ſpem pono victoriæ. De Gallorum ſtudio nos aliquando cognoſcemus, ut ſcribis, cujus id opera maximè excitatum ſit. Sed jam (mihi crede) cognovimus. Itaque jucundiſſimis tuis litteris ſtomachatus ſum in extremo. Scribis enim, ſi in Sextilem comitia, citò [k] te: ſin jam confecta, citiùs, ne diutius cum

h dictabas *MS.*

i dimitt. *MS.*

k te *deeſt in MS.*

vere poſſet, ſubito reliquit annum ſuum, ſeque in annum proximum tranſtulit. J. F. Gronov.

80. *Illud magis timui.*] Ut omitteretis Narbonenſes, quod non feciſſe vos lætor. *Idem.*

cum periculo fatuus ſis. [l] O mi Furni, [81] quàm tu cauſam tuam non noſti, qui alienas tam facilè diſcas! Tu nunc candidatum te putas, & id cogitas, ut aut ad comitia curras: aut, ſi jam confecta, [82] domi tuæ ſis, [m] ne cum maximo periculo, ut ſcribis, ſtultiſſimus ſis. Non arbitror te [n] ita ſentire. omnes enim tuos ad laudem impetus novi. Quòd ſi, ut ſcribis, ita ſentis, non magis te, quàm de te judicium reprehendo meum. Te adipiſcendi magiſtratus leviſſimi & divulgatiſſimi, ſi ita adipiſcare, ut plerique, præpropera feſtinatio abducet à tantis laudibus, quibus te omnes in cælum jure & verè ferunt? Scilicet id agitur, utrùm hac petitione, an proxima prætor fias, non ut ita de republica mereare, omni honore ut digniſſimus judicere? Utrùm neſcis, quàm altè aſcenderis? an pro nihilo id putas? Si neſcis, tibi ignoſco: nos in culpa ſumus. Sin intelligis: ulla tibi eſt prætura, vel [83] officio, quod pauci, vel gloria, quam omnes [o] ſequuntur, dulcior? Hac de re & ego, & Calviſius, homo magni judicii, tuique amantiſſimus, te accuſamus quotidie. Comitia tamen, [p] quum ex his pendes, quantum facere poſſumus, quod multis de cauſis reipublicæ arbitramur conducere, [84] in Januarium menſem protrudimus. Vince igitur & vale.

l O non eſt in MS.

m ſcilicet ne Grav. P. B.

n iſta MS.

o ſic Manut. alii aſſequuntur.

p quando MSS. & edd.

EPI-

81. *Quam tu cauſſam tuam non noſti, qui alienas tam facile diſcis.*] *Docere cauſſam* dicitur, qui pro ſe acturum patronum inſtruit, *diſcere*, qui defenſurus eſt. Cicer. II. de Orat. *Nihil eſt negotii hujuſmodi cauſſam cognoſcere. Recte igitur de cauſſa diſcenda nihil præcipitur.* Et rurſum, *Niſi forte exiſtimatis a Manio Curio cauſſam didiciſſe L. Craſſum.* Sic & *docere.* Auguſtinus VI de Civit. Dei, cap. 10. *Sunt qui ad vadimonia ſua deos advocent: ſunt qui libellos offerant, & illos cauſſam ſuam doceant.* Plin. lib. III. ep. 9. *Legatos interrogabam, docuiſſentne me aliquid, quod re probari poſſe confiderent.* J. F. Gronov.

82. *Domi tua ſis, ne cum maximo periculo.*] Ita hunc locum Victorius edidit, exturbato vocabulo *ſcilicet* quod poſt *ſis* & ante *ne* injectum hæſerat. At Stewech. & Palatinus primus τὸ *ſis* jugulant. Mihi, ut facit Palatinus ſextus, hæc verba omnia unco trahenda videntur: *ſcilicet ne cum maximo periculo, ut ſcribis, ſtultiſſimus ſis.* nam ex ſuperioribus ab aliquo ſciolo confecta, & hûc invecta ſunt. *Gebhard.*

83. *Officio, quod pauci ſequuntur.*] Honeſtati, quam in omnibus rebus, non niſi emendatiſſimi propoſitam habent. *J. F. Gronov.*

84. *In Januarium menſem protrudimus.*] Coactus ſum cedere majori conſenſui in hac lectione admittendâ, videlicet Palatino primo,

EPISTOLA XXVII.

R.G. *Lepidum quaſi molli brachio objurgat, quia, ſummis bo-* *ius a ſenatu ornatus, gratiarum agendarum officium neglexerat:* *de, pacem inter Antonium bonoſque cives conciliare cupientem* *utur, ne ſe interponat.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 6. is libri, ſequitur ep. 8. eodem hoc libro.

CICERO LEPIDO SAL.

UOD mihi, pro ſumma [q] erga te benivolentia, magnæ curæ eſt, ut quàm ampliſſima dignitate ſis, leſtè tuli, te ſenatui gratias non egiſſe, cùm eſſes eo ordine ornatus ſummis honoribus. Pacis inter [r] quotidie ...s conciliandæ te cupidum eſſe lætor. [s] eam ſi à ſer-...ite ſejungis, conſules & reipublicæ & dignitati tuæ. iſta pax perditum hominem in poſſeſſionem impo-...iſſimi dominatus [t] reſtitutura eſt, hoc animo ſcito ...nnes ſanos, ut mortem ſervituti anteponant. Itaque ...entiùs, meo quidem judicio, [x] facies, ſi te in ...n pacificationem non interpones, quæ neque ſe-...ui, neque populo, [y] nec cuiquam bono probatur. ... hæc audies ex aliis, aut certior fies litteris. Tu pro ... prudentia, quid optimum factu [z] ſit, videbis.

q mea erga *alii.*
r quotidie *MSS. Gul. & alii.*
s pacem eam *MSS. & edd.*
t reſtitura aut reſtituta *MSS.*
P. CLXI.
v eſſe omn. *alii.*
x faceres *MSS.*
y *alii* neque.
z ſit *deeſt in MS.*

EPISTOLA XXVIII.

R.G. *Dolet, ſe participem non fuiſſe conjurationis in Cæſarem,* *ſuperſtes Antonius exitium reip. moliatur; deinde ſuum libertatis* *...randæ ſtudium declarat.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ... lib. XII. ſequitur ep. 5. ejuſdem libri.

CICERO [85] TREBONIO SAL.

UAM vellem ad illas pulcherrimas epulas me idibus Martiis invitaſſes! reliquiarum nihil haberemus. At nunc

..., Stewechiano, Vaticani excerptis, editioni Victorianæ: & re-... aptius eſt quàm vulgatarum editionum *protendimus*, retinente ...en illud Palatino ſexto, & Hittorpiano profitente, *producimus*. ...ræcedente epiſtolâ Palatinus ſextus & Hittorpianus ita ſcribunt ...n locum: *ſin autem officio reip. ſatisfactum putas.* Gebhard. ...: *TREBONIO.*] Aſiam conſulari imperio obtinenti, qui ...lo poſt Smyrnæ a Dolabella eſt interfectus. Hujus epiſtola eſt 16.

nunc cum his tantum negotii eſt, ut veſtrum illud divinum in rempublicam beneficium nonnullam habeat querelam. Quòd verò à te, viro optimo, ſeductus [a] eſt, tuoque beneficio adhuc vivit hæc peſtis: [b] interdum, quod mihi vix fas eſt, tibi ſubiraſcor. Mihi enim negotii plus reliquiſti uni, quàm, præter me, omnibus. Ut enim primùm poſt Antonii fœdiſſimum diſceſſum ſenatus haberi liberè potuit, ad illum animum meum reverti priſtinum, quem tu cùm [c] civi acerrimo, patre tuo, in ore & amore ſemper habuiſti. Nam cùm ſenatum a. d. XIII kalendas Januarias tribuni plebis vocaviſſent, deque alia re referrent: totam rempublicam ſum complexus, egique acerrimè, ſenatumque jam languentem & defeſſum ad priſtinam virtutem conſuetudinemque revocavi, magis animi, quàm ingenii viribus. Hic dies, meaque contentio atque actio, [d] ſpem primùm populo Romano attulit libertatis recuperandæ. Nec verò ipſe poſteà tempus ullum intermiſi de republica non cogitandi ſolùm, ſed etiam agendi. Quòd niſi res urbanas, actaque omnia ad te perferri arbitrarer, ipſe perſcriberem: quamquam eram maximis occupationibus impeditus. Sed illa cognoſces ex aliis: à me pauca: & ea ſummatim. Habemus fortem ſenatum: conſulares partim timidos, partim malè ſentientes. Magnum damnum factum eſt in [e] Servio. L. Cæſar optimè ſentit: ſed, quòd avunculus eſt, non acerrimas dicit ſententias. Conſules egregii: præclarus D. Brutus: [86] puer egregius Cæſar, de quo ſpero equidem reliqua. Hoc

a eſt *deeſt in MS.*
b interdum *deeſt in eod. MS.*
c *alii* cive.
d ſpeciem *MS.*
P. B.
e ſervitio *MS.*

16. lib. XII. *Corradus.* *Trebonio.*] Viro conſulari, Aſiam regenti, poſt obitum Cæſaris. ep. 16. lib. XII. & Plutarchus in Bruto: unus fuit ex iis, qui de Cæſare necando conjuraverant. occidit eum poſtea Dolabella. ep. 12. lib. XII. Dio lib. XLVII. *P. Manut.*

86. *Puer Cæſar.*] Modo *adoleſcentem*, modo *puerum*, quo magis laudet, Cæſarem appellat. annum enim agebat XIX. ut Vellejus Tacituſque litteris mandarunt. ep. 7. lib. I. *Ne adoleſcentem vel puerum potius Cæſarem judices temere feciſſe.* Et ep. 25. lib. XII. *Puer egregius præſidium ſibi primum, & nobis, deinde ſumma reip. comparavit.* Et epiſt. ad M. Brutum: *Cæſaris pueri mirifica indoles virtutis.* Et Phil. III. *C. Cæſar, adoleſcens, pæne potius puer, incredibili ac divina quadam mente atque virtute.* Et Phil. IV. & alibi. *P. Manut.* *Puer egregius Cæſar.*] Indigniſſime tulit Octavius, ſe *puerum* appellari, & inter præcipuos prætextus bellorum civilium hic fuit, teſte Dione lib. XLVI. Hinc ſenatus decrevit, ne Octavius

Hoc verò certum habeto, niſi ille veteranos celeriter conſcripſiſſet, legioneſque duæ de exercitu Antonii ad ejus ſe auctoritatem contuliſſent, atque is oppoſitus eſſet terror Antonio; nihil Antonium ſceleris, nihil crudelitatis præteriturum fuiſſe. Hæc tibi, etſi audita eſſe arbitrabar, volui tamen notiora eſſe. Plura ſcribam, [f]ſi plus otii habuero.

f cum *alii.*

EPISTOLA XXIX.

ARG. *Scribit de ſuo ſtudio erga ſalutem Ampii exſulantis; bonamque ſpem habere illum jubet. Non conſtat de anno: ſed, cum ſit is ad quem lib.* VI. *ſcribitur epiſtola, qua incipit,* Gratulor, *eodem hoc anno, quo illa, videtur eſſe conſcripta, id eſt, Cæſare tertium & Lepido Coſſ. In MSS. hæc epiſtola Appio inſcribitur.* [A.V.C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 10. lib. XII. ſequitur epiſt. 24. hujus libri.

CICERO [g]APPIO.

g AMPIO BALBO *Manut. & alii.*

DE meo ſtudio erga ſalutem & incolumitatem tuam, credo te [h]cognoſſe ex litteris tuorum; quibus me cumulatiſſimè ſatisfeciſſe [i]certò ſcio: nec his concedo, quamquam ſunt ſingulari in te benivolentia, ut te ſalvum malint, quàm ego. Illi mihi neceſſe eſt concedant, ut tibi plus, quàm ipſi, hoc tempore prodeſſe poſſim: quod quidem nec deſtiti facere, nec deſiſtam: & jam in maxima re feci, & fundamenta jeci ſalutis tuæ. Tu fac bono animo magnoque ſis, meque tibi nulla re defuturum eſſe confidas. Pridie nonas Quinctiles.

h cognoſcere *alii.*
i certè *MS.*

EPISTOLA XXX.

ARG. *Galba prælium exponit ad Mutinam factum, victoriamque de Antonio relatam. Hirtio & Panſa Coſſ.* [A.V.C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 6. lib. XII. ſequitur ep. 9. hujus libri.

[k]GALBA CICERONI SAL.

k *ita MSS. ſine prænomine.*

87 XVII kalend. Maji, quo die 88 Panſa in caſtris [l]Hirtii erat futurus, cum quo ego eram (nam ei

P. CLXII.
l & Hirtius *MSS.*

vius vocaretur *puer*, ut notavit Servius ad Virgil. Eclog. I, v. 44. vid. Caſaub. ad Sueton. Auguſt. c. 12. & Cic. Philip. XIII. cap. II. Novendecim annorum erat Octavius cum hoc bellum ſuſciperet contra Antonium. *Grav.*

87. *De-*

ei obviàm proceſſeram millia [m] paſſ. centum, quo maturiùs veniret) Antonius legiones eduxit [89] duas, ſecundam & quintamtrigeſimam, & [90] cohortes prætorias duas, unam ſuam, alteram [n] Silani, evocatorum partem. Ita obviàm venit nobis, quòd nos [91] quatuor legiones tironum habere ſolùm arbitrabatur. Sed noctu, quo tutiùs venire in caſtra poſſemus, legionem Martiam, cui ego præeſſe ſolebam, & duas cohortes prætorias miſerat Hirtius nobis. Cùm equites Antonii apparuiſſent, contineri neque legio Martia, neque cohortes prætoriæ potuerunt: quas ſequi cœpimus coacti, [o] quum eas retinere non poteramus. Antonius [92] ad Forum Gallorum ſuas copias continebat: neque ſciri volebat, ſe legiones habere: tantùm [p] equitatum & levem armaturam oſtendebat. Poſteaquàm vidit ſe invito legionem ire Panſa, ſequi ſe duas legiones juſſit tironum. poſteà quàm anguſtias paludis & ſilvarum tranſivimus, acies eſt inſtructa à nobis duodecim cohor-

m paſſus *MSS.* paſſuum *edd. quaed.*

n *ita MSS.* Sillani *alii.*

o quando *aut* quoniam *alii.*

p equit. & *deeſt in MSS.*

87. *Decimo ſeptimo Kal. Maji.*] Mediceus codex in hoc loco, *Galba Ciceroni Sal. ad* XVII. K. Maji. in indice, *Galba Ciceroni Sal. ad* XVII. K. *Maji.* parvo omnino diſcrimine, ſed quod adnotari debuit. *Victor.* Sane Galbam, ſi non uſus eſt notis, ſcripſiſſe *ſeptimo decimo*, non *decimo ſeptimo*, nemo Latinæ linguæ mediocriter peritus poteſt ignorare. *Grav.*

88. *Panſa in caſtris & Hirtius.*] Veneti *in caſtris Hirtii.* Et mox *trigeſimam quintam*, Veneti *quintam trigeſimam.* Sed noſtra lectio uſitatior eſt. *Camerar.*

89. *Duas.*] Tres legiones habuit Antonius, Secundam, Quinctam, Trigeſimam quinctam: quarum Quinctam in caſtris reliquit. De duabus hic, & in Philip. V. de Quincta epiſt. 33. & Philip. XIV. tres nominantur: *Viginti cohortibus Hirtius, nullo equitatu, cum tribus Antonii legionibus, equitatuque conflixit.* P. Manut.

90. *Cohort. prætorias.*] Erant grandes & edecumatæ, quæ circa Imperatorem erant, inſtitutæ primo a P. Scipione. vide Feſtum *Prætoria cohors.* Olim autem tantum unam habebat Imperator, ſed per Bella civilia auctæ ſunt hæ cohortes, & unus plures habebat. vide J. Lipſ. lib. II. de Milit. Rom. Dialog. 4. *Grav.*

91. *Quatuor legiones.*] Pro *quatuor* Ant. Auguſtinus putat legendum *duas. legionum* autem Antonii, quæ in hac & ſequentibus epiſtolis nominantur. mentio eſt in antiquis ejus denariis a prima uſque XXXIV. *Cohortium* item *Prætoriarum*, & *Speculatorum.* Urſin.

92. *Ad forum Gallorum.*] Videtur intelligere forum Lepidi, quod & *Regium Lepidum*, & *Regium Lepidi* appellabant. Vide Cluver. Ital. Antiq. *J. F. Gronov.*

93. *Vi*

hortium. Nondum venerant legiones duæ; q repentè Antonius in aciem ſuas copias de vico produxit: & ſine mora r concurrit. Primò s ita pugnatum eſt, ut acriùs non poſſet ex utraque parte pugnari: t etſi dexterius cornu, in quo eram cum Martiæ legionis cohortibus octo, impetu primo fugaverat legionem XXXV Antonii, 93 ut amplius v paſſus * ultra aciem, quo loco ſteterat, proceſſerit. Itaque cùm equites noſtrum cornu x circuire vellent, recipere me cœpi, & levem armaturam opponere Maurorum equitibus, ne averſos noſtros aggrederentur. Interim video me eſſe inter Antonianos, Antoniumque poſt me eſſe aliquantò. repente equum immiſi ad eam legionem tironum, quæ veniebat ex caſtris, 94 ſcuto rejecto. Antoniani me inſequi: noſtri pila conjicere velle. Ita neſcio quo fato ſum ſervatus; quòd ſum citò à noſtris cognitus. In ipſa Æmilia, ubi cohors Cæſaris prætoria erat, diu pugnatum eſt. Cornu ſiniſterius, quod erat infirmius, ubi Martiæ legionis duæ

q *ita MSS.* *alii* cum rep.
r *alii* oc-currit.
s itaque *MSS.*
t *alii* ſed. *alii* & ſic.
v *alii* paſſus quingentos *aut* ducentos *aut* centum. P. B.
x circumire *MSS.*

93. *Ut amplius paſſus centum ultrà aciem, &c.*] Nos paſſuum numerum in nullis manuſcriptis invenimus: notam igitur mendi appoſuimus, quæ ſignificet numerum deſiderari. *Victorius.* In Mediceo, & in aliis vetuſtis libris numerus defecit: alii repoſuerunt *quingentos*, qui nullum locum laterum videri volunt: nobis diverſum ſtudium atque illis eſſe, jam omnibus manifeſtum eſſe potuit: magnopere nos laboramus, nequid commentitium ac novum in his epiſtolis legatur: illi non ſine cauſſa omnia integra videri volunt, quaſi non multis in locis & apud Græcos, & apud Latinos auctores, & numeri & notæ ponderum defecerint: melius autem nobiſcum ageretur, ſi ut ſunt manci illi & laceri, a typographis traderentur. In apophthegmatibus Plutarchi, quis non videt, qui ſubtiliter illum locum animadvertit, notas defeciſſe, quæ pondus ſignificarent? verba ſunt ex epiſtola Alexandri Magni ad Leonidam pædagogum, *ἀπέςαλκά σοι τάλαντα λιβανωτῦ καὶ κασίας.* hic enim prorſus pondus eſſe debebat, in ipſius vita idem auctor, cum pondus ponere nollet, aliter locutus eſt; *ἀπέςαλκα μέν σοι λιβανωτὸν ἄφθονον καὶ σμύρναν· miſimus*; inquit, *tibi magnam vim & uberem copiam thuris & myrrhæ.* Sexcenta alia exempla hujus erroris afferre poſſemus. *Idem in poſter.* Corradus etiam teſtatur ſe in manuſcriptis libris numerum paſſuum non inveniſſe. nec extat in Pall. nec in Amſtelod. nec Græv. ſecundo. Mentelianus tamen codex ſubſcribit duobus, quos Manutius evolvit. In eo enim legitur *paſſus quingentos.* Græv.

94. *Scuto rejecto.*] In humerum, ut ita pectore non munito intelligerent tirones me amicum & ſuarum partium eſſe; & ab illis nihil mali metuere. *J. F. Gronov.*

duæ cohortes erant, & cohors prætoria, pedem referre cœperunt, quòd ab equitatu circuibantur, quo [y] vel plurimùm valet Antonius. Cùm omnes ſe recepiſſent noſtri ordines, recipere me noviſſimus cœpi ad caſtra. Antonius, tamquam victor, caſtra putavit ſe poſſe capere. Quò cùm venit, complures ibi amiſit, nec egit quidquam. Audita re, Hirtius cum cohortibus viginti veteranis redeunti Antonio in ſua caſtra occurrit, copiaſque ejus omnes delevit, fugavit, [z] eodemque loco ubi erat pugnatum ad Forum Gallorum. Antonius cum equitibus hora noctis quarta, ſe in caſtra ſua ad Mutinam recepit. Hirtius in ea caſtra rediit, unde Panſa exierat, ubi duas legiones reliquerat, quæ ab Antonio erant oppugnatæ. Sic partem majorem ſuarum copiarum Antonius amiſit veteranarum. Nec id tamen ſine aliqua jactura cohortium [a] prætorianarum noſtrarum, & legionis Martiæ fieri potuit. 95 Aquilæ duæ, ſigna [b] ſexaginta ſunt relata Antonii. Res bene geſta eſt. A. d. XII. kalendas Maji, ex caſtris.

y vel *duſt* *in MS.*

z eo denique *MS.*

a prætorianarum *MSS.* *& quad. edd.*

b XL. *MS.*

EPISTOLA XXXI.

ARG. *Excuſationem affert præteriti temporis, quod ſtudium erga remp. ſuum litteris nondum declaraverit; ſeque libertatis cupidum oſtendit.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. II. lib. XII. ſequitur ep. 5. hujus libri.

C. ASINIUS POLLIO CICERONI S. D.

P. CLXIII. MINIME mirum tibi debet videri, nihil me ſcripſiſſe de republica, poſteà quam itum eſt ad arma. Nam 96 ſal-

95. *Aquilæ duæ, ſigna ſexaginta ſunt relata Antonii.*] In Catilinam orat. 2. *Cum tubas, cum ſigna militaria, cum aquilam illam argenteam ſcirem eſſe præmiſſam.* & Hirtius de bello Hiſpanienſi: *Adverſariorum aquilæ ſunt ablatæ tredecim, & ſigna, & faſces.* Quis enim ignorat, aquilam quoque ipſam ſignum fuiſſe, licet ſignum non appelletur? cum dixerit Ovidius lib. v. Faſt.

Romanaque aquilæ ſignifer hoſtis erat.

Ut alia omittantur exempla. Aquilas tamen a ſignis diſtinguit Plinius lib. III. cap. 3. *Aquilæ, ac ſigna pulverulenta illa, & cuſtodiis horrida inunguntur feſtis diebus:* & Lucanus lib. I.

——— *Infeſtiſque obvia ſignis*
Signa, pares aquilæ. ———

Et eodem libro:

Ut notæ fulſere aquilæ, Romanaque ſigna. P. MANUT.

96. *Sal-*

96 ſaltus Caſtulonenſis, qui ſemper tenuit noſtros tabel-
larios, etſi nunc frequentioribus latrociniis infeſtior
factus eſt: tamen nequaquam tanta in mora eſt, quan-
ta, qui locis omnibus diſpoſiti ab utraque parte ſcru-
tantur tabellarios, & retinent. Itaque niſi nave perlatæ
litteræ eſſent, omnino neſcirem, quid iſtic fieret. Nunc
verò nactus occaſionem, poſteaquàm navigari cœptum
eſt, cupidiſſimè, & quàm creberrimè potero, ſcribam
ad te. Ne [c] moveare ejus ſermonibus; quem tametſi [c] moveat
nemo eſt, qui videre velit, tamen nequaquam [d] proin- alii.
de, ac dignus eſt, oderunt homines, periculum non [d] perinde
eſt. Adeò eſt enim inviſus mihi, ut nihil non acer- alii.
bum putem, quod commune cum illo ſit. Natura au-
tem mea & ſtudia trahunt me ad pacis & libertatis
cupiditatem. Itaque illud initium civilis belli ſæpe de-
flevi. Cùm verò non liceret mihi nullius partis eſſe;
97 quia utrobique magnos inimicos habebam; ea caſtra
fugi, in quibus [e] planè tutum me ab inſidiis inimici [e] planè
ſciebam non futurum. compulſus eò, quò minimè vo- deeſt in MSS.
lebam; ne in extremis eſſem, planè pericula non dubi-
tanter adii. Cæſarem verò, quòd me in tanta fortuna,
modò cognitum, vetuſtiſſimorum familiarium loco ha-
buit, dilexi ſumma cum pietate & fide. Quæ mea
ſententia gerere mihi licuit, ita [f] feci, ut optimus quiſ- [f] geſſi alii.
que maximè probarit. Quod juſſus ſum, eo tempore,
atque ita feci; ut appareret invito imperatum eſſe.
Cujus facti injuſtiſſima invidia erudire me potuit, quàm
jucunda libertas, & quàm miſera ſub dominatione vita
eſſet.

96. *Saltus Caſtulonenſis.*] Plin. lib. III. cap. III. & Cæſar lib. I. de Bello Civili. *Corrad.* *Caſtulo* fuit Oretanorum urbs maxima; Bæticæ finis verſus Orientem, ſita ad Bætis ripas, hodie *Caſlona*; de qua vide Ludovici Nonii Hiſpan. Antiq. cap. 64. & Sam. Bochardi, Geograph. ſacræ partem ſecund. lib. I. cap. 34. Hæc urbs *Saltui Caſtulonenſi* nomen dedit. Cæſar I. de Bell. Civ. ſcribit. M. Terentium Varronem, Pompeji legatum, Hiſpaniæ Bæticæ regiones tenuiſſe à Saltu Caſtulonenſi ad Anam. hodie vocatur *Portus S. Stephani* ut docet Hieron. Surita ad Itinerar. Auguſt. p. 552. quem vide. *Grav.*

97. *Quia utrobique.*] Non videtur hæc ratio eſſe commoda, ſed potius contrarium ſuadere, ſive præcedentia, ſive ſubſequentia rejicias. Nam ſi utrobique erant inimici, conſultius utrimque abeſſe. Lego, *qui.* ut tantummodo exponat æſtum, in quo fuerit. *J. F. Gronov.*

eſſet. Ita, ſi id agitur, ut rurſus in poteſtate omnia unius ſint: quicumque is eſt, ei me profiteor inimicum. Nec periculum eſt ullum, quod pro libertate aut [g] refugiam aut deprecer. Sed conſules neque ſenatus conſulto, neque litteris [h] præceperant mihi, quid facerem. Unas enim poſt idus Martias demum à Panſa litteras accepi, in quibus hortatur me, ut ſenatui ſcribam, me, & exercitum [98] in poteſtate ejus futurum. Quod, cùm Lepidus concionaretur, atque omnibus ſcriberet, ſe conſentire cum Antonio, maximè contrarium fuit. Nam quibus commeatibus, invito illo, per illius provinciam legiones ducerem? aut, ſi cetera [i] tranſiſſem, num etiam Alpes poteram transvolare, quæ præſidio illius [k] tenentur? Adde huc, quòd perferri litteræ nulla conditione potuerunt. Sexcentis enim locis excutiuntur: deinde etiam retinentur à Lepido tabellarii. Illud me Cordubæ pro concione dixiſſe, nemo vocabit in dubium, provinciam me nulli, niſi qui ab ſenatu miſſus veniſſet, traditurum. Nam de legione [l] trigeſima tradenda [99] quantas habuerim [m] conciones, quid ego ſcribam? Qua tradita, quanto pro republica infirmior futurus fuerim, quis ignorat? Hac enim legione, noli acrius aut pugnacius quidquam putare [n] eſſe. Quare eum me exiſtima eſſe, qui primùm pacis cupidiſſimus ſim: (omnes enim cives planè ſtudeo eſſe ſalvos) deinde, qui & me, & rempublicam vindicare in [o] libertate paratus ſim. Quòd familiarem meum [p] in tuorum numero

P. B. g fugiam *MS.*
h ſuis præc. *MS.*
i tranſirem *MS.*
k tenerentur *alii.*
l *alii* tricesima.
m contentiones *alii.*
n eſſe *non habet Græv.*
o libertatem *Græv.*
p in *deeſt in MS.*

98. *In poteſtate futurum.*] Facturum quæcunque mihi imperarent, quæcunque vellent. Cic. 1. ad Att. ep. 11. *Ac ne illud mirere, cum ego antea ſignificarem tibi per litteras, me ſperare, illum in noſtra poteſtate fore.* hoc eſt, illum facturum quæ vellemus. ep. 1. lib. XI. *Cum ipſi in tua poteſtate fuerimus.* Græv.

99. *Quantas contentiones habuerim.*] Lector intelligens dijudicet, utrum, *Conciones*, ut eſt in omnibus meis antiquis libris, an, *Contentiones*, ut olim ſcriptum vidi in Pauli Boti Regienſis libro, legi oporteat. Si *Contentiones* retinemus, hic erit ſenſus: quam vehementer Lepidus & Antonius literis a me contenderint. quod ſequentis epiſtolæ teſtimonio comprobatur, in qua eſt: *Lepidus urſit me & ſuis, & Antonii litteris, ut legionem trigeſimam mitterem ſibi.* Sin autem, *Conciones*, placet: vehementes litteras, quales conciones ad populum, vel ad milites ſunt, interpretemur: quod tamen paullo durius videtur: niſi ſi ferendum in Aſinio: cujus orationem duram fuiſſe Tacitus auctor eſt. *P. Manut.*

1. Qua

mero habes, opinione tua mihi gratius eſt. Invideo illi tamen, quòd ambulat & jocatur tecum. [1] q Quæres, quanti æſtimem; ſi umquam licuerit vivere in otio, experieris. Nullum enim veſtigium abs te r receſſurus ſum. Illud vehementer s admiror, non ſcripſiſſe te mihi, t manendo in provincia, an ducendo exercitum in Italiam, reipublicæ magis ſatisfacere poſſim. Ego quidem, etſi mihi tutius ac minus laborioſum eſt, manere; tamen quia video tali tempore multò magis legionibus opus eſſe, quàm provinciis, quæ præſertim recuperari nullo negotio poſſunt, conſtitui, ut nunc eſt, cum exercitu proficiſci. Deinde ex litteris, quas v Panſæ miſi, cognoſces omnia. nam tibi earum exemplar miſi. x XVII kal. April. y Corduba. Vale.

q *ita Lamb.* quaeres *MSS.* r diſceſſurus *alii.* s miror *alii.* P. CLXIV. t manendone *Lamb.* v Panſa mihi miſit *alii.* x XV. *MS.* y *alii* Cordubæ.

EPISTOLA XXXII.

ARG. *Exponit primum Balbi, quæſtoris ſui, flagitia: deinde ſubjungit de ſuo in remp. ſtudio.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 23. hujus libri, ſequitur ep. 8. lib. XII.

C. ASINIUS POLLIO CICERONI.

BALBUS quæſtor, magna numerata pecunia, magno pondere auri, majore argenti coacto de publicis exactionibus, ne ſtipendio quidem militibus reddito, duxit ſe à Gadibus, & triduum tempeſtate retentus [2] ad Calpen, kal. Juniis trajecit ſeſe in regnum z [3] Bogudis, planè

z Bogutis *MS.*

1. *Quæ res quanti æſtimem.*] Culpa librariorum primæ voces disjunctæ in noſtris ſunt, quod niſi *quæres* legi debere vidiſſem, nunquam receptam lectionem, quæ commodum habet ſenſum, rejeciſſem, ut hanc non bene ſibi hærentem reponerem. Eadem locutio eſt in epiſt. ad Catonem: *Quæres fortaſſe quid ſit quod ego hoc, neſcio quid gratulationis & honoris, a Senatu, tanti æſtimem.* Victor. *Quæres, quanti æſtimem?*] Ita diſtinguendum. Mirabere forſan & rogabis: quanti æſtimem illud ambulare & jocari cum Cicerone? *J. F. Gronov.*

2. *Ad Calpen.*] Eſt mons præaltus Hiſpano littori freti Gaditani adjacens, cui opponitur in Africa *Abyla*, qui crediti ſunt eſſe Herculis Columnæ. vid. Pomp. Mel. II, 6. & Bochardi Geograph. ſacræ Tom. II. lib. I. cap. 34. *Gravius.*

3. *Bogudis.*] Regis Mauritaniæ Tingitanæ, quæ *Bogudiana* olim eſt dicta, quamdiu in ea rerum potiebatur Bogud. Illo autem pulſo a Boccho, Tingitanæ Provinciæ nomen accepit. Extenditur a fluvio Mulucha, qui perperam Chylemath dicitur, uſque ad Oceanum. vid. Iſaac. Voſſ. ad Pomp. Mel. I, 5. *Idem.*

planè bene peculiatus. His rumoribus utrùm Gades refeſeratur, an Romam, (ad ſingulos enim nuntios turpiſſimè conſilia mutat) nondum ſcio. ſed præter furta & rapinas, & virgis cæſos ſocios, hæc quoque fecit, ut ipſe gloriari ſolet, [4] eadem, quæ C. Cæſar. Ludis, quos Gadibus fecit, Herennium Gallum, hiſtrionem, ſummo ludorum die [a] anulo aureo donatum, in XIIII ſeſſum deduxit. [5] tot enim fecerat ordines equeſtris loci. [6] Quatuorviratum ſibi prorogavit: comitia biennii biduo habuit, hoc eſt, renuntiavit, quos ei viſum eſt: exſules reduxit, non horum temporum, ſed illorum, quibus à ſeditioſis ſenatus trucidatus, aut expulſus eſt, Sex. [7] Varo proconſule. Illa verò jam ne Cæſaris quidem exemplo: quòd ludis prætextam de ſuo itinere ad L. Lentulum proconſulem ſollicitandum poſuit. Et quidem cùm ageretur, flevit, memoria rerum geſtarum commotus. [b] [8] Gladiatoribus autem [c] Fadium quendam, mi-

a annulo *alii*.
R. B.
b gladiatoriis *alii*.
c Fabium *MS*.

4. *Eadem, quæ C. Cæſar. Ludis Herennium hiſtrionem &c.*] Cæſar Laberium, cum mimum ſuum egiſſet, annulo aureo donavit & quingentis ſeſtertiis. vid. Sueton. Jul. cap. 39. *Græv.*

5. *Tot enim fecerat ordines equeſtris loci.*] Theatri Romani conſuetudinem imitatus. nam in quatuordecim proximis gradibus lege Roſcia equeſtris ordo ſeparatim conſidebat. Aſconius: *L. Roſcius Otho legem tulit, ut in theatro equitibus Romanis quatuordecim ordines ſpectandi gratia darentur.* idem epitome Liviana, idem alii. quod ignoraſſe Macrobius videtur, cum, Laberii dictum in Ciceronem referens, in quatuordecim & ſenatores conſediſſe, lib. VII. ſignificat. ſedebant enim in orcheſtra, non in quatuordecim gradibus; ut e Cicerone, Suetonio, Juvenale colligitur. *P. Manut.*

6. *Quatuorviratum.*] In multis municipiis quatuorviri ſummum gerebant magiſtratum, ut Romæ Conſules, alii vero dicebantur *decuriones*, qui Romæ *Senatores*. Interdum tamen erant *duumviri*, interdum *ſeviri*. vid. Thom. Reineſ. ep. XXXI. ad Rupert. *Græv.*

7. *Varo Procons.*] In Mediceo ſunt hæc verba, & in cunctis quos vidi manuſcriptis: hoc autem adnotavi, quia nonnulli tradunt ſe vetuſtiſſimum codicem habere, in quo non legantur. *Victor.* *Sex. Varo Procos.*] An is *Accius Varus* ſit, qui, quo tempore Pompeji filii bellum inſtaurabant, circum caſtella, ut ſcripſit Oppius, in Hiſpania præfuit: vel *Sext. Quintilius Varus*, qui contra Curionem in Africa pugnaverat, videant doctiores. *Corradus.*

8. *Gladiatoribus autem Fadium quendam militem Pompejanum, quia cum depreſſus ..... autore ſeſe, &c.*] Sic omnes vulgati *gladiatorib. autem*, uno excepto, qui nuper Venetiis impreſſus eſt, *gladiatoriis* enim habet, procul dubio male. Nec enim (ut puto) invenies

militem Pompejanum, quia, cùm [9] depreſſus in ludum bis gratis depugnaſſet, [d] [10] auctore ſeſe nolebat, & ad populum confugerat: primùm Gallos equites immiſit in populum: ([e] [11] collecti enim lapides ſunt in eum, cùm [f] abriperetur Fadius) deinde abſtractum [12] defodit in ludo, & vivum combuſſit: cùm quidem [13] pranſus, [14] nudis pedibus, tunica ſoluta, manibus ad tergum rejectis,

[d] *auctorari alii.*
[e] *alii conjecti.*
[f] *arriperetur MSS.*

venies dici *ludis gladiatoriis. gladiatoribus* autem in uſu erat, id eſt, die illo, quo munera gladiatorum dabantur: ut *ludis* etiam dicebatur, quo die ludi committebantur. Cicero ad Atticum multis locis hoc oſtendit, maxime lib. II. de Clodio loquens: *Quinetiam cum candidatum deducerem, is quærit ex me, num conſueſſem Siculis locum gladiatoribus dare.* Id eſt, eo die quo pugnarent gladiatores. In IX. etiam Philippica circa finem: *Circumque eam ſtatuam locum gladiatoribus, ludiſque liberos, poſteroſque ejus, quaque verſus pedes V habere.* Item pro P. Seſtio: *Etenim tribus locis ſignificari maxime populi Rom. judicium ac voluntas poteſt: concione, comitiis, ludorum, gladiatorumque conſeſſu.* Quod autem paullo poſt *auctorari ſeſe nolebat* legunt iidem, repudiantes receptam & eandem veterem lectionem, quæ eſt *auctore ſeſe nolebat*, in hoc quoque judicium eorum non probo. ægre enim tulit Balbus, quod cum ante bis ille gratis pugnaſſet, poſtea auctore ſeſe noluit, ideoque eum multis modis excruciatum necavit. Quod ſi dictio illa *depreſſus* mutanda ſit, *deprehenſus* malim quam aliter: vetuſti tamen codices vulgatam lectionem retinent. *Victor.*

9. *Depreſſus in ludum.*] Per vim & fraudem arenæ addictus, gladiator fieri coactus. Vide notas meas ad Sen. III. de Ira 8. *J. F. Gronov.*

10. *Auctore ſeſe.*] Id eſt, auctorante ſeſe (& forte ita ſcripſerat Aſinius) vel auctoramentum promittente. *Idem.*

11. *Conjecti enim lapides ſunt in eum.*] Antiquiores nonnulli *collecti.* Quod tamen erratum puto librarii, communemque lectionem *conjecti* potiorem eſſe judico: nam & ad Atticum, lib. IV. *Q. Fratris domus primo fracta conjectu lapidum ex area mea.* Niſi aliquis intelligere velit multitudinem lapides collegiſſe, ut in illum conjiceret, non tamen conjeciſſe. *Victorius.*

12. *Defodit.*] Parte corporis in terram fixa, ut commovere ſe miſer non poſſet. Vide me ad Sen. de Ira III, 3. *J. F. Gronov.*

13. *Pranſus nudis pedibus, &c.*] Signa in tanto facinore ſummæ inſolentiæ & ſecuritatis. *Pranſus*, ut de Nerone dicitur, dum inſpiceret corpus matris ſuo juſſu occiſæ, ſiti interim oborta bibiſſe, Suet. 34. *Nudis pedibus*, id eſt, ſine calceis, vel in ſolea, ut in convivio eſſe ſolebant. *Tunica ſoluta*, diſcinctus, quod parum virile. Sen. ep. 92. de Mecænate: *Altecinctum putes dixiſſe. habuit enim ingenium & grande virile, niſi illud ſecum diſcinxiſſet.* Et 114. *Non oratio ejus æque ſoluta eſt, quam ipſe diſcinctus. Manibus rejectis ad tergum*, converſis retro & complicatis circa ſummos lumbos, ut nunc quoque ſolemus. *Idem.*

14. *Nudis pedibus.*] Contra morem Romanum. calceis enim in pu-

g ambularet *MS.* jectis, g inambularet, & illi miſero 15 quiritanti, 16 C. R. natus ſum: reſponderet, Abi nunc, populi fidem implora. Beſtiis verò cives Romanos, etiam in his

h actionum *Victor.* 17 circulatorem quendam h auctionum, notiſſimum homi-

publico, domi ſoleis utebantur. Fecit igitur Balbus indecore, cum in publico, in magna populi multitudine, quæ ad gladiatorium ſpectaculum convenerat, nudis pedibus, præſertim qui eſſet quæſtor, inambularet. *P. Manut.*

15. *Quiritanti.*] Invocanti fidem & auxilium civium R. quod ſolebant facere, qui vim paterentur, Non. Marc. *Quiritare eſt clamare, tractum ab iis, qui Quirites invocant. Lucil. Sat. Lib.* VI.

Hic, inquam, rudet e roſtris, atque ejulitabit,
Concurſans veluti Ancharius, clareque Quiritans.

Varro lib. v. de L. L. *Quiritate dicitur is, qui Quiritium fidem clamans implorat.* Vox autem ipſa, qua utebantur Quiritantes, erat *porro Quirites*, quam expreſſit Laberius in *Porro Quirites libertatem perdimus.* Item auctor vetus in Priapejis: *Porro (nam quis erit modus) Quirites.* Ubi videndus Scioppius. *J. F. Gronov.*

16. *C. R. natus ſum.*] Ita in Mediceo hic locus ſcriptus eſt. Ingenioſus & eruditus juvenis Hieronymus Corrigienſis ſuſpectum hunc locum, ut audio, habet, neque, ut ego arbitror, ſine cauſſa: cum aliis in locis, in quibus Cicero induxit aliquos quiritantes, & hanc vocem edentes *natus* non ediderit. cum tamen in noſtris, ut omnes videre jam poſſunt, non contemnendis, ut in impreſſis legatur, videndum eſt an ideo ſe *natum* Fadius *civem Roman.* diceret, ut magis Galbam absterreret: quod majore ſcelere, ei qui civis Ro. natus eſſet, manus afferretur, quam illi qui factus: nam plurimis variiſque de cauſſis cives Ro. fiebant, ut omnibus planum eſt: & in oratione pro L. Balbo diligentius de hac re diſputatur. Domitius etiam Cos. Novocomenſem pulſavit, beneficio C. Cæſaris civem Roma. factum, ut oſtenderet, quod a malo auctore factus eſſet, illum civem Ro. non eſſe, & in beneficiis Cæſaris nullam vim eſſe. *Victor. Civis Romanus ſum.*] Uſitata vox opem implorantium civium Romanorum, quibus, in externis præſertim locis, injuria fieret. In Verrem: *Cervices in carcere frangebantur indigniſſime civium Romanorum: ut etiam illa vox, & illa imploratio, Civis Romanus ſum, quæ ſæpe multis in ultimis terris opem inter barbaros & ſalutem tulit, ea mortem illis acerbiorem & ſupplicium maturius ferret.* Et alio loco in eundem: *Nulla vox audiebatur, niſi hæc, Civis Romanus ſum.* In pleriſque & recentioribus, & antiquis libris legitur, *Civis Romanus natus ſum.* verbum tamen *natus*, induxi olim, auctore Hieronymo Ferrario, comprobante præſertim ejus conjecturam vetere libro, quo nunc etiam utor. *P. Manut.*

17. *Circulatorem quendam auctionum.*] Pro *auctionum* alii *Anthionum*, ut ſit viri nomen. *Corradus.* *Aventronum* eſt in manuſcripto, pro *auctionum*; ut ſit proprium nomen, quo appellaretur cir-

nem Hiſpali, quia deformis erat, objecit. Cum [i] hu-
ſcemodi portento res mihi fuit. Sed de illo plura co-
n. Nunc, quod [k] præſtat, quid me velitis facere,
nſtituite. Tres legiones firmas habeo: quarum unam
VIII cùm ad ſe initio belli arceſſiſſet Antonius hac pol-
itatione, quo die in caſtra veniſſet, [18] denarios
uingenos ſingulis militibus daturum; in victoria verò [l]
dem præmia, quæ ſuis legionibus (quorum quis
[19] ullam finem, aut modum futurum [n] putavit?) inci-
iſſimam retinui, ægrè mehercules: nec retinuiſſem,
uno loco habuiſſem, [o] utpote cùm ſingulæ [p] quædam
hortes ſeditionem fecerint. Reliquas quoque legiones
n deſtitit litteris atque infinitis pollicitationibus inci-
e. Nec verò minùs Lepidus urſit me & ſuis & An-
ii litteris, ut legionem [q] trigeſimam mitterem ſibi.
que quem exercitum neque vendere ullis præmiis
lui, nec eorum periculorum metu, quæ victoribus
s portendebantur, diminuere, debetis exiſtimare
entum & conſervatum reipublicæ eſſe: atque ita
dere, quodcumque imperaſſetis, facturum fuiſſe, [20] ſi,
quod

i hujuſmodi *alii*.
k *alii* reſtat.
l quinquagenos *MS*.
m ullum finem *alii*.
n putaret *alii*.
o ut puta *MS*.
p quæd. *alii non habent*.
q *alii* triceſimam.
P. CLXV.

ulator, de quo ſcribit. *Vrſin.* *Circulatorem quendam auctionum.*]
itum circumeundo & ab una ad aliam ſe convertendo, neſcio
am operam auctionibus dare. *J. F. Gronov.*

18. *Denarios quingenos.*] Codex vetuſtus qui *quingentos* habet,
ndoſus eſt, & conjectura, quam nonnulli ſequuntur, inanis:
amvis enim grandis illa pecunia ſit, tamen non ſine magna
rcede legiones a Senatu defeciſſent, & imperatorem ſuum
didiſſent. Quam aperte autem decepti ſint, hic locus e libro
I. ad Att. oſtendit, de Octaviano puero ſermo eſt, *Veteranos
qui Caſilini, & Calatiæ, perduxit ad ſuam ſententiam, nec mi-
s, quingenos denarios dat.* Victorius.

19. *Vllum finem .... putavit.*] *Vllam* veteres codices: eſt enim
poëtis, & iis qui proſa oratione ſcripſerunt, incerti generis
c vox. Lucretius lib. II.

Et latere ex utroque ſuperque, infraque per omne
Nulla eſt finis.

ero in principio ſtatim libri ad Caſſium in melioribus codici-
, *Finem nullam facio, mihi crede, Caſſi, de te & de Bruto noſtro,
ſt, de tota Rep. cogitandi.* Victorius. Cum quidam libri pro
vit ſcribant *putaret*. Balbum exiſtimo ſcripſiſſe, *quis ullam
m aut modum futurum putarit.* Guilielmius mallet *putabit?*
evius.

20. *Si quod juſſiſtis, feci.*] Conjicio: *Quodcunque imperaſſetis
urum fuiſſe, ſicut, quod non juſſiſtis feci*, nempe eo animo erga
mp. *J. F. Gronov.*

quod [r] juſſiſtis, feci. Nam & provinciam in otio, & exercitum in mea poteſtate tenui: finibus meæ provinciæ nuſquam exceſſi. Militem non modò legionarium, ſed ne auxiliarium quidem ullum quoquam miſi: &, ſi quos equites decedentes nactus ſum, ſupplicio affeci. Quarum rerum fructum ſatis magnum republica ſalva tuliſſe me putabo. Sed reſpublica ſi me ſatis noviſſet, & major pars ſenatus; majores ex me fructus tuliſſet. Epiſtolam, quam Balbo, cùm [s] etiam nunc in provincia eſſet, ſcripſi, legendam tibi miſi: etiam prætextam, ſi voles legere, Gallum Cornelium, familiarem meum, poſcito. VI idus Junias, [t] Corduba.

r non juſſiſtis *Lamb.*

s etiam num *alii.*

t *alii* Cordubæ.

EPISTOLA XXXIII.

ARG. *Deplorat acceptam prœlio Mutinenſi reip. calamitatem: venturum ſe in Italiam, ut communi ſuccurrat incendio, ſignificat.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 12. lib. XI. ſequitur ep. 26. hujus libri.

POLLIO CICERONI S. P.

S. V. B. E. E. Q. V. Quo tardiùs certior fierem de prœliis apud Mutinam factis, Lepidus effecit, qui meos tabellarios novem dies retinuit: [v] tamenetſi tantam calamitatem reipublicæ quàm tardiſſimè audire optandum eſt; ſed illis, qui prodeſſe nihil poſſunt, [x] neque mederi. Atque utinam eodem ſenatusconſulto, quo Plancum, & Lepidum in Italiam arceſſiſtis, me quoque juſſiſſetis venire! profectò non accepiſſet reſpublica hoc vulnus. quo ſi qui lætantur in [y] præſentia, quia videntur & duces & veterani Cæſaris partium interiiſſe: tamen [z] poſtmodum neceſſe eſt doleant, cùm [21] vaſtitatem Italiæ reſpexerint. Nam [22] & robur & [a] ſub-

v *alii* tametſi etiam tamen ſi.

x nequeo *MSS. omnes.*

y præſenti *alii.*

z *alii* poſtea.

21. *Vaſtitatem Italiæ.*] Solitudinem Italiæ, robore & ſobole militum orbatæ. unde *Vaſtitas judiciorum*, in Bruto: *Vaſtum forum*, pro Sextio: & apud Feſtum Attius: *Hanc urbem ferro vaſtam faciet.* Pro, inane forum, inanem urbem. Virgilius lib. VIII. Æn. *Vaſtant cultoribus agros.* id eſt, abductis cultoribus, deſertos agros relinquunt. Alibi *Vaſtum* eſt magnum, ab eo, quod inania latiora videntur, quam plena, oculis objecta re nulla. *P. Manut.*

22. *Et robur, & ſoboles militum.*] Et qui fortes ipſi erant, & quibus gigni fortes poſſent. *Soboles* enim eſt quaſi nova ſtirps, poſt aliam enata. & filii *ſoboles* dicuntur: ut lib. III. de Leg.

Cur-

ſuboles militum interiit : ſi quidem, quæ nuntiantur, illa ex parte vera ſunt. Neque ego non videbam, quanto uſui reipublicæ eſſem futurus, ſi ad Lepidum veniſſem. omnem enim cunctationem ejus diſcuſſiſſem, præſertim adjutore Planco. Sed ſcribenti ad me ejuſmodi litteras, quas leges, & concionibus, videlicet quas Narbone habuiſſe dicitur, [23] ſimilis, [b] palmarer plane neceſſe erat, ſi vellem [c] commeatus, per provinciam

P. B. [a] hoc rectum eſt, non ſoboles.

[b] palpares Vict. & Lamb. ſimularem alii.

[c] commeatum alii.

Cenſores populi avitates, ſoboles, familias, pecuniaſque cenſento. Et lib. I. Off. *Sequuntur connubia, & affinitates, ex quibus etiam plures propinqui, quæ propagatio & ſoboles origo eſt rerumpubl.* Virgilius lib. IV.

Saltem ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet
Ante fugam ſoboles. P. Manut.

23. *Simularem plane neceſſe erat.*] Miror nullos hunc locum, ut mendoſum, animadvertiſſe atque notaſſe. præter enim antiquam ſcripturam, quæ omnino diverſiſſima eſt; unde, ſi ita legas, dictio illa *ſcribenti* pendet, quomodo autem altera *concionibus* regitur? Utinam tam facile poſſemus locum ſuæ integritati reſtituere, quam facile poſſumus plurimis argumentis corruptum eum eſſe convincere. Quamvis autem non confidamus locum nos plane illuſtraturos, non pœnitebit tamen, neque ingratum fortaſſe erit ſtudioſis viris, receptam lectionem, inanem præſertim & nove ſuppletam, coarguiſſe & damnaſſe: alii fortaſſe, quod nobis non licuit, præſtabunt: aperta enim purgataque plaga, facilius poteſt medicus artem ſuam explicare & remedia adhibere. Non parvam huic claritatem adfert locus in prima Pollionis epiſtola, eandem rem tractans. quare qui eum cum hoc contulerit, non parvum habebit aditum ad hujus loci reſtitutionem. eſt autem hic: *Unas enim poſt Idus Martias demum a Panſa litteras accepi, in quibus hortatur me ut ſenatui ſcribam, me & exercitum in poteſtate ejus futurum. Quod cum Lepidus concionaretur, atque omnibus ſcriberet ſe conſentire cum Antonio, contrarium fuit. Nam quibus commeatibus, &c.* Purgat ſe quod non Panſæ litteris paruerit, ſenatuique ſcripſerit: conſilium enim ejus non ſapiens eſſe vult, reipublicæque inutile, & maxime contrarium rationibus ejus, qui ſe quæ polliceretur ſenatui, poſſe præſtare, & ad exitum perducere vellet. cum enim reſpublica ſuo exercitu in Italia indigeret, Lepidusque cum Antonio conſentiret, ſi ipſe Pollio tam aperte ſenatui ſcripſiſſet ſe in ejus fore poteſtate, auctoritatemque ejus velle defendere, non potuiſſet ſuas copias in Italiam per Lepidi provinciam trajicere: nec enim commeatus ſuppeditaſſet Lepidus ei, qui contrariis partibus palam auxilio veniret. Cum igitur quod Panſa ſuadebat, contrarium eſſe velit, docet ſe recte texiſſe conſilium ſuum bonaque mente ſemper Lepido oſtendiſſe, ſe Antonii ſalutis rationem habiturum, ut rempublicam juvare poſſet, & ut Lepidum falleret. His argumentis & teſtimoniis veterum codicum ductus vulgatam lectionem improbavi & ejeci, veteremque quam-

ciam ejus iter faciens, habere. Præterea verebar, ne, ſi antè, quàm ego incœpta perficerem, prœlium confectum eſſet, pium meum conſilium raperent in contrariam partem obtrectatores mei, propter amicitiam, quæ mihi cum Antonio, non major tamen, quàm [d] Planco fuit. Itaque à Gadibus menſe Aprili [e] binis tabellariis in duas naves impoſitis, & tibi, & conſulibus, & Octaviano ſcripſi, ut me faceretis certiorem, quonam modo [f] plurimùm poſſem prodeſſe reipublicæ. Sed, ut rationem ineo, quo die prœlium [g] Panſa commiſit, eodem à Gadibus naves profectæ ſunt. Nulla enim poſt hiemem fuit ante eam diem navigatio. [h] Et hercules longè remotus ab omni ſuſpicione futuri civilis tumultus, penitus in Luſitania legiones in hibernis collocaram. Ita porrò feſtinavit uterque confligere, tamquam nihil pejus timerent, quàm ne ſine maximo reipublicæ detrimento bellum componeretur. ſed, ſi properandum fuit, nihil [i] non ſummi ducis conſilio geſſiſſe Hirtium video. [k] Nunc hæc mihi ſcribuntur ex Gallia Lepidi, & nuntiantur: Panſæ exercitum conciſum eſſe: Panſam ex vulneribus mortuum: eodem prœlio Mar-

d cum Planco *alii.*
e *alii* binos tabellarios i. d. n. impoſui.
f primum *alii.*
g *alii non hab.* Panſa.
h Ego *MS.*
i non *deeſt in MSS.*
k Nam *alii.*

quamvis inquinatam, reſtitui. Quod autem poſtea mihi in mentem venit, & tantopere mihi ſe ex omni parte probavit, ut niſi jam liber excuſus eſſet, ſic ut ſcriberent mandaturus fuerim, nunc exponam. Suſpicor pro *palmarer*, in quo tantum verbo mendoſi ſunt priſci codices, *palparer* legi debere: parva omnino licentia opus eſt, unius enim tantum litteræ immutatione totus locus illuſtratur. Quod autem *palpare*, & *palpari* indifferenter pro adulari & ſubblandiri μεταφορικῶς dicitur, planum eſt, & a diligentiſſimis grammaticis animadverſum & notatum, tertioque caſui *ſcribenti* pulchre reſpondet. Sic enim & Horatius libro ſecundo Sermonum, Satyra prima de Cæſare Auguſto loquens, hoc ipſo verbo utitur:

Cui male ſi palpere, recalcitrat undique tutus.

Et Plautus in Amphitryone:

Obſervatote quam blande mulieri palpabitur.

Nam quin *ſimilis* legendum ſit, nullus (niſi fallor) revocabit in dubium. Dicit autem litteras ſimiles, & conſentientes concionibus, quas habebat, ut loco ſupra citato inquit, *cum Lepidus concionaretur, atque omnibus ſcriberet ſe conſentire cum Antonio.* nec enim aliud Pollioni Lepidus ſcribebat, aliud in concionibus loquebatur, ſed ſemper in eadem mente ſe eſſe oſtendebat, ſibi convenire ſocietatemque eſſe cum Antonio. Quo magis cum tam aperte id omnibus & ſcriberet, & loqueretur, dicit ſibi opus fuiſſe Pollio, ut poſſet reipublicæ opitulari, ſe a Lepido non

Martiam legionem interiiſſe, & [24] L. Fabatum, & C. Peducæum, & D. Carfulenum. [l] Hirtino autem prœlio & quartam legionem, & [25] omnes peræquè Antonii cæſas: item Hirtii. Quartam vero, cùm caſtra quoque [m] Antonii cepiſſet, à quinta [n] legione conciſam eſſe. Ibi Hirtium quoque periiſſe, & [26] Pontium Aquilam: dici etiam Octavianum cecidiſſe. Quæ ſi (quod dii prohibeant!) vera ſunt: non mediocriter doleo: Antonium turpiter Mutinæ obſeſſionem reliquiſſe, [27] ſed habere equi-

[l] *alii* Hircino.
P. CLXVI.
[m] Ant. *deeſt in MS.*
[n] leg. *deeſt in MS.*

non alienum eſſe oſtendere, ſed illi ſubblandiri & adulari, ut poſſet ad finem optimas ſuas cogitationes perducere. *Victorius.* Veneti ita: *Quas Narbone habuiſſe dicitur ſimiles: palparer plane neceſſe erat.* De qua ſcriptura multa diſſenuit Victorius. *Camer.*

24. *L. Fabatum.*] *Fabatus* Roſciæ gentis cognomen Lanuvio municipio oriundæ. L. autem hic FABATUS deſcriptus eſt in argenteo quodam denario. *Urſinus.*

25. *Omnes peræque.*] Al. *omnes præter equites.* al. *omnes per equites.* Idem.

26. *Pontium Aquilam.*] Hic unus eſt ex interfectoribus Cæſaris: quem D. Bruti legatum hoc prœlio cecidiſſe his verbis narrat Dion, hiſtoriarum Romanarum libro XLVI. Ὡς οὖν ταῦτ' ἐγένετο, καὶ Πόντιος Ἀκύλας, εἷς τῶν σφαγέων ὤν, καὶ τῷ Δεκίμῳ ὑποστρατηγῶν, Τῖτον Μινάτιον Πλάγκον ἀντιπολεμοῦντα αὐτῷ μάχαις ἐνίκησε, &c. paulloque infra de decretis propter hanc victoriam Romæ loquens inquit: Καὶ τὸν Ἀκύλαν ἀποθανόντα, ἐν τῇ μάχῃ εἰκόνι ἐτίμησαν. τά τε χρήματα ἃ ἐς τὴν παρασκευὴν τῶν τοῦ Δεκίμου στρατιωτῶν οἴκοθεν ἀναλώκει τοῖς κληρονόμοις αὐτοῦ ἀπέδωκαν. Victorius.

27. *Sed habere equitum * legiones.*] Antiqua exemplaria *equitum*: deeſt autem nota numeri equitum: nam *equitatum* omnino male in excuſis legitur. recenſet enim hic numerum copiarum: quem cum in nullo veteri exemplari invenerimus, notam quæ deeſſe ſignificet, adpoſuimus. *Victorius.* Nihil addimus ad ea, quæ olim hoc in loco a nobis diſputata ſunt, præſertim cum non multo ante de ſimili loco diligenter diſſeruerimus. *Idem in poſter.* *Sed hab. equitatum ac legiones.*] Al. *equitum legiones*: ut *equites* per *legiones* numeret. & ſane unam tantum legionem habuiſſe peditum, teſtis eſt Lepidus epiſt. ſequenti. *Corradus.* Recte legitur in manuſcripto, *ſed habere equitum* CCIↃↃ. CCIↃↃ. CCIↃↃ. *ac legiones.* Urſinus. *Habere equitum.*] Numerus equitum deſideratur in omnibus antiquis libris, præter unum minime recentem, in quo eſt, *Equitum* V. id eſt, quinque millia. nam veteres numerorum notæ, ducta ſupra linea, millia ſignificant. eam vero lineam ſæpe à librariis omiſſam eſſe, ignorat nemo. Equitatum ideo ſervavit incolumem Antonius, quia caruit equitibus Hirtius, & Germanos Cæſaris equites ad Antonium paullo ante prœlium transfugiſſe, Dio ſignificat. *P. Manut.*

28. Le-

equitum * 28 legiones ſub ſignis armatas tres, 29 & P. Bagienni unam, o inermes bene multos. Ventidium quoque ſe cum legione ſeptima, octava, nona conjunxiſſe: ſi nihil in Lepido ſpei ſit, deſcenſurum ad extrema: & non modò nationes, ſed etiam ſervitia concitaturum: Parmam p direptam: L. Antonium Alpes occupaſſe. Quæ ſi vera ſunt, nemini noſtrûm ceſſandum eſt, q nec exſpectandum, quid decernat ſenatus. Res enim cogit huic tanto incendio ſuccurrere omnes, qui aut imperium, aut nomen denique populi Romani ſalvum volunt eſſe. Brutum enim cohortes r XVII, & duas non frequentes tironum legiones, quas conſcripſerat Antonius, habere audio. Neque tamen dubito, quin omnes, qui ſuperſint de Hirtii exercitu, confluant ad eum. Nam in s delectu non multum ſpei puto eſſe: præſertim cùm nihil ſit periculoſius, quàm ſpatium con-

fir-

o inermos *MS.*

p dereptam *MS.*

q neque *Vict.*

r XVIII. *MS.*

s dilectu *Lamb.*

28. *Legiones ſub ſignis armatas tres.*] Falſum. vide epiſt. 34. & lib. II. ep. 10. *Sub ſignis autem*, pro non paſſim, ſed ordinarim. Lucretius:

——— *Multa virûm ſub ſignis millia ducta*:

Tacitus libro XVII. *Subſignanum militem* vocat. Idem libro XVIII. *Quingenti Pannonii nondum ſub ſignis*. P. Manut.

29. *Et pupilli Bargienni unam.*] Nos emendavimus *P. Bagienni*: etſi veteres etiam codices *pupilli* habent. Sed mirum eſt quam ſint fœde corrupti omnes, quos vidimus, in his compendii notis: ut locus ille in ſecunda epiſtola ad Lentulum, *Cui Lupus Trib. pleb. quod ipſe de Pompejo retuliſſet, &c.* in Mediceo etiam ceteris probatiore, legitur *Cui lupus tyrannus Publio Lentulo quid ipſe, &c.* Et ſic quotieſcunque imperitus ille & audax, quiſquis fuerit, notis illas compendii interpretari voluit: quemadmodum ſæpe C. Conſul interpretatur, ut eo loco ad Appium, *Ego C. Pomptinum legatum meum Brundiſii exſpectabam.* habent enim antiqui, *Ego Conſul Pomptinum*. & ſic in Mediceo titulus epiſtolarum ad C. Curionem eſt, *Incipit ejuſdem ad Conſulem Curionem.* item in ultima epiſtola ejuſdem libri C. Cœlio ſcripta locus ille, *quod item C. Virginius propinquus tuus &c.* ſic in eodem legitur, *quod item Conſul Virginius, &c.* Quod tamen mendum turpiter omnes fere vulgatos codices occupaverat. quis enim ea tempeſtate *Conſul* hoc nomine extitit? Sed quantum ad *pupillum*, alibi etiam in eo codice pro *P. pupillus* depravate legitur, ut in epiſtola qua commendat Bruto L. Titium Strabonem his verbis, *Huic in tua provincia pecuniam debet pupillus Cornelius.* cum tamen vulgati omnes eo loco *P. Cornelius* habeant. quare nos tuto viſi ſumus receptum licet errorem rejicere & aſpernari. Rem autem pluribus verbis explicavimus, ut intelligant ſtudioſi, unde hæc in prænominibus errata, quæ ſæpe mirifice lectorem perturbant, orta ſint. *Victorius.*

30. Ni-

firmandi ſeſe, Antonio dari. Anni autem tempus libertatem majorem mihi dat, propterea quia frumenta aut in agris, aut in villis ſunt. Itaque proximis litteris conſilium meum [t] expedietur. Nam neque deeſſe, [30] neque ſupereſſe reipublicæ volo. Maximè tamen doleo, adeò & longo & infeſto itinere ad me veniri, ut die quadrageſimo pòſt, aut ultrà etiam, quàm facta ſunt, omnia [v] nuntientur.

[t] expeditur *MS.*

P. R.
[v] mihi nuntientur. *Lamb.*

* EPISTOLA XXXIV.

ARG. *Narrat, adveniente Antonio quid egerit: & agit gratias, quod iniquis de ſe rumoribus fidem non habuerit.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 19. lib. 11. ſequitur ep. 35. hujus libri.

M. [31] LEPIDUS IMP. ITERUM, PONT. MAX. M. T. C. S. P. D.

S. V. B. E. E. V. Cùm audiſſem, Antonium cum ſuis copiis, præmiſſo L. Antonio cum parte equitatus,

30. *Neque ſupereſſe reip.*] Neque vivere poſt interitum reip. Gellius lib. 1. cap. 22. *Supereſſe* invenimus dictum pro *Superſtitem eſſe.* Ità enim ſcriptum eſt in libro epiſtolarum M. Ciceronis ad L. Plancum, in epiſtola M. Aſinii Pollionis ad Ciceronem, his verbis: *Neque deeſſe reip. volo, neque ſupereſſe.* Et Plautus in Aſin. *Tuum vis unicum gnatum tua ſupereſſe vita ſoſpitem & ſuperſtitem.* P. Manut.

* *Epiſtola XXXIV.*] Veneti præpoſuerunt hanc epiſtolam ſequenti, cui ab aliis ſubjicitur; atque ita fieri oportere puto. In hac autem epiſtola *Veneti pro ego quoque valeo*, recte, niſi fallor, *equidem.* Et mox pro *Antonianos*, *Antonios* habent. *Camerar.*

31. *LEPIDUS IMP. ITEM PONT.*] Nos antiquam ſcripturam in Mediceo vix conſervatam reſtituimus: erat enim etiam in illo prima littera ejus dictionis *iter* contaminata in omnibus his Lepidi titulis, ſed rubrica tantum circumducta, ut prior Lectio evidenter appareret. Petrarca vero, ſive quis alius, qui ab eo exemplari librum qui eſt in Divi Marci bibliotheca deſcripſit, majorem quam debuit importunæ illi caſtigationi fidem habuit, *ter* enim ſemper habet: nos vetuſtiorem illam recepimus, & ſinceram putamus. *Iter* autem, ut in antiquis omnibus monumentis, pro *iterum* ſcriptum eſſe credimus: conjungitur autem cum priore dictione *Imperator.* Nam quoties felici aliquo prœlio facto Imperatores ab exercitu appellati eſſent, toties in memoriis titulisque notabant. Quod ex numiſmatibus, & lapidibus antiquis tam clarum & teſtatum eſt, ut non neceſſe ſit id magis confirmare: nam ad ſequentem dignitatem nullo modo pertinet. non enim ac-

tus, in provinciam meam venire: cum exercitu meo 32 ab confluente Rhodano caſtra movi, ac contra eos venire inſtitui. Itaque continuis itineribus ad Forum Vocontium veni, & ultrà, caſtra ad flumen Argentium

P. CLXVII. 33 contra Antoninos feci. P. Ventidius ſuas legiones tres conjunxit cum eo, & ultra me caſtra poſuit. habebat,

acceptum ſemel id ſacerdotium aliquis niſi morte amittebat. Quod in Lepido hoc manifeſtum eſt: cum enim eum provincia, exercitu, omnique dignitate ſpoliaſſet Auguſtus, nunquam auſus eſt pontificatum ei eripere, quem illo mortuo ſibi ſtatim aſſumpſit. *Victorius. Imp. iterum.*] Cur nonnulli hanc caſtigationem tantopere criminentur, non video: ſi caſtigatio appellari poteſt, & non potius antiqua & ſincera lectio, fideliter, in Mediceo codice quatuor locis conſervata, & nunc in ſuam ſedem in omnibus libris reſtituta. quemadmodum enim hic ante epiſtolas ipſas bis *imp iter.* legitur, ita etiam in indice libri bis, ubi & tituli, & initia epiſtolarum adnotantur. Cur igitur credendum eſt non negligentem omnino librarium in eadem voce ſemper peccaſſe, & eodem etiam pacto peccaſſe? In quibusdam manu ſcriptis libris *Ter* legi, me nunquam latuit, quin explicavi unde iſtud ortum eſſet accurate. An alii hoc uſurparint ante Rempubl. ab Auguſto oppreſſam: ut quoties Impp. appellati ſint, ob rem bene geſtam, toties in titulis, monumentiſque id notari voluerint, mihi compertum non eſt. Uſurpaſſe Lepidum, quamvis nullum aliud teſtimonium habeam, quam priſcorum codicum, affirmarem: nam in S.C. quod de ipſo factum eſt, & a Cicerone in oratione v. contra Antonium poſitum, vidi antiquos libros, qui eundem hunc titulum ſervarent. Quod ſi argumentis in hujuſcemodi rebus locus eſt, quamvis a nullis antea hoc imperatoribus uſurpatum eſſet, non mirarer Lepidum leviſſimum, ac ventoſiſſimum hominem, hoc primum uſurpaſſe: ab aliquo enim hæc conſuetudo fluxerit neceſſe eſt. *Idem in poſter. M. LEPIDUS IMP. ITERUM.*] Inſcriptio hujus epiſtolæ & ſequentis, in manuſcripto aliter legitur, *M. Lepidus Imperator Pont. Max.* In denariis certe quos ipſi vidimus, *M. Lepidus Imp. iterum* nunquam appellatur. *Urſinus.*

32. *Ab confluente Rhodano.*] Tantæ apud me auctoritatis eſt, ac merito quidem, Mediceus codex, ut ſcripturam ejus nunquam penitus negligam, quamvis in ea, quam hic habet, macularum aliquid omnino ſit. Sic autem in illo legitur, *Ab confluente, ab Rhodano*, ut fortaſſe poſteriores duæ voces ambæ vacent: & illud *ab Rhodano* declaratio ſit priorum vocum: nam ſi tertia ſyllaba ex eo tollenda eſt, ut in impreſſis nunc eſt, *Rhodani* fortaſſe melius legeretur, ſic enim Tacit. lib. XVII. locutus eſt: *Confluentes Padi & Aduiæ fluminum* XVI. *inde millium ſpatio diſtantes petebant.* Nihil certi habemus, & tamen hanc tenuem, & fortaſſe inanem animadverſionem adnotaſſe quid obfuit? *Victorius.*

33. *Contra Antoninos feci.*] Lectionem hanc utpote veriſſimam debemus excerptis Vaticani: cùm Victorius ediderit *Antonios*, exſtetque

bat [x] anteà legionem ſecundam, & ex reliquis legionibus magnam multitudinem; 34 ſed inermorum. Equitatum habet magnum. Nam omnis ex prœlio integer deceſſit; 35 ita ut ſint amplius equitum *. Itaque ad me complures milites & equites ab eo tranſierunt: & in dies ſingulos ejus copiæ minuuntur. [y] 36 Silanus & Culleo ab eo diſceſſerunt. Nos etſi graviter ab his læſi eramus, quòd contra noſtram voluntatem ad Antonium ierant: tamen noſtræ humanitatis & neceſſitudinis cauſa, eorum ſalutis rationem habuimus. Nec tamen eorum opera utimur: neque in caſtris habemus, neque ulli negotio præfecimus. Quod ad bellum hoc attinet, nec ſenatui, nec reipublicæ deerimus. quæ poſtea egerimus, faciam te certiorem. Etſi omni tempore ſumma ſtudia [z] officii, mutuò inter nos certatim conſtiterunt, pro noſtra inter nos familiaritate, & proinde diligenter ab utroque conſervata ſunt: tamen non dubito, in tanto & tam repentino reipublicæ motu, quin nonnulla de me falſis rumoribus à meis obtrectatoribus, me indigna, ad te delata ſint, quæ tuum animum [a] magno opere moverunt, pro tuo amore in rempublicam. Ea te moderatè accepiſſe, neque temerè [b] credendum judicaſſe, à meis procuratoribus certior ſum factus: quæ mihi, ut debent, gratiſſima ſunt. Memini [c] enim & illa ſuperiora, quæ [d] abs tua voluntate profecta ſunt, ad meam digni-

x ante *Vict.*
y *alii* Syllanus.
z officiaque *alii*, officio *alii*.
a *alii* magnopere.
b credenda *Lamb.*
c *alii* etiam *aut* autem.
d *alii* ab.

ſtetque vulgò, *Antonianis*. Sic Epiſtola præcedente *Hirtino prælio*, præ quo vulgatum *Hirtiano*. Sic libro XII. ep. 14. ut videbimus. *Gebhard.*

34. *Sed inermium.*] Inermorum habent omnes vetuſti codices, ut etiam in Ciceronis epiſtola ad D. Brutum eo loco, *Cum paucis inermis, perterritis metu, fracto animo fugiſſe Antonium*: etſi eo etiam loco vulgati codices *inermibus* habeant contra omnium veterum fidem. *Victor.*

35. *Ita ut ſint amplius equitum triginta millia.*] In nullis manuſcriptis paullo antiquioribus hunc numerum, aut alium equitum Antonii invenire potui. Quapropter notam, quæ illum ſignificaret, a librariis negligenter omiſſam, arbitratus ſum: eam autem ego, quæ defectum indicaret, adpoſui, quam etiam Mediceus codex omnibus his locis, quibus numerus deſideratur, etſi non ſimilem noſtræ, ſuam tamen quandam, & ſemper eandem habet. *Victor.* *Equitum* XXX.] Manuſcriptus habet CCIↃↃ. CCIↃↃ. CCIↃↃ. *Urſin.*

36. *Silanus.*] Ep. 30. hujus libri. *Corrad.* *M.* hic *Silanus* in argenteis M. Antonii denariis frequens eſt. *Urſin.*

S s ſti *Cor.*

dignitatem augendam & ornandam: quæ perpetuò animo meo fixa manebunt. Abs te, mi Cicero, magnopere peto, ſi meam vitam [e] & ſtudium diligentiſſimè ſuperioribus temporibus in republica adminiſtranda, quæ Lepido digna ſunt, perſpecta [f] habes, ut paria, aut eo ampliora reliquo tempore exſpectes: & proinde tua auctoritate me tuendum exiſtimes, quo tibi plura tuo merito debeo. Vale. D. [g] XI kalendas Junias, ex caſtris, ex Ponte Argenteo.

e ſtudium & diligentiam MS. P. B.

f habeas MS.

g alii XII.

EPISTOLA XXXV.

ARG. *Recepti Antonii cauſſam in ſuos milites confert, diſſenſionem civium inique ferentes.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 23. lib. XI. ſequitur ep. 26. ejuſdem libri.

LEPIDUS IMP. [h] ITER. PONT. MAX. S. D. SENAT. POP. PL. Q. R.

h ITEM MS.

S. V. liberique veſtri V. B. E. E. Q. V. Deos homineſque teſtor, patres conſcripti, qua mente & quo animo ſemper in rempublicam fuerim, & quàm nihil antiquius communi ſalute ac libertate judicarim: quod vobis brevi probaſſem, niſi mihi fortuna proprium conſilium extorſiſſet. Nam exercitus [i] cunctus 37 conſuetudinem ſuam 38 in civibus [k] obſervandis, communique pace, ſeditione facta, retinuit: meque tantæ multitudinis civium Romanorum ſalutis atque incolumitatis cauſam ſuſcipere, ut verè dicam, coegit. In qua re ego vos, patres conſcripti, oro atque obſecro, ut privatis offenſionibus omiſſis, ſummæ [l] reipublicæ conſulatis, neve miſericordiam noſtram exercituſque noſtri,

i tantus MS.

k conſervand. alii.

l alii rei conſ.

37. *Conſuetudinem ſuam in conſervandis civibus.*] Egregia tantæ proditionis excuſatio. Sed alludit, quod refert Suetonius, Julium acie Pharſalica Victorem, proclamaſſe, ut civibus parceretur, & cuique ſuorum, quem vellet, unum partis adverſæ ſervare conceſſiſſe. c. 75. *J. F. Gronov.*

38. *In civibus conſervandis.*] Nos quam in cunctis reperimus antiquioribus exemplaribus dictionem, non negleximus. non enim temere omnes uno conſenſu *obſervandis* legunt, nec ſemper oportet cunctas rariores & infrequentiores voces condemnare & explodere: nimis enim anguſte latos Latinæ linguæ terminos contraheremus, quos majores noſtri eruditiores, & meliore judicio præditi, ſemper ſummo ſtudio proferebant. *Victorius.*

noſtri, in civili diſſenſione, ſceleris loco ponatis. Quòd ſi ſalutis omnium ac dignitatis rationem habueritis, meliùs & vobis & reipublicæ conſuletis. Data 39 III kal. m à Ponte Argenteo. Valete.

m *alii* ex P. Argentei.

39. *III. Kal. Juni.*] Menſis Junii nomen eſt in duobus antiquis libris; in quibuſdam Aprilis nominatur, errore perſpicuo: in aliis neque Aprilis, neque Junius: in pleriſque libris antiquis eſt, IV. *Kal.* in nonnullis, ut in eo Vincentii Riccii, III. *Kalend.* quod magis probo. nam etſi Lepidus IV. Kal. Jun. ſe cum Antonio conjunxit; ut ex Planci ep. 23. cognoſcitur: veri tamen ſimilius videtur, poſtridie Plancum ad ſenatum ſcripſiſſe, quam eodem die, in tanta rerum mutatione. *P. Manut.*

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARUM LIBER UNDECIMUS, AD BRUTUM ET CETEROS.

EPISTOLA I.

ARG. *D. Brutus habitum cum Hirtio, conſule deſignato, ſermonem exponit; poſtulatam à ſe liberam legationem ſignificat: ſuum conſilium oſtendit, tutam in urbe manſionem non eſſe, migrandum ex Italia; vel poſtulandum, ut ipſi, & M. Bruto, & Caſſio liceat eſſe in urbe publico præſidio. Antonio & Dolabella Coſſ.* [A. V. C. DCCIX.] Hanc præceſſit ep. 31. lib. VII. ſequitur ep. 24. lib. XVI.

D. BRUTUS a M. BRUTO ET C. CASSIO S. D.

a *alii* BRUTO SUO ET.

QUO in ſtatu ſimus, cognoſcite. Heri veſperi apud me Hirtius fuit: qua mente eſſet Antonius, demonſtravit; peſſima ſcilicet & infideliſſima. Nam ſe neque mihi provinciam dare poſſe ajebat, neque arbitrari, tutò in urbe eſſe quemquam noſtrûm: adeò b eſſe militum concitatos animos & ple-

b eſſe *deeſt in MS.*

bis. [c]Quod utrumque eſſe falſum, puto vos animadvertere: atque illud eſſe verum, quod Hirtius demonſtrabat; timere eum, ne, ſi mediocre auxilium dignitatis noſtræ habuiſſemus, nullæ partes iis in republica relinquerentur. Cùm in his anguſtiis verſarer, placitum eſt mihi, ut poſtularem [1]legationem liberam mihi reliquiſque noſtris, ut aliqua cauſa proficiſcendi honeſta quæreretur. [d]Hæc ſe impetraturum pollicitus eſt: nec tamen impetraturum confido: tanta eſt hominum inſolentia & [e]noſtri inſectatio. [f][2]Ac ſi dederint, quod petimus, tamen paullo pòſt futurum puto, ut hoſtes judicemur: aut aqua & igni [g]interdicamur. Quid ergo eſt, inquis, tui conſilii? [3]dandus eſt locus fortunæ: cedendum ex Italia: migrandum Rhodum, aut aliquò terrarum arbitror. Si melior caſus fuerit, revertemur Romam: ſi mediocris, in exſilio vivemus: ſi peſſimus, ad [h]noviſſima auxilia deſcendemus. [i]Succurret fortaſſe hoc loco alicui veſtrûm, cur noviſſimum tempus exſpectemus potiùs, quàm nunc aliquid moliamur? Quia ubi conſiſtamus, non habemus, præter Sex. Pompejum, & [4]Baſſum Cæcilium: qui mihi videntur, hoc nuntio de

c Quorum *MS.*
d Hoc *alii.*
e noſtra *MS.*
f At *alii.*
P. CLXVIII.
g nobis interdicatur *alii.*
h *alii* extrema.
i Succurreret *MS.*

1. *Legationem liberam.*] Legationes liberæ privatarum rerum cauſſa ſenatoribus dabantur: tum quod iis, non permittente ſenatu, abeſſe non licebat: tum etiam, ut eſſent honoratiores apud exteras nationes, addito legationis nomine. epiſt. 18. ad Att. lib. II. & ep. II. lib. XV. ad eundem, & in orationibus in Rullum, pro Flacco. *P. Manut.* Vid. Gronov. ad Val. Max. V. 3. 2. Legationi liberæ tempus præfinitum videtur a J. Cæſare; videtur inquam, nam dubitat ipſe Cicero lib. XV. ad Attic. ep. II. *Et habent, opinor, liberæ legationes definitum tempus lege Julia*, quam legem cum Corrado eandem fuiſſe arbitror, cujus mentio lib. V. ep. 10. Cicero eas legationes annuas ſua lege fecerat, ſed poſtea lege Julia quinquennium iis præfinitum. Tribus autem fere de cauſſis poſtulabantur; *voti ſolvendi*, unde & *votivæ* appellantur; *periculi vitandi*; & *hæreditatis nominumve perſequendorum.* Obſervandum etiam eſt, eos, qui cum libera legatione mittebantur, lictores a provincialibus magiſtratibus, & inſignia ceterorum legatorum accepiſſe. *Cuperus.*

2. *Ac ſi dederint quod petimus.*] Scribendum *aut ſi dederint.* Urſinus.

3. *Dandus eſt locus fortunæ.*] MSS. quidam codices a Grævio nominati ita diſtinguunt totum hunc locum: *Dandus eſt locus, fortunæ cedendum. Ex Italia migrandum Rhodum.*

4. *Baſſum.*] Qui erat in Syria. ep. II. lib. XII. & ep. 18. ejuſdem libri, & Strabo lib. XVI. Dio lib. XLVII. *P. Manut.*

5. *Satis*

de Cæſare allato, firmiores futuri. [5] Satis tempore ad eos accedemus, ubi, quid valeant, ſcierimus. Pro Caſſio, & te, ſi quid me velitis recipere, recipiam. Poſtulat enim hoc Hirtius, ut faciam. Rogo vos, quàm primùm mihi reſcribatis. nam non dubito, quin his [k] de rebus ante horam quartam Hirtius certiorem me ſit facturus: quem in locum convenire poſſimus. Quò me velitis venire, reſcribite. Poſt noviſſimum Hirtii ſermonem, placitum eſt mihi poſtulare, ut liceret nobis eſſe Romæ publico præſidio: [l] quod illos nobis conceſſuros non puto. magnam enim invidiam iis faciemus. Nihil tamen non poſtulandum putavi, quod æquum eſſe ſtatuerem.

k de *non eſt in MS.*

l quod *deeſt in MS.*

EPISTOLA II.

ARG. *Petunt ab Antonio conſule Brutus & Caſſius prætores, an ipſos putet in urbe, magna veteranorum militum frequentia, tutos fore.* [A. V. C. DCCIX.] Hanc præceſſit ep. 27. hujus libri, ſequitur ep. 1. lib. XII.

BRUTUS ET CASSIUS PRÆTT. M. ANTONIO COS.

De tua fide & benivolentia in nos niſi perſuaſum eſſet nobis, non [m] conſcripſiſſemus hæc tibi: quæ profectò, [n] quum iſtum animum habes, in optimam partem accipies. Scribitur nobis, magnam veteranorum multitudinem Romam conveniſſe jam, & ad kalendas Junias futuram multo majorem. De te ſi dubitemus, aut vereamur, ſimus noſtri diſſimiles. Sed certè, cùm ipſi [6] in tua poteſtate fuerimus, tuoque adducti conſilio dimiſerimus ex municipiis noſtros neceſſarios, neque ſolùm edicto, ſed etiam litteris id fecerimus:

m ſcripſiſſemus *Grav.*

n *alii* quando. P. B.

5. *Satis in tempore ad eos accedemus.*] Veneti *ſatis tempori* adverbialiter. Ut Plaut. *Sed ſi venturus, tempori.* & rurſum, *venias tempori*, mutata *e* litera in literam *i*, ut *here* & *heri*, *veſpere* & *veſperi*. In Terentiana tamen Heaut. legimus: *In tempore ad eam veni.* Camerar. Liber manuſcriptus *ſatis tempori ad eos accedemus:* & ita videtur legendum. *Urſin.*

6. *In tua poteſtate.*] Percuſſores Cæſaris, data Antonio & Lepido fide, & ab eis viciſſim accepta, de Capitolio, quò poſt Cæſaris necem populi metu confugerant, deſcenderunt, Caſſiuſque ſe Antonio, Brutus Lepido credidit. *P. Manut.*

mus: digni ſumus, quos habeas tui conſilii participes; in ea præſertim re, quæ ad nos pertinet. Quare petimus à te, facias nos certiores tuæ voluntatis in nos: puteſne, nos tutos fore in tanta frequentia o militum veteranorum, quos etiam de p reponenda ara cogitare audimus: 7 quod velle te probare vix quiſquam poſſe videtur, qui nos ſalvos & honeſtos velit. Nos ab initio ſpectaſſe otium, 8 nec quidquam aliud q libertate communi quæſiſſe, exitus declarat. Fallere nemo nos poteſt, niſi tu: quòd certè abeſt à tua virtute & fide: ſed alius nemo facultatem habet decipiendi nos. tibi enim uni r credidimus, & credituri ſumus. Maximo de nobis timore afficiuntur amici noſtri: quibus etſi tua fides explorata eſt, tamen illud in mentem venit, multitudinem veteranorum faciliùs impelli ab s aliis quò libet, quàm à te retineri poſſe. Reſcribas nobis ad omnia, rogamus. Nam illud valdè leve eſt ac nugatorium, ea re denuntiatum eſſe veteranis, quod de commodis eorum menſe Junio laturus eſſes. Quem enim impedimento futurum putas, cùm de nobis certum ſit, nos quieturos? Non debemus cuiquam videri nimiùm cupidi vitæ, cùm accidere nobis nihil poſſit ſine pernicie & confuſione omnium rerum.

o *alii non habent* milit.
p repetenda *MS.*
q *alii* a libert.
r *alii* credimus.
s *ita Victor. alii* alio.

EPI-

7. *Quod velle te probare vix quiſquam poſſe videtur.*] Repræſentavi ſcripturam editionis Victorianæ. Palatinus verò tertius ac Stewechianus, *quod velle probare vix quis poſſe credere videtur.* Lambinus, cum quo facit codex Hittorpianus: *quod velle & probare vix quiſquam poſſe videtur.* In Medicæo codice erat, ut notat Egnatius, *quod vellet & probare vix quiſquam poſſe videtur.* Vulgò *quod velle te probare vix quiſquam credere poſſe v.* Gebhard.

8. *Nec quidquam aliud libertate communi quæſiſſe.*] Genus loquendi ſumptum a Græcis, pro, Nec quidquam aliud, præter libertatem. Sic & Horatius epiſt. ad Quinctium, lib. I.

Neve putes alium ſapiente bonoque beatum.

Et epiſt. ad Auguſtum lib. II.

Edicto vetuit, ne quis ſe, præter Apellem,
Pingeret, aut alius Lyſippo duceret æra.

Et Sat. 3. lib. II.

Qui ſpecies alias veris, ſceleriſque tumultu
Permiſtas captet. ———

Plato autem in Menone: Ἄλλο ἐπιστήμης, pro, *diverſum a ſcientia.* & Ariſt. & ἐν τῷ τῶν ἠθικῶν φίλος ἕτερος τοῦ κόλακος. P. Manut.

9. Edicto

EPISTOLA III.

ARG. *Expoſtulatio ad contumelioſas & minaces Antonii litteras.* [A. V. C. DCCIX.] Hanc præceſſit ep. 19. lib. VII. ſequitur ep. 1. lib. X.

BRUTUS ET CASSIUS PRÆTT. S. D. ANTONIO, COS. P. CLXIX.

[t] S. V. B. E. Litteras tuas legimus, ſimillimas edicti tui, contumelioſas, minaces, minimè dignas, quæ à te nobis mitterentur. Nos, Antoni, te nulla [v] laceſſiimus injuria: neque miraturum [x] credidimus, ſi prætores, & ea dignitate homines, aliquid 9 edicto poſtulaſſemus [y] à conſule. Quòd ſi indignaris, auſos eſſe id facere: concede nobis, [z] ut doleamus, ne hoc quidem abs te Bruto & Caſſio tribui. Nam de [a] delectibus habitis, & pecuniis imperatis, exercitibus ſollicitatis, & nuntiis trans mare miſſis, quòd te queſtum eſſe negas; nos quidem tibi credimus optimo animo te feciſſe: ſed tamen neque [b] agnoſcimus quidquam eorum; & te miramur, cùm hæc reticueris, non potuiſſe [c] continere iracundiam tuam, quin nobis de morte Cæſaris [d] objiceres. Illud verò quemadmodum ferendum ſit, tute cogita: non licere prætoribus, concordiæ ac libertatis cauſa 10 per edictum, de ſuo jure 11 decedere, quin

conſul

t *alii non habent*, S. V. B. E.
v *ita MSS. alii* laceſſivimus.
x credimus *MS.*
y à conſ. *deeſt in MS.*
z ut non *MSS.*
a *Grut. & alii* dilect.
b cognoſcim. *MS.*
c retinere *MS.*
d objeceris *MS.*

9. *Edicto poſtulaſſemus.*] Licebat enim magiſtratibus de eo, quod ad officium eorum pertinet, edicere. Poſtulaverant autem, quia ultra decem dies eſſent ab urbe abfuturi, ut Conſule ad Senatum referente legibus ſolverentur, quod niſi factum eſſet, ultra decem dies peregre eſſe non poterant. Phil. 11, 13. *J. F. Gronov.*

10. *Per edictum.*] Edicto propoſito ſignificaverant, velle ſe abeſſe concordiæ ac libertatis cauſſa. id eſt autem, de ſuo jure decedere. nam cum prætor ultra decem dies abeſt, de ſuo jure decedit. Hoc eſſe edictum opinor paullo ante nominatum, idem ſcilicet, quod in Phil. 1. appellatur his verbis: *Nec ita multo poſt, edictum Bruti affertur & Caſſii: quod quidem mihi plenum æquitatis videbatur.* P. Manut.

11. *Decedere.*] *Decernere* vetus liber. *Urſinus.* Non decedebant de ſuo jure, ſed edicto illo petebant, ut illis liceret cum ſenatu de ſuo jure *decidere*, & ſic legendum, hoc eſt, tranſigere, paciſci, ut legibus ſolverentur, & concordiæ cauſſa illis liceret abeſſe. Nam hoc eſt *decidere*, ut apud Juſtin. lib. XXXI. *Quod ad bellum pacemque pertineat, nihil neque gratia dari, neque de jure patriæ de-*

 cidi

conſul arma minetur. Quorum fiducia nihil eſt, quòd nos [e] terreas. Neque enim decet, aut convenit nobis, periculo [f] ulli ſubmittere animum noſtrum. Neque [g] eſt Antonio poſtulandum, ut iis imperet, quorum opera liber eſt. Nos ſi alia hortarentur, ut bellum civile ſuſcitare vellemus, litteræ tuæ nihil proficerent. Nulla enim minantis auctoritas apud liberos eſt. Sed pulchrè intelligis non poſſe nos quoquam impelli: & fortaſſis ea re minaciter agis, ut judicium noſtrum metus videatur. Nos in hac ſententia ſumus, ut te cupiamus [h] in libera republica magnum atque honeſtum eſſe: vocemus te ad nullas inimicitias: ſed tamen pluris noſtram libertatem, quàm tuam amicitiam [i] æſtimemus. Tu etiam atque etiam vide, quid ſuſcipias, quid ſuſtinere poſſis: neque, quàm diu vixerit Cæſar, ſed 12 quàm [k] non diu regnarit, fac cogites. 13 Deos quæſumus, conſilia tua reipublicæ ſalutaria ſint ac tibi. ſi minus: ut, ſalva atque honeſta republica, tibi quàm minimùm noceant, optamus. Pridie nonas Sex.

e terreat *MS.*
f illi *MS.*
g enim *MS.*
P. B.
h etiam *in Græv. & aliis.*
i exiſt. *MS.*
k non *deeſt in MS.*

EPISTOLA IV.

ARG. *Res a ſe geſtas exponit: pro quibus Ciceronem rogat, ut ſibi ſua ſententia ſupplicationes decernat.* [A. V. C. DCCIX.] Hanc præceſſit ep. 16. lib. V. ſequitur ep. 16. hujus libri.

D. BRUTUS IMP. COS. DESIGN. S. D. CICERONI.

SI de tua in me voluntate dubitarem, multis à te verbis peterem, ut dignitatem meam tuerere. ſed profectò eſt ita, ut mihi perſuaſi, me tibi eſſe curæ.

14 Pro-

vidi poſſe. Cic. in Orat. pro Q. Roſcio, *de re tota decidiſti. Ergo huc univerſa cauſſa deducitur, utrum Roſcius cum Flavio de ſua parte, an de tota ſocietate fecerit pactionem.* de hoc loquendi genere Gronovius in Obſervat. lib. II. c. 6. pluribus egit. *Gravius.*

12. *Quam non diu regnarit.*] Regnavit, abſoluta poteſtate, nullo Pompejanarum partium metu, poſt victos in Hiſpania Pompeji liberos, quinque tantum menſes. rediit enim Octobri menſe. occiſus eſt idibus Mart. quod Vellejus lib. II. Faſti Capitolini, & aliorum teſtimonia docent. *P. Manut.*

13. *Deos quaſumus.*] Veneti *quaſimus.* Et hoc ſane verum eſſe apparet: ſed illud *quaſumus* fecere, ut opinor, ſicut *optumus* Camerar.

14. *Pro-*

14 Progreſſus ſum ad Inalpinos cum exercitu, non tam nomen imperatorium captans, quàm cupiens militibus ſatisfacere, firmoſque eos ad tuendas noſtras res efficere: quod mihi videor conſecutus. Nam & [l]liberalitatem noſtram & animum ſunt experti. cum omnium bellicoſiſſimis bellum geſſi: multa caſtella cepi: multa vaſtavi. Non ſine cauſa ad ſenatum litteras miſi. Adjuva nos tua ſententia: quod cùm facies, ex magna parte communi commodo inſervieris.

l libertatem *MS.*

EPISTOLA V.

ARG. *Excuſat ſe, quod Bruti litteris non reſponderit: hortatur ad libertatem recuperandam: ſua ſtudia officiaque pollicetur.* [A. V. C. DCCIX.] Hanc præceſſit ep. 27. lib. XII. ſequitur ep. 7. hujus libri.

M. CICERO S. D. BRUTO IMP. COS. DES.

LUPUS familiaris noſter, cùm à te veniſſet, cúmque Romæ quoſdam dies commoraretur, ego eram in iis locis, in quibus maximè me tutò eſſe arbitrabar. Eò factum eſt, ut ad te Lupus ſine meis litteris rediret, cùm tamen curaſſet tuas ad me perferendas, Romam autem veni a. d. quintum idus Decembris, nec habui quidquam antiquius, quàm ut Panſam ſtatim convenirem: ex quo ea de te cognovi, quæ maximè optabam. Quare hortatione tu quidem non eges, ſi ne illa qui-

P. CLXX.

14. *Progreſſus ſum ad tranſalpinos.*] Veteres omnes codices, præterea Germanicus *inalpinos*. Nos etiam longe meliorem hanc lectionem putantes *inalpinos* legimus: non enim alpes tranſiit Brutus, ut cum gentibus trans alpes ſitis bellum gereret, ſed cum feris populis alpes colentibus pugnavit, eorumque caſtella expugnavit. In vetuſtis etiam codicibus ſic ſcriptus eſt hic locus Suetonii in Auguſto, *Item Rhetiam & Vindelicos, ac Salaſſos gentes inalpinas coercuit.* Nec deſunt qui ita quoque verſum hunc Tibulli legant:

Teſtis inalpinis Epas pernatus in armis.

quamvis in impreſſis codicibus *longe* aliter legatur. *Victorius. Progreſſus ſum ad Inalpinos.*]Quod haberi in ſuis ait Victorius, id quoque ego de Palatinis primo ac tertio, Stewechiano ac Hittorpiano, Vaticano. *Inalpini* ſunt qui Alpibus inhabitant. Vulgò, *tranſalpinos*, malè, &, ut Victorius rectè adnotavit, contra hiſtoriæ fidem. Mox in Palatino primo ac Vaticani excerptis reperi, *cum omnium bellicoſis bellum g.* Gebhard.

15. Spem

quidem in re, quæ à te geſta eſt poſt hominum memoriam maxima, hortatorem deſideraſti. Illud tamen breviter ſignificandum videtur, populum Romanum omnia à te exſpectare, atque in te aliquando [m] recuperandæ libertatis omnem ſpem ponere. Tu, ſi dies noctesque memineris (quod te facere certò ſcio) quantam rem geſſeris: non obliviſcere profectò, quantæ tibi etiam nunc gerendæ ſint. Si enim iſte provinciam nactus erit, cui quidem ego ſemper amicus fui antè, quàm illum intellexi non modò apertè, ſed [n] etiam libenter cum republica bellum gerere, [15] ſpem reliquam nullam video ſalutis. Quamobrem te obſecro iiſdem precibus, quibus S. P. Q. R. ut in perpetuum rempublicam [16] dominatu regio liberes: ut principiis conſentiant exitus. Tuum eſt hoc munus, tuæ partes: à te hoc civitas, vel omnes potiùs gentes non exſpectant ſolùm, ſed etiam poſtulant. quamquam, cùm [o] hortatione non egeas, ut ſuprà ſcripſi, non utar ea pluribus verbis: faciam illud, quod meum eſt, ut tibi omnia mea officia, ſtudia, curas, cogitationes pollicear, quæ ad tuam laudem & gloriam pertinebunt. Quamobrem velim tibi ita perſuadeas, me [p] tum reipublicæ cauſa, quæ mihi vitâ meâ eſt carior; tum quòd tibi [q] ipſe faveam, tuamque dignitatem amplificari velim, [r] tuis optimis conſiliis, amplitudini, gloriæ, nullo loco defuturum. Vale.

m reciperandæ *MS.*

n etiam deeſt in *MS.*

o cohortatione *MS.*

p eum *MSS.*

q ipſi *alii.*

r me tuis *MSS.*

P. B.

EPISTOLA VI.

ARG. *Suam dignitatem Brutus commendaverat, reſpondet Cicero, ſibi eam etiam atque etiam curæ fore, idque jam in ſenatu declaratum.* [A. V. C. DCCIX.] Hanc præceſſit epiſtola proxime ſequens, ſequitur ep. 22. lib. XII.

M. CI-

15. *Spem reliquam nullam video ſalutis.*] Hittorpianus codex optimus, ut in duobus hiſce libris expertus ſum; *bellum gerere: reliquiam nullam video ſalutis*, eruditè ac priſcè, ſi plures codices accederent. Palatinus verò tertius: *ſpem nullam video ſalutis:* ut pateat, locum, ut vulgò legitur, non ſic à Cicerone eſſe profectum. Epiſtola ſequenti codex Hittorpianus legit: *quæ in conventione maxima dixerim.* alias *concione.* Gebhard.

16. *Dominatu regio liberes.*] Antonio tuæ provinciæ finibus excludendo: in quo ſita videtur ſalus reipubl. *Dominatu regio*, dicit, quia, cum rege jam liberati eſſent, dominatus tamen regius manebat. epiſt. 1. lib. XII. *Non regno, ſed rege liberati videmur.* P. Manut.

17. Cum

M. CICERO D. BRUTO IMP. COS. DES. S.P.D.

LUPUS noſter cùm Romam ſexto die Mutina veniſſet, poſtridie me manè convenit; [s] tua mihi mandata diligentiſſimè expoſuit & litteras reddidit. Quòd mihi tuam dignitatem commendas, eodem tempore exiſtimo te mihi meam dignitatem commendare: quam mehercùlè non habeo tua cariorem. Quare mihi gratiſſimum facies, ſi exploratum habebis, tuis laudibus nullo loco nec conſilium, nec ſtudium meum defuturum. Cùm tribuni plebis edixiſſent, ſenatus adeſſet a. d. XIII. kal. Jan. haberentque in animo de præſidio conſulum deſignatorum referre: quamquam ſtatueram in ſenatum ante kal. Jan. non venire: tamen, cùm eo die ipſo edictum tuum propoſitum eſſet, nefas eſſe duxi, aut ita haberi ſenatum, ut de tuis divinis in rempublicam meritis ſileretur, (quod factum eſſet, niſi ego veniſſem) aut, etiam ſi quid de te honorificè [t] diceretur, me non adeſſe. Itaque in ſenatum veni manè: quòd cùm eſſet animadverſum, frequentiſſimi ſenatores convenerunt. Quæ de te in ſenatu egerim, quæ in [v] concione maxima dixerim, aliorum te litteris malo cognoſcere. Illud tibi perſuadeas velim, me omnia, quæ ad tuam dignitatem augendam pertinebunt, quæ eſt per ſe ampliſſima, ſummo ſemper ſtudio ſuſcepturum & defenſurum: quod quamquam intelligo me cum multis eſſe facturum, tamen appetam hujus rei principatum.

s tuaque *alii.*
t diceretur *Victor. & MSS.*
v conventione *MS.*

EPISTOLA VII.

ARG. *Suadet Bruto, ne in ſalute populi R. conſervanda ſenatus auctoritatem exſpectet, ſed voluntatem ſenatus pro ejus auctoritate habeat.* [A. V. C. DCCIX.] Hanc præceſſit epiſt. 5. hujus libri, ſequitur epiſtola proxime præcedens.

M. CICERO S. D. D. BRUTO IMP. CONS. DES. P. CLXXI.

17 CUM [x] adhibuiſſet domi meæ Lupus me, & Libonem, & Servium, conſobrinum tuum: quæ mea

x adiviſſet *MS.*

17. *Cum adhibuiſſet domi meæ Lupus me.*] Omnes hic vulgati codices cum veteribus concordant, quare locum ſilentio præteriſſem,

y Cn. *alii.* mea fuerit ſententia, cognoſſe te ex y M. Sejo arbitror; qui noſtro ſermoni interfuit. Reliqua, quamquam ſtatim Sejum Græcejus eſt ſubſecutus, tamen ex Græcejo poteris cognoſcere. Caput autem eſt hoc, quod te diz velim *alii.* ligentiſſime percipere & meminiſſe z volam, ut ne in libertate & ſalute populi Romani conſervanda auctoritatem ſenatus exſpectes, nondum liberi, ne & tuum factum condemnes (nullo enim publico conſilio rempublicam liberaſti: quo etiam eſt res illa major & clarior) & adoleſcentem, vel puerum potiùs, Cæſarem, judices temerè feciſſe, qui tantam cauſam publicam 18 privato conſilio ſuſceperit: denique homines ruſticos, a clementes *MS.* ſed fortiſſimos viros civeſque optimos a dementes fuiſſe judices, primùm milites veteranos, commilitob quartam *deeſt in MS.* nes tuos, deinde legionem Martiam, legionem b quartam; quæ ſuum conſulem hoſtem judicaverunt, c ſeque c ſe *MS.* ad ſalutem reipublicæ defendendam contulerunt. Voluntas

ſem, niſi quidam attentare auſi eſſent, & puram lectionem inquinare, *adiiſſet* legendo, pro *adhibuiſſet*, ut noſtra fert opinio, male. hic enim *adhibere* ſignificat quod alibi plenius *in conſilium adhibere.* Coëgerat autem familiaris D. Bruti Lupus Ciceronis domi conſilium amicorum Decimi, ut illorum ſententias de re Bruti exquireret, in quod etiam Ciceronem adhibuerat, id eſt, admiſerat & receperat, ſic ad Atticum lib. II. *De muro imperavi Philotimo, ne impediret quo minus id fieret quod tibi videretur; ut conſeo tamen adhibeas Vectium.* id eſt, in conſilium voces, rem cum ipſo deliberes: erat enim Vectius Cyri architecti libertus, ut quicquid de ædificando ſtatuendum eſſet, optime reſpondere poſſet. In prima epiſtola ad A. Torquatum plenius: *De te autem ipſo, Torquate, tuum eſt ſic agitare animo, ut non adhibeas in conſilium cogitationum tuarum deſperationem aut timorem.* Victorius.

18. *Privato conſilio.*] Epiſt. 25. lib. XII. *Puer egregius præſidium ſibi primum, & nobis, deinde ſumma reip. comparavit; qui niſi fuiſſet, Antonii reditus a Brundiſio peſtis patriæ fuiſſet.* Et Phil. III. *C. Cæſar, adoleſcens, pæne potius puer, incredibili ac divina quadam mente atque virtute, tum, cum maxime furor arderet Antonii, cumque a Brundiſio crudelis & peſtifer reditus timeretur, nec poſtulantibus, nec cogitantibus, nec optantibus quidem nobis, quia fieri poſſe non videbatur, firmiſſimum exercitum ex invicto genere veteranorum militum comparavit, patrimoniumque ſuum effudit.* Idem in aliis Philippicis, & epiſt. 7. lib. XVI. ad Att. Vellejus autem lib. II. *C. Cæſar*, ait, *XIX. annum ingreſſus, mira auſus, ac mira conſecutus, privato conſilio, majorem ſenatu pro repub. animum habuit: primumque a Calatio, mox a Caſilino veteranos excivit paternos; quorum exemplum ſecuti alii, brevi in formam juſti coire exercitus.* Idem Dio, Appianus, & alii. *P. Manut.*

19. In

luntas ſenatus pro auctoritate haberi debet, cùm auctoritas impeditur metu. Poſtremò ſuſcepta tibi cauſa jam bis eſt, ut non ſit integrum: primùm idibus Martiis; deinde proximè exercitu novo, & copiis comparatis. Quamobrem ad omnia ita paratus, [d] ſeu animatus debes eſſe, non ut nihil facias, niſi juſſus; ſed ut ea geras, quæ ab omnibus ſumma cum admiratione laudentur. d ita *alii.*

EPISTOLA VIII.

ARG. *Scribit de legatis ad Antonium de pace miſſis, quaque ſit omnium de Bruto exſpectatio, conſenſioque ad libertatem recuperandam. Hirtio & Panſa Coſſ.* [A.V.C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 24. lib. XII, ſequitur ep. 3. lib. X.

M. CICERO S. D. BRUTO IMP. COS. DES. P. B.

19 EO tempore Polla tua miſit, ut ad te, ſi quid vellem, darem litterarum, cùm [f] quid ſcriberem, non habebam. Omnia enim erant ſuſpenſa propter exſpectationem legatorum: qui quid egiſſent, nihildum nuntiabatur. Hæc tamen ſcribenda exiſtimavi: primùm, S.P.Q.R. de te laborare, non ſolùm ſalutis ſuæ cauſa, ſed etiam dignitatis tuæ. admirabilis enim eſt quædam tui nominis caritas, amorque in te ſingularis omnium civium. Ita enim ſperant, atque confidunt, ut anteà rege; ſic hoc tempore regno te rempublicam liberaturum. Romæ [g] dilectus habetur, totaque Italia; ſi hic [g] dilectus appellandus eſt, cùm ultro ſe offerunt omnes: tantus ardor occupavit animos hominum deſiderio libertatis, odioque [h] diutinæ ſervitutis. De reliquis rebus à te jam exſpectare litteras debemus, quid ipſe agas, quid noſter Hirtius, quid Cæſar meus: quos ſpero brevi tem-

e Eodem *MS.*
f *alii* quod.
g delectus *alii.*
h diurnæ *MSS.*

19. *Eo tempore Polla tua miſit ad me, ut ad te &c.*] Nulli veteres codices *ad me* habent; quare nos eorum auctoritatem ſecuti eam partem negleximus. Sæpe autem *miſit* notum fecit, certiorem reddidit, ſignificat. Cicero ad Tironem, *Curio miſi, ut medico honos haberetur.* Ad Atticum lib. XIII. *Miſi equidem ei nuntiari te quoad potuiſſes exſpectaſſe ejus adventum.* etſi hoc eodem libro inquit: *Mitte ad Lupum noſtrum, ut is nobis eas centurias conficiat.* Et ad Att. lib. IV. *Id cujuſmodi ſit, aut nunc ſi ſcies, aut cum is Romam venerit, ad me mittas velim.* Victorius.

20. Ini-

tempore ſocietate victoriæ tecum copulatos fore. Reliquum eſt, ut de me id ſcribam, quod te ex tuorum litteris & ſpero; & malo cognoſcere; me neque deeſſe ulla in re, neque umquam defuturum dignitati tuæ.

EPISTOLA IX.

ARG. *Rogat Ciceronem, proſpiciat; ne; utroque conſule ad Mutinam amiſſo, hoſtes reip. convaleſcant, monetque quid agendum judicat.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 9. lib. x. ſequitur epiſt. 25. lib. XII.

D. BRUTUS S. D. M. CICERONI.

PANSA amiſſo, quantum detrimenti reſpublica acceperit, non te præterit. nunc auctoritate & prudentia tua [i] proſpicias oportet, ne [20] inimici noſtri, conſulibus ſublatis, ſperent ſe convaleſcere poſſe. Ego, ne conſiſtere poſſit in Italia Antonius, dabo operam. ſequar eum confeſtim. utrumque me præſtaturum ſpero, ne aut Ventidius elabatur, aut Antonius in Italia moretur. In primis rogo te, ad hominem ventoſiſſimum, Lepidum, mittas, ne bellum nobis redintegrare poſſit, Antonio ſibi conjuncto. Nam de Pollione Aſinio puto te [k] perſpicere, quid facturus ſit. multæ, & bonæ, & firmæ ſunt legiones Lepidi & Aſinii. Neque hæc idcirco tibi ſcribo, quòd te non eadem [l] advertere ſciam, ſed quòd mihi [m] perſuaſiſſimum eſt, Lepidum recte facturum numquam, ſi fortè vobis id de hoc dubium eſt. Plancum quoque confirmetis oro: quem ſpero, pulſo Antonio, reipublicæ non defuturum. [21] Si ſe Alpes Antonius trajecerit, conſtitui præſidium in Alpibus collocare, & te de omni re facere certiorem. III. kal. Maji, ex caſtris [n] Regii.

i proſicias *MS.*

P. CLXXII.

k *alii* proſpicere.

l animadvertere *MS.*

m perſuaſi Aſinium & Lep. *MSS.*

n *alii* Rhegii.

EPISTOLA X.

ARG. *Queritur de quorundam malevolentia, & reip. periculis* ...

20. *Inimici noſtri.*] Videtur Octavianum ſignificare: qui percuſſores parentis ſui diligere non poterat: id quod, inita cum Antonio & Lepido ſocietate, declaravit. vide illud epiſt. 10. *Quantamque cupiditatem, &c.* P. Manut.

21. *Si ſe Alpes Antonius trajecerit.*] Videtur ſcribendum, *ſi aut Alpes Antonius trajecerit.* Urſinus.

22. Gra-

exponit. [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 25. lib. XII. ſequitur proxime addita.

D. BRUTUS S. D. M. CICERONI.

NON mihi rempublicam plus debere arbitror, quàm me tibi; [22] gratiorem me eſſe in te poſſe, quàm iſti perverſi [o] ſint in me, [23] exploratum habes: [24] ſi tamen hoc temporis videatur dici cauſa, malle [p] me tuum
o ſunt MS.
p mehercule alii.

22. *Gratiorem me eſſe.*] Videtur excidiſſe particula, *Nec*, ut fuerit: *nec gratiorem*; hoc ſenſu: nec arbitror, me tam gratum poſſe eſſe tibi; quam iſti malevoli ſunt in me perverſi. *J. F. Gronov.*

23. *Exploratum habes (ſint, an hæc temporis videantur dici cauſſa) malle me tuum judicium.*] Sic videtur legendum. Quæ iſti, qui mihi obtrectant, prætexunt, hæc ſive revera ita ſe habeant, ſive ab eis fingantur temporis cauſſa: tu dubitare non debes, quin ego placere tibi malim, quam iſtis omnibus. *Idem.*

24. *Si autem hoc tempore ab his videatur dici cauſſa ſimulationis, &c.*] Nos hunc locum mendoſum exiſtimamus: ſed tamen quia in veteribus nonnihil ſcrupuli erat, receptam lectionem non delevimus: adpoſita tamen nota quaſi damnavimus, & non ſine præjudicio quodam huc ad cauſſam dicendam rejecimus. Semel jam auditis utriuſque rationibus, in alteram partem magis propenſi ſumus. Impreſſa lectio omnibus expoſita & aperta eſt: vetus ut eſt, huc transferetur, *ſit an hoc tempore is videantur dici cauſſa malle me, &c.* Nos, ſi paullum eam adjuves, ſinceriorem veterem judicamus: arbitramur autem ex duabus illis dictionibus, *tempore is*, unam faciendam ſecundo caſu ab hoc recto, tempus, antiqua nec infrequenti ſcriptura in hoc codice, ut ad Tyronem, *Dei benei quanto mihi illud erit amabilius.* Et ad Plancum, *Qui aut armis poſiteis pacem petere debent.* retinet enim Mediceus codex veterem ſcripturam: ut hac etiam epiſtola, quod in infinitis marmoribus notatum eſt, *libere* pro *livere* poſitum eſt. Hoc autem concesso, vel ut *hac* pro *hoc* legas, vel contra ſingulariter, quod eſt in antiquo numero multitudinis *videantur*, omnem hunc locum (ut arbitror) non incommode reſtitueris. Dictiones autem quædam in vulgatis ſuppletæ, niſi fallor, abundant. Quod ſi duriuſculus eſt hujus loci ſenſus, conciſiorque verborum ſtructura, hujus viri ſcriptioni attribues, qui imitabatur λακωνισμόν. Victor. Qui dum liber ederetur purgari non potuit locus, quomodo reſtitui deberet in caſtigationibus noſtris perſcriptum eſt: quem tamen nonnulli videri volunt ope ſe aliorum librorum caſtigaſſe, cum puſilla tantum in re, ac fortaſſe ſine cauſſa, a me diſſentiant. *temporis cauſſa* ſæpe etiam Cicero dixit, ut ad Q. Fratrem 270. *Si temporis cauſſa conſtituerentur, levis.* Et in Verrem, 102. *Fingi a me totum temporis cauſſa putatote.* Idem in poſter. *Si tamen hae temporis videantur dici cauſſa malle me tuum judicium.*] Anton. Auguſtinus ita legit hunc locum: *ſi tamen hoc tempore videatur dicis*

cauſſa

tuum judicium, quàm ex altera parte omnium iſtorum. Tu enim à certo ſenſu, & vero judicas de nobis: quod iſti ne faciant, ſumma [q] malivolentia & livore impediuntur. Interpellent me, quo minùs honoratus ſim, dum ne interpellent, quo minùs reſpublica à me commodè adminiſtrari poſſit. Quæ quanto ſit in periculo, quàm potero breviſſimè exponam. Primum omnium, quantam perturbationem rerum [r] urbanarum afferat obitus conſulum, quantamque cupiditatem hominibus [25] injiciat vacuitas, non te fugit. Satis me multa ſcripſiſſe, quæ litteris commendari [s] poſſint, arbitror. Scio enim, cui ſcribam. Revertor nunc ad Antonium: qui ex fuga cùm parvulam manum [t] peditum haberet inermium, ergaſtula ſolvendo, omneque genus hominum [v] arripiendo, ſatis magnum numerum videtur effeciſſe. Huc acceſſit manus Ventidii, quæ trans Apenninum itinere facto difficillimo [26] ad Vada per-

q *alii* malev.

r huma-nar. *MS.*

P. B.

s *alii* poſſunt.

t militum *Grav.*

v abrip. *MSS.*

cauſſa mallem tuum judicium. & paullo poſt, *vacivitas* pro *vacuitas*, Urſinus. *Si autem hoc tempore ab his videatur dici cauſa ſimulationis, mallem mehercule tuum judicium.*] Nihil diſceſſi à vulgatâ lectione, quam & in ſuâ editione exhibuit P. Victorius. Palatinus primus ita hunc locum concipit: *Sit an hoc tempore is videantur dici cauſa malle me tuum judicium quam ex alt.* Tertius verò: *Si tamen hoc tempore ab iis videantur dici ea mallem me hercule.* Lambinus et conſenſu Manutii imò ductu (nam hic præiit) legit: *Si tamen hoc temporis videantur dici cauſa, malim meh.* Gulielmianus, puto, Stewechianum reſpiciens, qui fermè Palatino tertio reſpondet, legendum ducit: *Sit, an hoc temporis videatur, dicis cauſa.* Antonius Auguſtinus, teſtante Urſino, malebat: *Si tamen hoc tempore videatur dicis cauſa mallem tuum judicium.* Hæc collegi, ut ſtudioſus lector ad ſuum guſtum eligeret quod lubet: nos temerarii in mutando non potuimus eſſe. *Gebhard.* Repræſentavi lectionem Victorianam, ut Grævius exhibuit.

25. *Injiciat novitas.*] Omnes veteres codices *vacuitas*, omnino melius, id eſt, ſpoliatam eſſe remp. Conſulibus: nondum enim novi creati erant. *Victorius.*

26. *Ad Vada pervenit.*] Scilicet *Sabatia*, ſeu *Sabatorum*. Sabata erat oppidum maritimum in ora Genuenſi præcipuum non longe Savonâ diſtans, cui adjacent campi paluſtres, qui *Vada* dicuntur & *Vada Sabatorum*, ſeu *Sabatia*, quæ deſcribit Lucan. lib. I.

Quaque jacet littus dubium, quod terra fretumque
Vindicat alternis vicibus, cum funditur ingens
Oceanus, vel cum refugis ſe fluctibus aufert.

Ibi etiam *portus* fuit *Vadorum Sabatiorum*, cujus meminit Plin. III, 5. is hodie dicitur *Vadi*, ſive contracte *Vai*, vulgo *Ve*. vide Cluver. Ital. Antiq. lib. I. cap. 8. *Grav.*

27. Neque

pervenit, atque ibi ſe cum Antonio conjunxit. Eſt numerus veteranorum, & armatorum ſatis frequens cum Ventidio. Conſilia Antonii hæc ſint; neceſſe eſt: aut ad Lepidum ut ſe conferat; ſi [x] recipitur; aut Apennino Alpibuſque ſe teneat, & decurſionibus per equites, quos habet multos, vaſtet ea loca, in quæ incurrerit: aut rurſus ſe in Etruriam referat, quòd ea pars Italiæ ſine exercitu eſt. Quòd ſi me Cæſar audiſſet, atque [y] Apenninum tranſiſſet: in tantas anguſtias Antonium [z] compuliſſem, ut inopia potiùs, quàm ferro conficeretur. Sed 27 neque Cæſari imperari poteſt, 28 nec Cæſar exercitui ſuo: quod utrumque peſſimum eſt. Cùm hæc talia ſint: quo minùs, quòd ad me pertinebit, 29 homines interpellent, 30 ut ſuprà ſcripſi, non impedio. Hæc quemadmodum explicari poſſint, aut, à te cùm explicabuntur, ne impediantur, timeo. Alere jam milites non poſſum. Cùm ad rempublicam liberandam acceſſi, H-S. 31 mihi fuit pecuniæ [a] cccc amplius. Tantum abeſt, 32 ut meæ rei familiaris liberum ſit quidquam, ut omnes jam meos amicos ære alieno obſtrinxerim. [b] 33 Septenûm numerum nunc legionum alo:

x recipiatur *MSS.*

y in Apenn. *MSS.*

z alii compuliſſet.

a alii quatuor millibus.

b Septem nunc num. leg. *MS.*

27. *Neque Cæſari imperari poteſt.*] Qui jus imperii habeat ipſe; & nullum ſit imperium majus, quia conſules non ſunt. *J. F. Gronov.*

28. *Nec Cæſar exercitui ſuo.*] Quia non juſto delectu ſcriptus eſt; ſed tumultuarie collectus & ſine diſciplina. *Idem.*

29. *Homines interpellent.*] Videntur prohibuiſſe; ne pecunia in ſtipendium militum ex ærario decerneretur. ep. 26. *Idem.*

30. *Ut ſupra ſcripſi.*] In eadem epiſtola. *ſupra*, & *antea* differunt, *ſupra*, rem ſignificat: *antea* tempus. quo modo etiam differunt *Adhuc*; & *Hactenus*. ep. 9. lib. VI. *Quod tibi ſupra ſcripſi; Curionem frigere: jam calet.* Et pro Cæcina; *Ille, quem ſupra deformavi.* P. Manut.

31. *Mihi fuit ſeſtertium quatuor millibus amplius.*] Veneti, *ſeſtertiûm mihi fuit quatuor M. amplius.* Nihil reperio, quod aliud putem accipiendum quam quater mille ſeſtertia ſibi fuiſſe, dicere Plancum. Figura tantum ſermonis nonnihil obſtat. Nam eſſet quadringenties. De nummis quidem ſeſtertiis intelligi plane non poteſt. *Camerar.*

32. *Ut meæ rei familiaris ſit liberum quicquam.*] Ut rationes explicatas habeam, ut ære alieno vacem. Vide lib. II. de Pecunia Vetere cap. 7. *J. F. Gronov.*

33. *Septenum numerum nunc legionum alo.*] Nec ſeptena legiones, nec ſeptenas numerus hic priſci Quirites agnoſcerent: Hittorp: *Septem nunc numerum legionum alo.* Sane τὸ *nunc* in nullo meo, in

alo: qua difficultate, tu arbitrare. Non, [34] ſi Varronis theſauros haberem, [35] ſubſiſtere ſumptui poſſem. Cùm primùm de Antonio exploratum habuero, faciam te certiorem. Tu me amabis ita, ſi hoc idem me in te facere ſenſeris. III non. Maji, [36] ex caſtris, [c] Dertona.

Pag. CLXXIII.

c *alii* Derthona.

EPI-

nullo Palatino, in nullo Guilielmiano poſt numerum ponitur. legendum itaque cenſeo, *ſeptem nunc numeros legionum.* *Numeri* ſunt cohortes, uti ſæpe apud Tacit. Sic & legend. in epiſtola Caſſii in lib. XII. ep. 13. *Ex quibus utriſque civitatibus, Græcorum militum numeros, ſpeciem exercitus effeci.* vulgo, *Græcorum militum numero.* ſed hoc etiam Guilielmius vidit. Nicolaus Heinſius quoque reſtituit Ovidio in epiſtola Hermiones,

Nec tu mille rates ſinuoſaque vela pararis;
Nec numeros Danai militis: ipſe veni.

vide quæ ibi vir ſummi ingenii notavit. Extat apud me inſcriptio antiqua, in vicino agro Wiltenburgenſi eruta,

D. M. VALENTI
BITI TRALI
EX. N. ALÆ I.
...ACHUM H. M. P.

hoc eſt, Numero alæ primæ Thracum, pro quo ſcribitur *Trachum*, ut *Trachia* pro Thracia in codice Juſtinianeo. *Grævius.*

34. *Varronis.*] Significat Antonium, qui theſauros C. Cæſaris, ad Opis ædem depoſitos, abſtulerat. Phil. II. & epiſt. ad Att. & omnis hiſtoria. *Varronis* autem, pro nequam hominis & diſſoluti. vide epiſt. ult. lib. IX. *Ille Baro.* P. Manut. *Si Varronis theſauris haberem.*] De quibus fortaſſe loqueretur Varro in eo libro quem περὶ Πλȣ́τȣ inſcripſerit: nam M. Varro inter divites non eſt numeratus, niſi alter fuerit. *Corrad.*

35. *Suſtinere ſumptum.*] Veteres omnes *ſubſiſtere ſumptui* habent. Quam lectionem & recepimus & probavimus. intelligimus enim, *ſubſiſtere ſumptui*, pares eſſe ſumptui, poſſe in ſumptibus qui ſunt manere & perdurare: ita quaſi me fortem præbere his ſumptibus, ut eos regam, nec eorum preſſu corruam. *Victor.* *Subſiſtere ſumptui poſſem.*] Elegantiſſimè ſic Palatini duo, pr. tert. Vaticani excerpta, Stewechianus, Hittorpianus; idque ex Medic. in ſuâ impreſſione ſecutus eſt Victorius. Ex gloſſa in editionibus ſequius legitur, *ſuſtinere ſumptum poſſum.* Gebhard. *Subſiſtere ſumptui* eſt idem, quod vulgarius ſuſtinere ſumptum, tantum habere in bonis, ut ſumptui ferendo ſufficias. Sic verbo utitur Liv. lib. XXVII. *Maxime movit patres tranſitus Aſdrubalis in Italiam, vix Annibali atque ejus armis ſubſiſtentem.* Tibullus Carm. ad Meſſal.

Pro te vel ſolus denſis ſubſiſtere turmis.

Cæſar lib. V. de Bell. Gall. *Prope omnes naves afflictas, atque in littore ejectas eſſe, quod neque anchoræ funeſque ſubſiſterent, neque nautæ gubernatoreſque vim tempeſtatis pati poſſent.* Claudian.

Nec tantis unum ſubſiſtere poſſe periclis. J. F. Gronov.

36. *Ex caſtris Dertona.*] Plinius ſane lib. III. cap. 5. *Dertona* colo-

EPISTOLA XI.

ARG. *Merita Ciceronis erga ſe attingit: Antonii profectionem ad Lepidum, dubiam Planci fidem, ſuum in remp. ſtudium ſignificat.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit epiſt. ſuperior, ſequitur ep. 12. lib. XII.

D. BRUTUS IMP. COS. DES. S. D. M. CICERONI.

EODEM exemplo à te mî litteræ redditæ ſunt, quo pueri mei attulerunt. Tantum me tibi debere exiſtimo, quantum perſolvere difficile eſt. Scripſi tibi, quæ hîc gererentur. in itinere [d] eſt Antonius: ad Lepidum proficiſcitur: ne de Planco quidem ſpem adhuc abjecit, ut ex libellis ejus animadverti, qui in me inciderunt. In quibus quos ad Aſinium, quos ad Lepidum, quos ad Plancum mitteret, ſcribebat. Ego tamen non habui ambiguum, & ſtatim ad Plancum miſi: & biduo ab Allobrogibus, & totius Galliæ [e] legatos exſpecto; quos confirmatos domum remittam. Tu, quæ iſtic opus [f] erunt adminiſtrari; [g] proſpicies, ut ex tua voluntate, reique publicæ commodo fiant. Malivolentiæ hominum in me; ſi poteris, occurres. ſi non poteris, hoc conſolabere, quòd me de ſtatu meo nullis contumeliis deterrere poſſunt. pridiè nonas Maji ex caſtris, finibus 37 Statiellenſium.

d eſt deeſt in MS.

e populis leg. alii.

f erit alii.

g perſpicies MS.

EPI-

coloniam his locis memorat, cujus eadem & una eſt (ut putamus) quæ Decimi *Derthoma*. nam quantum ad ejus verum nomen *Dertonam*ne, an *Derthoma* fuerit, maluimus nos hac parte antiquorum codicum fidem ſequi, quos admirandæ vetuſtatis habuimus, quam vulgatos Plinii codices. Quod ſi Strabonis orthographiæ fidem habeamus, recte vetera exemplaria aſpirationem retinent: melius tamen impreſſi codices *Dertona* non *Dertomam* habent: ab eo enim *Derthon* appellatur, ἔϛι δὲ ὁ Δερθὼν πόλις ἀξιόλογος κειμένη κατὰ μέσην την ὁδὸν τὴν ἀπὸ Γενύας εἰς Πλακεντίαν, ἑκατέρας διέχουσα ϛαδίυς υ΄. Nam quod nonnulli: *de Rhotonia*, rem claram confundunt. *Victor.* Scribendum *Dertona*, quæ urbs Liguriæ fuit inter Genuam & Placentiam ſita, Colonia Romanorum. In inſcriptione antiqua dicitur *Julia Dertona*. hodie *Tortona*. vide Cluver. Ital. Antiq. lib. 1. cap. 10. qui ibi hunc locum laudans; ſcripſit *Ex caſtris Dertona*.

37. *Statiellenſium.*] Plin. lib. III. cap. 5. & lib. XXXI. cap. 2. *Corrad.* *Finibus Statiellenſium.*] Hoc eſt, in agro, ſeu, ut barbari loquuntur; ditione Statiellenſium. *Aqua Statiella*, ſeu *Aquæ* Sta-

EPISTOLA XII.

ARG. *Ita queritur bellum ab Antonio renovatum, ut in eo nonnullam Bruti culpam videatur agnoſcere.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 19. lib. x. ſequitur ep. 33. ejuſdem libri.

M. CICERO S. D. BRUTO IMP. COS. DES.

TRES uno die à te accepi epiſtolas: unam brevem, quam Flacco Volumnio dederas; duas pleniores: quarum alteram tabellarius T. Vibii attulit; alteram ad me miſit Lupus. Ex tuis litteris, & ex Græceji oratione, non modò non reſtinctum bellum, ſed etiam inflammatum videtur. Non dubito autem, pro tua P. B. ſingulari prudentia, quin perſpicias, ſi aliquid firmitatis nactus ſit Antonius, omnia tua illa præclara in rempublicam merita ad nihilum eſſe ventura. Ita enim Romam erat nuntiatum, ita perſuaſum omnibus, cum paucis [h] inermis, perterritis metu, fracto animo, fugiſſe Antonium. Qui ſi ita ſe habet, ut, quemadmodum audiebam de Græcejo, confligi cum eo ſine periculo non poſſit: non ille mihi fugiſſe à Mutina videtur, 38 ſed locum belli gerendi mutaſſe. Itaque 39 homines alii facti ſunt: nonnulli etiam queruntur, quòd perſecuti non ſitis, opprimi potuiſſe, ſi celeritas adhibita eſſet, [i] exiſtimant. Omnino eſt hoc populi, maximeque noſtri, in eo potiſſimùm abuti libertate, per quem eam conſecutus ſit. Sed tamen providendum [k] ſit, ne [l] quæ juſta querela eſſe poſſit. Res ſe ſic habet. Is bellum

[h] inermibus *alii.*
[i] exiſtimatur *MSS.*
[k] *alii* eſt.
[l] qua *alii.*

Statiellonum urbs Liguriæ, inter Dertonam, & Vada Sabatia, hodie vulgari vocabulo appellatur *Acqui*, & ab incolis *Aich.* Cives hujus urbis *Statiellenſes*, tota vero gens *Statiellates*, poſterioribus ſcriptoribus *Aquenſes.* vid. Cluver. lib. 1. de Ital. Antiq. c. 10. *Gravius.*

38. *Sed locum belli gerendi mutaſſe.*] Guliel. Veriſimil. lib. III. cap. 2. ex Stewechii libro legit, *ſed ſolum belli gerendi mutaſſe.* ut & paullò poſt: *homines alii fatiſcunt:* pro quo in libris mſſ. *alii facti ſunt.* in editionib. *alii fracti ſunt.* Nos noſtram fidem unius codicis auctoritate fundare noluimus. Epiſtola XIV. ex veſtigiis Stewech. Hittorpianique legit Gulielm. *Novi tumores retexunt ſuperiora.* Gebhard.

39. *Homines alii facti ſunt.*] Sic Veneti ſenſu nequaquam incommodo, alii *fracti ſunt.* Camerar.

46. *Iam

bellum confecerit, qui Antonium oppreſſerit. Hoc quam vim habeat, te exiſtimare malo, quàm me apertiùs ſcribere.

EPISTOLA XIII.

ARG. *Tarditatem ſuam excuſat in Antonio perſequendo: quo res in ſtatu ſit, exponit.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 15. lib. XII. ſequitur ep. 35. lib. X.

D. BRUTUS M. T. C. S. D.

40 JAM non ago tibi gratias. Cui enim re vix referre poſſum, huic verbis non patitur res ſatisfieri. Attendere [m] te volo, quæ in manibus ſunt. Qua enim prudentia es, nihil te fugiet, ſi meas litteras diligenter legeris. Sequi confeſtim Antonium his de cauſis, Cicero, non potui. eram ſine equitibus, ſine jumentis: 41 Hirtium periiſſe neſciebam: Cæſari non credebam prius, quàm conveniſſem, & collocutus eſſem. Hic dies hoc modo abiit. Poſtero die manè [n] à Panſa ſum arceſſitus Bononiam. Cùm in itinere eſſem, nuntiatum mihi

m *te non eſt in MS.*

n *ad Panſam MS.*

40. *Jam non ago tibi gratias.*] Poſt hanc D. Bruti epiſtolam alia ejuſdem erat, quæ vetuſtate, aut negligentia librariorum periit. Ejus autem initium fuit, *Parmenſes miſerrimos.* Cognovimus hoc ex indice libri, de quo ſæpe antea mentionem fecimus: poſt titulum enim & initium hujus, *Jam non ago tibi gratias*, ita in eo ſcriptum eſt, *D. Brutus Cos. deſig. M. Ciceroni S. D. Parmenſes miſerrimos.* In libro autem ipſo, ubi eſſe debuit, nullum veſtigium illius apparet. Credimus omnino hanc D. Bruti epiſtolam amiſſam eſſe, neque temere initium illius in indice Medicei libri ſcriptum fuiſſe. Id etiam res ipſa declarat: ſcimus enim Parmenſes ab Antoniis his temporibus magnis incommodis affectos eſſe. In Philip. XII. *Quæque eſſet facturus in hac urbe, niſi eum hinc ipſe Jupiter ab his mœnibus repuliſſet, declaravit in Parmenſium calamitate.* Et non multo poſt, *refugit animus P. C. atque reformidat dicere, quæ L. Antonius in Parmenſium liberis, & conjugibus effecerit.* Sed etiam Aſinius in epiſt. ad Ciceronem ſcripſit, ſe audiſſe Parmam direptam: quod tamen potuit falſum eſſe, quemadmodum nonnulla alia, quæ rumor ad illum pertulerat. *Victorius.*

41. *Hirtium periſſe neſciebam: Cæſari non credebam.*] Non inepte Hittorpianus, quem Guilielmius olim evolvit, *Hirtium periſſe neſciebam, Aquilam periſſe neſciebam, Cæſari non credebam.* Pontius Aquila fuit inter eos, qui in Cæſarem conjurarunt. In Mutinenſi prœlio periit. Videtur autem repetitio τῦ *periſſe neſciebam* hic miram habere ἐνέργειαν. Græv.

mihi eſt, eum mortuum eſſe. Recurri ad meas copio-
Pag. laſ. ſic enim vere eas appellare poſſum. Sunt extenua-
CLXXIV. tiſſimæ, & inopia omnium rerum peſſimè acceptæ.
o ita Græv. Biduo me Antonius antecesſit. o itinera fecit multo
alii aliter. majora fugiens, quàm ego ſequens. Ille enim 42 iit
paſſim, ego ordinatim. Quacumque iit, ergaſtula ſol-
p abripuit vit, homines p arripuit. conſtitit nuſquam prius, quàm
MS. ad Vada venit. Quem locum volo tibi eſſe notum.
Jacet inter Apenninum & Alpes, 43 impeditiſſimus ad
iter faciendum. Cùm abeſſem ab eo millia paſſuum tri-
q Venti- ginta, & ſe jam q Ventidius conjunxiſſet; concio ejus
dio alii. ad me eſt allata: in qua petere cœpit à militibus, ut ſe
trans Alpes ſequerentur; ſibi cum M. Lepido conveni-
re. Succlamatum eſt, & frequenter à militibus Venti-
dianis, (nam ſuos valde quàm paucos habet) ſibi aut in
r Etiam Italia pereundum eſſe, aut vincendum. r Et orare
alii. cœperunt, ut Pollentiam iter facerent. Cùm ſuſtinere
eos non poſſet, in poſterum diem iter ſuum contulit.
Hac re mihi nuntiata, ſtatim quinque cohortes Pollen-
tiam præmiſi, meumque iter eò contuli. hora antè
præſidium meum Pollentiam venit, quàm Trebellius
cum equitibus. ſanè quàm ſum gaviſus. in hoc enim
victoriam puto conſiſtere. In ſpem venerant, quòd
neque Planci quatuor legiones omnibus ſuis copiis pares
arbitrabantur; neque ex Italia tam celeriter exercitum
trajici poſſe credebant. 44 quos ipſi adhuc ſatis arrogan-
ter

42. *Iit paſſim.*] Huic opponitur *pilatim ire.* Sempronius, *Quartum ſignum accedebat, ſive pilatim, ſive paſſim iter facere volebat.* Paſſim eſt expanſo in latum agmine, *pilatim* denſato & ſtricto. Pilatum enim agmen eſt, quod fronte anguſtiore oblongum, &, ut Varro ait, inter ſe denſum eſt. vid. Hermanni Rhabodi Scheelii cap. 11. de Itinere, inter additiones ad notas in Hyginum & Polybium de Caſtris Romanorum. *Grav.*

43. *Impeditiſſimus ad iter faciendum.*] Quia cœnoſus eſt & paluſtris. Strabo lib. IV. *Ἄρχονται δὲ αἱ Ἄλπεις οὐκ ἀπὸ Μονοίκου λιμένος, ὡς εἰρήκασί τινες, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν αὐτῶν χωρίων ἀφ᾽ ὧνπερ καὶ τὰ Ἀπέννινα ὄρη κατὰ Γένουαν, καὶ τὰ καλούμενα Σαβάτων Οὔαδα, ἅπερ ἐστὶ τενάγη. Incipiunt Alpes non a Monœci portu, ut quidam tradiderunt; ſed ab iiſdem locis a quibus & Apenninus mons, circa Genuam, & quæ vocantur Sabatorum Vada, quæ ſunt loca cœnoſa & paluſtria.* Græv.

44. *Quos ipſi adhuc ſatis arroganter Allobroges ſuſtinebant.*] Cum dicat, *Ipſi*, apparet Pollentiam, quæ ab Antonio oppugnabatur, opidum Allobrogum fuiſſe. Pollentiam autem cis alpes eſſe,
tum

ter Allobroges equitatuſque omnis, qui eò præmiſſus erat à nobis, ſuſtinebant: noſtroque adventu ſuſtineri faciliùs poſſe confidimus. Tamen ſi quo etiam caſu Iſaram ſe trajecerint, ne [s] quod 45 detrimentum reipublicæ injungant, ſumma à nobis dabitur opera. vos magnum animum, optimamque ſpem de ſumma republica habere volumus, cùm & nos & exercitus noſtros ſingulari concordia conjunctos, ad omnia pro vobis videatis paratos. Sed tamen nihil de diligentia remittere debetis, dareque operam, ut quàm paratiſſimi [t] & ab exercitu reliquiſque rebus pro veſtra ſalute contra ſceleratiſſimam conſpirationem hoſtium confligamus. qui quidem eas copias, quas diu ſimulatione reipublicæ [v] comparabant, ſubitò ad patriæ periculum converterunt.

s quid detrimenti *alii.*

P. B.

t *alii non habent* &c.

v *alii* compararant.

EPISTOLA XIV.

ARG. *Reſpondet Bruti litteris de decemviris creandis, de Octaviano ornando, de legionibus Martia & Quarta, de pecunia. Addit hominum admirationem propter bellum renatum: cujus exitus ne timeatur, ad ipſum Brutum pertinere dicit.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 26. lib. x. ſequitur ep. 20. hujus libri.

M. T. C. D. BRUTO, IMP. CONS. DES. S. P. D.

MIRABILITER, mi Brute, lætor, mea conſilia, meaſque ſententias à te probari 46 de decemviris, de

tum hæc epiſtola demonſtrat, tum Silius Poëta lib. XII. cum ait:

Vercellæ, fuſcique ferax Pollentia villi.

nam Plinius unam videtur agnoſcere Pollentiam, quam in majore Balearium inſula ſtatuit. Strabo nullam nominat. Quod ſi Pollentia, ut oſtendi, opidum Allobrogum fuit: Allobrogum ditionem & cis alpes, & in alpibus, & trans alpes etiam fuiſſe dicemus. trans alpes enim eos ponit Plinius in provincia Narbonenſi: idque confirmat lib. XVIII. cap. 8. *Trans alpes* (inquit) *in Allobrogum tantum Arvernorumque agro pertinax, in ceteris ibi partibus biennio in triticum tranſit.* Aſſentitur Strabo libro IV. *Arroganter*, dixit, pro animoſe, & turpiter. *P. Manut.*

45. *Detrimentum reip. injungant.*] Exquiſitius pro *inferant* damnum vel detrimentum. Sic injungere inimicos alicui pro facere vel comparare; apud Cæſar. lib. I. de Bell. Civ. *Cum omnibus inimicis in gratiam redierat, quorum ille maximam partem, illo affinitatis tempore injunxerat Cæſari.* Apud Liv. lib. III. *injungere injuriam*, & alibi apud eundum *injungere contumeliam.* J. F. Gronov.

 46. Da

de ornando adoleſcente. Sed quid refert? mihi crede, homini non glorioſo: planè jam, Brute, frigeo. ὄργανον enim erat meum ſenatus. id eſt jam diſſolutum. Tantam ſpem attulerat 47 exploratæ victoriæ tua præclara Mutinâ eruptio, fuga Antonii, conciſo exercitu, ut omnium animi relaxati ſint, 48 meæque illæ vehementes contentiones, tamquam σκιαμαχίαι eſſe videantur. Sed, ut ad rem redeam, legionem Martiam & quartam negant, qui illas norunt, ulla conditione ad te poſſe perduci. Pecuniæ, quam deſideras, ratio poteſt haberi, eaque habebitur. De Bruto arceſſendo, Cæſareque ad Italiæ præſidium tenendo, valde tibi aſſentior. Sed, ut ſcribis, habes obtrectatores; quos equidem facillimè ſuſtineo: ſed impediunt tamen. Ex Africa legiones exſpectantur. Sed bellum iſtic renatum mirantur homines. Nihil tam præter ſpem umquam. Nam die tuo natali victoria nuntiata, in multa ſecula videbamus rempublicam liberatam. x Novi timores 49 retexunt ſuperiora. Scripſiſti autem ad me y iis, quas idibus Majis dediſti, modò te accepiſſe à Planco litteras, non recipi à Lepido Antonium. Id ſi ita eſt, omnia faciliora: ſin aliter, magnum z negotium: 50 cujus exitum a non

x Hi novi *MSS.*
y literis his *MS.* P.CLXXV.
z neg. reſtat *Lamb.*

46. *De decemviris.*] Creandis, qui ab Antonio conſulatus geſti rationem repoſcerent. *J. F. Gronov.*

47. *Explorata tua victoria, tua præclara Mutina eruptio.*] Veneti, *explorata victoria tua præclara Mutinâ eruptio.* Sed hanc compoſitionem jam reprehendent, ut & illam reprehenderunt aliqui Maronianam: *At regina pyrâ penetrali in ſede ſub auras Erecta.* Nos tamen hoc non debemus pati obſtare nobis, quo minus, ſi videatur, Venetam lectionem ſequamur. *Camer.*

48. *Meaque illa vehementes conciones.*] Nos *contentiones* ſcripſimus, ut invenimus in duobus illis maxime mihi probatis codicibus, quorum ope olim Politianus hac ipſa in epiſtola Græcas voces abolitas reſtituit: eoſdem enim habuimus, accurateque ſummo otio pertractavimus. Loca autem ab Angelo reſtituta, ab omnibus nunc recepta, nos quoque mirabiliter probamus. *Victorius.*

49. *Retexunt ſuperiora.*] *Retexere* eſt quod contextum eſt diſtractis filis reſolvere, & inde ponitur pro irritum facere. Sic inferius ep. 38. *An quod adoleſcens perſtiti, cum etiam errare cum excuſatione poſſem, id nunc ætate præcipitata commutem, ac me ipſe retexam.* Vide etiam Senec. ep. 83. & 94. *J. F. Gronov.* *Retex. ſuperiora.*] Irrita faciunt, & vana. Cic. II. in Verr. *Omnia erant Metelli ejuſmodi, ut totam illius præturam retexere videretur.* hoc eſt, illius acta reſcindere. Non male Hittorp. & Stewech. *Hi novi timores retexunt ſuperiora.* Græv.

50. *Cujus*

a non extimeſco; tuæ partes ſunt. Ego plus, quàm feci, facere non poſſum. Te tamen, id quod ſpero, omnium maximum & clariſſimum videre cupio. a *ita MSS, alii aliter.*

EPISTOLA XV.

ARG. *Laudat officium & diligentiam Bruti; magnamque ex illius & Planci conjunctione lætitiam ſenatus & populi R. ſignificat: hortatur, ut in tuenda rep. ſe ipſum vincat.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 22. lib. x. ſequitur ep. 13. ejuſdem libri.

M. T. C. D. BRUTO, IMP. COS. DES. S. P. D.

ETSI mihi tuæ litteræ jucundiſſimæ ſunt: tamen jucundius fuit, quòd in ſumma occupatione tua Planco collegæ mandaſti, ut te mihi per litteras excuſaret: quod fecit ille diligenter. mihi autem nihil amabilius officio tuo, & diligentia. Conjunctio tua, cum collega, concordiaque veſtra, quæ litteris communibus declarata eſt, S. P. Q. R. gratiſſima accidit. Quod ſupereſt, perge, mi Brute: & jam non cum aliis, ſed tecum ipſe certa. Plura ſcribere non debeo, præſertim ad te: quo magiſtro brevitatis uti cogito. Litteras tuas vehementer exſpecto, & quidem tales, quales maximè opto.

EPISTOLA XVI.

ARG. *Commendat L. Ælium Lamiam in petitione præturæ. Antonio & Dolabella Coſſ.* [A. V. C. DCCIX.] Hanc præceſſit ep. 4. hujus libri, ſequitur proxime ſubjecta.

M. T. C. D. BRUTO, IMP. COS. DES. S. P. D.

PERMAGNI intereſt, quo tibi hæc tempore epiſtola reddita ſit: utrùm cùm ſollicitudinis aliquid haberes, an cùm ab omni moleſtia vacuus eſſes. Itaque ei præcepi, quem ad te miſi, ut tempus obſervaret epiſtolæ tibi reddendæ. Nam quemadmodum coram qui ad nos in-

50. *Cujus exitum ne extimeſcam, tua ſunt partes.*] Veneti, quod probatur mihi, ita: *Cujus exitum non extimeſco, tua partes ſunt.* Ut ad ſe minime pertinere exitum ſignificet Cicero: hoc adjuvant quæ in alia mox epiſtola ſcribuntur: *Cupio jam vigiliam meam, Brute, tibi tradere.* Camerar.

intempeſtivè adeunt, moleſti ſæpe ſunt: ſic epiſtolæ offendunt, [51] non loco redditæ. Si autem, ut ſpero, nihil te perturbat, nihil impedit; & ille, cui mandavi, ſatis ſcite [b] & commodè tempus ad te cepit adeundi: confido, me, quod velim [f], facilè à te impetraturum. L. Lamia præturam petit. hoc ego utor uno omnium plurimùm. Magna vetuſtas, magna conſuetudo intercedit: quodque plurimùm valet, nihil mihi ejus eſt familiaritate jucundius. Magno prætereà beneficio ejus, magnoque merito ſum obligatus. Nam Clodianis temporibus, cùm equeſtris ordinis princeps eſſet, proque mea ſalute acerrimè propugnaret, [52] à Gabinio conſule relegatus eſt: quod ante id tempus civi Romano [c] contigit nemini. Hoc cùm populus Romanus [d] meminit, meipſum non meminiſſe turpiſſimum eſt. Quapropter perſuade tibi, mi Brute, me petere præturam. Quamquam enim Lamia ſummo ſplendore, ſumma gratia [e] eſt, magnificentiſſimo munere ædilitio: tamen, quaſi ea ita non eſſent, ego ſuſcepi totum negotium. Nunc, ſi me tanti facis, quanti certè facis, [f] quum equitum centurias tenes, in [g] queis regnas, mitte ad Lupum noſtrum, ut is [53] nobis eas centurias conficiat. Non tenebo te pluribus. Ponam [h] in extremo quod ſentio. Ni-

b atque *MS.* P. B.

c *alii addunt* Romæ.

d meminerit *alii.*

e eſt uſus *alii.*

f quando *alii.*

g *alii* quibus.

h in *non habet Vict.*

51. *Non loco.*] Alieno tempore, cum reddendæ non ſunt, non opportune. lib. III. de Legg. *Senatori tria juſſa ſunt, ut adſit: nam gravitatem res habet, cum frequens ordo eſt: ut loco dicat, id eſt, rogatus: ut modo, ne ſit infinitus.* Et in Partit. *Loco tu quidem quæris: ſed planius, quod vis, explicabitur, cum ad orationis ipſius quæſtionumque rationem venero.* Et Terentius in Heaut. *In loco, ego vero laudo.* P. Manut.

52. *A Gabinio Conſule relegatus eſt.*] Hanc rem tangit hiſtoriarum Romanarum lib. XXXVIII. Dion, non tamen *Lamiam* nominat. Sunt autem hæc ejus verba: Ἀλλ᾽ ἦν τὰ τῶν ἀντιστασιωτῶν δυνατώτερα, ὥστε ὁ Κλώδιος χρηματίζεσθαί τι ὑπὲρ αὐτοῦ τῷ Νοννίῳ ἐπέτρεψε, ὥστε Γαβίνιος τὴν πρόοδον τοῖς ἱκετεύουσιν ἐς τὴν βουλὴν ἔδωκε, ἀλλὰ καὶ ἕνα τινὰ αὐτῶν ὃς πολὺς ἐνέκειτο ἐκ τῆς πολιτείας ἐξήλατο. *Victor.* *Relegatus eſt.*] Cum L. Piſone. In Orat. pro Seſtio ſic ſcribit: *Equitem Romanum in concione Cos. lege relegavit, edixitque, ut ab urbe abeſſet* M. *paſſus.* Corradus.

53. *Nobis eas centurias conficiat.*] *Conficere centurias* eſt comparare ſuffragia equitum, ſive virorum equeſtris dignitatis, quibus opus erat in ambiendis magiſtratibus vel provinciis. Ita in libello de Pet. Conſul. *Magiſtratus, ex quibus maxime conſules, deinde tribuni pl. ad conficiendas centurias homines excellenti gratia &c.* J. F. Gronov.

54 It

Nihil eſt, Brute, cùm omnia à te exſpectem, quod mihi gratius facere poſſis.

EPISTOLA XVII.

ARG. *Commendat eundem Lamiam. Et videtur hanc epiſtolam aliquanto poſt ſuperiorem ſcripſiſſe.* [A.V.C. DCCIX.] Hanc præceſſit proxime ſuperior, ſequitur ep. 2. lib. XII.

M. T. C. D. BRUTO, IMP. S. D.

LAMIA uno omnium familiariſſimè utor. Magna ejus [i] in me, non dico officia, ſed merita, [k] eaque ſunt populo Romano notiſſima. Is magnificentiſſimo munere ædilitatis perfunctus, petit præturam: omneſque intelligunt, nec dignitatem ei deeſſe, nec gratiam. Sed 54 is ambitus [l] excitare videtur, ut ego omnia pertimeſcam, totamque petitionem Lamiæ mihi ſuſtinendam putem. In ea re quantum me poſſis adjuvare, facilè perſpicio: nec verò, quantum mea cauſa velis, dubito. Velim igitur, mi Brute, tibi perſuadeas, nihil me majore ſtudio à te petere, nihil te mihi gratius facere poſſe, quàm ſi omnibus tuis opibus, omni ſtudio, Lamiam in petitione juveris, quod ut facias, vehementer [m] te rogo.

i ſunt in *MS.*
k ſunt eaque *Lamb.*
l excitari *alii.*
Pag. CLXXVI.
m te *alii non habent.*

EPISTOLA XVIII.

ARG. *Reprehendit in Decimo nonnullam timoris ſignificationem. Scripta eſt poſt interfectos Hirtium & Panſam conſules.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 30. lib. XII. ſequitur proxime ſubjecta.

M. T. C. D. BRUTO, IMP. COS. DES. S. D.

ETSI ex mandatis, quæ Galbæ Volumnioque ad ſenatum dediſti, quid timendum ſuſpicandumque putares, ſuſpicabamur: tamen timidiora mandata videbantur, quàm erat dignum tua populique Romani victoria. Senatus autem, mi Brute, fortis eſt, & habet fortes duces. Itaque moleſtè ferebat, ſe à te, quem omnium,

54. *Is ambitus inſtare videtur.*] Ii homines & tanta contentione petituri videntur, ut nihil ſatis tutum, ſatiſque proviſum putem. *J. F. Gronov.*

55. *Tam*

omnium, quicumque fuiſſent, fortiſſimum judicaret, timidum atque ignavum judicari. Etenim cùm, te incluſo, ſpem maximam omnes habuiſſent in tua virtute, florente Antonio: quis erat, qui quidquam timeret, profligato illo, te liberato? Nec verò Lepidum timebamus. Quis enim eſſet, qui illum tam furioſum arbitraretur, ut qui in maximo bello pacem velle ſe dixiſſet, is in optatiſſima pace bellum reipublicæ indiceret? Nec dubito, quin ⁿ tu plus provideas. Sed tamen 55 tam recenti gratulatione, quam tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus, renovatio timoris magnam moleſtiam afferebat. Quare velim equidem, id quod ſpero, ut planè abjectus & fractus ſit Antonius. Sin aliquid virium fortè collegerit: ſentiet, nec ſenatui conſilium, nec populo Romano virtutem deeſſe, nec reipublicæ, te vivo, imperatorem. XIIII. kal. Jun.

ⁿ tu *deeſt in MS.*

EPISTOLA XIX.

ARG. *Reip. vicem timet: Vicetinos commendat.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit epiſtola ſuperior, ſequitur ep. 34. lib. x.

F. B.

D. BRUTUS. M. T. C. S. P. D.

AD ſenatum quas litteras miſi, velim priùs perlegas: & ſi qua tibi videbuntur, commutes. Neceſſario me ſcripſiſſe, ipſe animadvertes. nam cùm putarem, quartam & Martiam legiones mecum futuras, ut Druſo Paulloque placuerat, vobis aſſentientibus: minùs de

55. *Tam recenti gratulatione.*] Hoc eſt, gratiarum actione. Eſt proprium in hac re verbum, cum in ſupplicationibus diis gratias agunt. Cic. Philip. XIV. *Supplicationes decernitis, hoſtem non appellatis. Grata vero veſtra diis immortalibus gratulationes erunt, grata victima, cum interfecta ſit civium multitudo?* Id. Orat. de provinc. Conſul. *Supplicationem quindecim dierum decrevi ſententia mea; reipublicæ ſatis eſt tot dierum quot C. Mario: diis immortalibus non erit exigua eadem gratulatio.* Liv. lib. VIII. *Quam conveniens eſſe propter Q. Fabii victoriam, civitatem in lætitia, in ſupplicationibus, in gratulationibus eſſe, eum propter quem deûm delubra patent, ac ſacrificiis fumant, honore, donis, cumulentur, nudatum virgis lacerari.* Sic & *gratulari* pro diis gratias agere Cic. in v. in Verrem dixit, pro quo male Lipſius II. Elect. cap. 6. *gratari* ſubſtituit. *Gravius.*

56. Et

de reliquis rebus laborandum exiſtimavi. Nunc verò cùm ſim cum tironibus egentiſſimis, valde 56 & meam & veſtram vicem timeam, neceſſe eſt. Vicetini me & M. Brutum præcipuè obſervant. His ne quam patiare injuriam fieri o in ſenatu vernarum cauſa, à te peto. Cauſam habent optimam, officium in rempublicam ſummum, genus p hominum adverſariorum ſeditioſum & q inertiſſimum. XII. kalend. Jun. 57 Vercellis.

o *alii* à.
p homin. *delet Gebh.*
q ineptiſſimum *MS.* incertiſſimum *Græv.*

EPISTOLA XX.

ARG. *Timere ſe ait Ciceronis cauſſa: eumque monet, ut veteranorum animos ſibi reconciliet.* [A.V.C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 14. hujus libri, ſequitur ep. 23. eodem hoc libro.

D. BRUTUS IMP. COS. DES. M.T.C. S.P.D.

QUOD pro me non facio, id pro te facere meus in te amor, tuaque officia cogunt, ut timeam. Sæpe enim mihi cùm eſſet dictum, neque à me contemptum, noviſſimè Labeo Segulius, homo r ſibi ſimillimus, s narrat mihi, apud Cæſarem ſe fuiſſe, multumque ſermonem de te habitum eſſe: ipſum Cæſarem nihil ſanè de te queſtum, 58 niſi dictum, quòd diceret te dixiſſe, laudandum adoleſcentem, ornandum, 59 tollendum: ſe non eſſe commiſſurum, ut tolli poſſit. Hoc

r ſui *alii.*
s *alii* narravit.

56. *Et meam, & veſtram vicem timeam.*] Ne quid mihi & vobis accidat adverſi. ep. 5. lib. IV. *An illius vicem, credo, doles?* Et pro domo: *Mihi uni neceſſe erit, & meam, & aliorum vicem pertimeſcere? Timere vicem alicujus* eſt timere quod ad illum ſpectat. *P. Manut.*

57. *Vercellis.*] Plin. lib. III. c. 17. *Corrad. Vercellæ.*] oppidum Galliæ Tranſpadanæ, caput Libiciorum, municipium Romanorum, hodie *Vercelli.* Græv.

58. *Niſi dictum.*] *Dictum*, hoc eſt, dicterium. Phædrus lib. II. Præf. *Sed ſi libuerit interponere aliquid dictorum.* Suet. Jul. 45. *Unde emanaſſe Sullæ dictum, optimates ſæpe admonentis, ut male præcinctum puerum caverent.* Grævius.

59. *Tollendum.*] Ambiguum verbum. nam & ad honorem, & ad necem pertinet. Vellejus lib. II. *Hoc eſt illud tempus, quo Cicero, inſito amore Pompejanarum partium, Cæſarem laudandum & tollendum cenſebat; cum aliud diceret, aliud intelligi vellet.* Suetonius in Auguſto: *Ut cognovit, Antonium poſt fugam a M. Lepido receptum, cæteroſque duces & exercitus conſentire pro partibus: cauſſam opti-*

Hoc ego Labeonem credo illi retuliſſe, aut finxiſſe dictum; non ab adoleſcente prolatum. Veteranos verò peſſimè loqui, volebat Labeo me credere, & tibi ab iis inſtare periculum: maximeque indignari, quòd in decemviris neque Cæſar, neque ego habiti eſſemus: atque omnia ad veſtrum arbitrium eſſent collata. Hæc cùm [t] audiſſem, & jam in itinere eſſem, committendum [v] non putavi, priùs ut Alpes transgrederer, quàm quid iſtic ageretur, ſcirem. Nam de tuo periculo; crede mihi, jactatione verborum, & denuntiatione periculi, ſperare eos, 60 te [x] pertimefacto, adoleſcente im-

Pag. CLXXVII.

t *alii* audiviſſem.

v nondum *vid.*

x perterrefacto *alii.*

optimatium ſine cunctatione deſeruit; ad prætextum mutatæ voluntatis dicta factaque quorundam calumniatus, quaſi alii ſe puerum, alii ornandum tollendumque jactaſſent, ne aut ſibi, aut veteranis par gratia referretur. P. Manut.

60. *Te perterrefacto.*] Vetera omnia exemplaria *pertimefacto*; quæ vox, quia rara eſt, cum eam fortaſſe pro Latina non haberent, non hinc tantum indigniſſime dejecta eſt, ſed aliis etiam ſuis ſedibus deturbata. Invenimus nos in multis manuſcriptis Lucretii codicibus in prooemio ſecundi libri hanc vocem iterum eandem pœnam immerito paſſam, eo ſcilicet verſu:

His tibi cum rebus timefactæ religiones.

ejus enim loco in vulgatis *tumefacto* repoſitum eſt, priore dictione importune deleta, cujus criminis culpam putamus nos Marullum Byzantium ſuſtinere: vidimus enim ejus librum, qui cum *timefactæ* ante ſcriptum habuiſſet, in *tumefacto* eam dictionem converſam habebat. Fuit autem Marullus admirabilis ingenii vir, & elegantiſſimus poëta: Lucretiique in primis ita ſtudioſus & admirator, ut fere nunquam e manibus dimitteret. magnam præterea operam in eo cum fœdiſſimis mendis ſcateret, purgando collocavit, multaque feliciter reſtituit. Quandoque tamen cum nimis ingenio ſuo indulgeret, nonnulla quæ corrigere voluit, depravavit: parum enim manuſcriptos codices, cum tam corruptos paſſim inveniret, ſequebatur: quæque ſuo judicio probaſſet, ex recta judicans, multis locis deceptus eſt. Quæ longius percurri; ægre ferens tam bonum poëtam tot vulneribus conciſum jacere: cumque ab omnibus ametur & colatur, nullum tamen ei tam miſere temporum injuria manco & detrunco opem ferre, remediumve ullum adhibere. Quam rectius autem ibi *timefactæ* legatur; planum credo futurum omnibus qui accurate totum locum conſiderarint: cum enim ſupra docuerit, opes, nobilitatem, regna, non poſſe morbos é corpore tollere, neque perturbationes ex animo poſſe demere, vult: tollit tamen omnem, qua adverſarius uti potuiſſet, rationem; niſi forte inquiens metus mortis, ſuperſtitioneſque, quæ animi morbi ſunt, perterritæ aſpectu armorum militumque in umbratilibus pugnis concurſu fugiunt, animumque cura ſollicitudinibuſque vacuum relinquunt: Si enim hoc te-

impulſo, poſſe magna conſequi præmia: & [61] totam iſtam cantilenam ex hoc pendere, ut quàm plurimum lucri faciam. Neque tamen non te cautum eſſe volo, & inſidias [y] vitantem. Nihil enim tua mihi vita poteſt eſſe jucundius, neque carius. Illud vide, ne timendo, magis timere cogare. Et, quibus rebus poteſt occurri veteranis, occurras. Primùm, quod deſiderant de decemviris, facias: deinde de [z] præmiis. Si tibi videtur, agros eorum militum, qui cum Antonio veterani fuerunt, his dandos cenſeas ab utriſque [a] nobis. De nummis, lentè, ac ratione habita pecuniæ: ſenatum de ea re conſtituturum: quatuor legionibus iis, quibus agros dandos cenſuiſtis, [62] video facultatem fore ex agris Silani,

y vitare *Lamb.*

z præmiis, ſi *Lamb.*

a noſtrum *alii.*

accideret, tum magnum adferrent adjumentum divitiæ & imperia. verum hoc credere ridiculum & ſtultum eſt: nam metus mortis, aliæque animi perturbationes non metuunt vim militum, contemnuntque majeſtatem regum & imperatorum, audacterque inter eos verſantur, nec ſpecioſas veſtes reverentur, id eſt, nulla res eſt quæ illis timorem incutiat. Quæ omnia lectionem illam *timefacta* confirmant. nam *tibi* quam vim hic habeat, puto manifeſtum eſſe, eandem ſcil. quam habet eo Ciceronis loco ad Atticum, *At ille tibi* πολλὰ χαίρειν τῷ καλῷ *dicens pergit Brunduſium*: & aliis multis locis, ne longiores ſimus in re clara exempla adducendo. *Victorius.*

61. *Totam iſtam cantilenam.*] Totum hoc quod iſti jactant, atque in te conferunt. *cantilena* enim, & id, quod canitur, & id, quod crebris ſermonibus uſurpatur. ut ad Att. ep. 17. lib. 1. *Crebro mihi inſuſurrat Epicharmus cantilenam illam ſuam:* Νῆφε, καὶ μέμνασ᾽ ἀπιστεῖν. inde adagium, *cantilenam eandem canere*, apud Terentium in Phorm. Accipitur interdum pro convicio. nam, ut ait Feſtus, *Occentaſſint antiqui dicebant, quod nunc, convicium fecerint, dicimus: quod id clare, & cum quodam canore fit: inde Cantilenam dici, non cantus jucunditatem, puto.* P. Manut.

62. *Video facultatem fore ex agris Silani & agro Campano.*] Hæc eſt Medicei codicis & aliorum etiam manuſcriptorum lectio. nam in impreſſis *ex agris Syllanis* legitur. Accurate animadvertendum, utra lectio melior ſit. Non me fugit, de agris Syllanis in Senatu ſæpe actum eſſe, & qui eos poſſidebant, magna invidia eos tenuiſſe: neſcio tamen, an his temporibus cogitaverint eos veteribus poſſeſſoribus eripere: & quidquid de illis agendum fuit, veriſimile eſt multo ante conſtitutum fuiſſe. Quare cum meliores libri *Silani* habeant, videndum eſt, an intelligat Brutus Silanum illum Lepidi legatum: qui cum ab eo cum legionibus in Italiam miſſus eſſet, & ipſe & Culleo alter legatus, ad Antonium ierant, de quo in epiſtola ſua ad Ciceronem Lepidus queritur, *Silanus & Culleo ab eo diſceſſerunt:* nam ita eo loco ſcriptum eſt, non *Syllanus*, ut in impreſſis codicibus: veriſimile enim eſt, ob id factum hoſtem

lani, & agro Campano. Æqualiter, aut ſorte agros legionibus aſſignari puto oportere. Hæc me tibi ſcribere non prudentia mea hortatur, ſed amor in te, & cupiditas otii; quod ſine te conſiſtere non poteſt. Ego, niſi valde neceſſe fuerit, ex Italia non excedam. legiones armo; paro: ſpero me non peſſimum exercitum habiturum ad omnes caſus & impetus hominum. De exercitu, quem Panſa habuit, legionem mihi Cæſar non remittit. Ad has litteras ſtatim mihi reſcribe, tuorumque aliquem mitte, ſi quid reconditum magis [b] erit, meque ſcire opus putaris. Vale. [c] IIX. kal. Jun. 63 Eporedia.

b fuerit *alii.*
c *alii* VII.

EPISTOLA XXI.

ARG. *Reſpondet ſuperiori epiſtolæ.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 26. hujus libri, ſequitur ep. 24. eodem hoc libro.

P. B.

M. T. C. D. BRUTO, IMP. S. P. D.

DII iſti Segulio malefaciant, homini nequiſſimo omnium, qui ſunt, qui fuerunt, qui futuri ſunt! Quid? tu illum tecum ſolum, aut cum [d] Cæſare, qui neminem prætermiſerit, quicum loqui potuerit, cui non eadem iſta dixerit? Te tamen, mi Brute, ſic amo, ut debeo, quòd iſtud quidquid eſſet nugarum, me ſcire voluiſti. Signum enim magnum amoris dediſti. Nam quod idem [e] Segulius, veteranos queri, quòd tu, & Cæſar in decemviris non eſſetis, utinam ne ego qui-

d Cæſ. locutum *MSS.*
e Seg. ait *alii.*

hoſtem illum appellatum, & bonis multatum. Privati autem homines nonnulli magnas ſæpe poſſeſſiones habebant: dabat enim ſenatus agros eorum qui Antonium ſecuti eſſent, & a Repub. deſciviſſent, iis qui rempublicam & ſenatus auctoritatem defendiſſent. Res tamen obſcura, & de qua nihil certi tradi poſſit. *Victorius.*

63. *Eporedia.*] Colonia Romanorum in Tranſpadana Gallia, Sibyllinis libris a populo Romano condi juſſa in faucibus Salaſſorum vallis. inter duo altiſſima juga in edito vertice, munimentum contra Salaſſos, hodie *Ivrea* & *Invrea*, nonnullis *Lampo regio.* Luithprando dicitur *Eporegia.* Sic & hoc loco ſcriptum eſt in Hittorpiano codice. In Palatino vero tertio & Amſtelod. Victor. ed. *Eporedia.* ſic & in aliis antiquis monumentis ſcribitur. Alii vero ſcribunt *Eporædia.* vid. Cluv. Ital. Antiq. lib. 1. cap. 13. *Grævius.*

64. Re-

quidem eſſem! Quid enim moleſtius? Sed tamen, cùm ego ſenſiſſem, de iis, qui exercitus haberent, ſententiam ferri oportere: iidem illi, qui ſolent, reclamarunt. Itaque excepti etiam eſtis, me vehementer repugnante. Quocirca Segulium negligamus, qui res novas quærit: non [f] quò veterem comederit: nullam enim habuit: ſed hanc ipſam [64] recentem novam devoravit. Quòd autem ſcribis, te, quod pro te ipſo non facias, [65] id pro [g] me, ut de me timeas aliquid: omni te, vir optime, mihique cariſſime Brute, de me metu libero. Ego enim, quæ provideri poterunt, non fallar in iis: quæ cautionem non habebunt, de his non ita valde laboro. Sim enim impudens, ſi plus poſtulem, quàm homini à rerum natura tribui poteſt. Quòd mihi præcipis, ut caveam, ne timendo magis timere cogar; & ſapienter, & amiciſſimè præcipis. Sed velim tibi per-

f quod *MSS.*

g *alii* me facere.

64. *Recentem novam.*] Ita differunt *Recens* & *Novum*, ut *Vetus* & *Antiquum*. poteſt enim recens aliquid eſſe, quod novum non ſit. ut recens hereditas, quæ alicui nuper obtigit, non tamen nova, cum aliæ poſſint hereditates eidem antea contigiſſe. *novum* eſt enim, non quod nuper, ſed quod nunc primum habemus: *recens* vero, non quod nunc primum, ſed quod nuper. & *novum* ad rem, *recens* ad tempus refertur. propterea, ut ſimul utrumque ſignificetur, conjunguntur: ut in oratione pro Flacco: *Meministis, quarum rerum invidia, lege hac recenti & nova, cœtus eſt inquiſitioni comitum numerus conſtitutus:* Et hic de Segulio: *Hanc ipſam recentem novam devoravit*, ideo dictum, quia nec illam habuiſſet eo tempore, cum illam accepit, nec umquam antea. nam, *Recentem*, ſpectat illud: *Non quo veterem comederit*: nullam enim habuit. ſubauditur enim, *Tum*, cum illam accepit. *Novam* autem, perpetuam vitæ ſuperioris egeſtatem deſignat. Sic apud Plautum conjunguntur *Vetus* & *Antiquum* duplex ut indicetur ſignificatio. in Amphitr. *Veterem atque antiquam rem, novam ad vos proſtro.* In Mil. *Quin tu iſtam orationem hinc, veterem atque antiquam, amoves?* In Perſ. *Veterem atque antiquum quæſtum ſervo, atque obtineo.* In Trin. *Hiſtoriam veterem atque antiquam hac mea ſenectus ſuſtinet.* Patet igitur, & quæ ſit inter *novum* & *recens* differentia, & recenti rei opponi veterem, antiquam novæ. *Commemorarem* (inquit epiſt. 6. lib. VI.) *non ſolum veterum, ſed horum etiam recentium vel ducum, vel comitum tuorum graviſſimos caſus.* P. Manut. *Hanc ipſam recentem novam.*] Videtur abundare vox *novam*, quæ abeſt a vetere etiam libro, tanquam gloſſema verbi *recentem*. Urſin.

65. *Id pro me facere, ut de me timeas aliquid.*] Παρεμβεβλημένα cenſeo, *de me*. Sufficit enim: *Te quod pro te ipſo non facias, id pro me facere, ut timeas aliquid*, præſertim quum ſequatur: *Omni te de me metu libero.* J. F. Gronov.

perſuadeas, cùm te conſtet excellere hoc genere virtutis, ut numquam extimeſcas, numquam perturbere; me huic tuæ virtuti proximè accedere. Quamobrem neque metuam quidquam, & cavebo omnia. Sed vi-
Pag. CLXXVIII de, ne tua jam, mi Brute, culpa futura ſit, ſi ego quidquam timeam. tuis enim opibus, & conſulatu tuo, etiam ſi timidi eſſemus, tamen omnem timorem abjiceremus: præſertim cùm perſuaſum omnibus eſſet, mihique maximè, à te nos unicè diligi. Conſiliis tuis, quæ ſcribis de quatuor legionibus, deque agris aſſignan-
h utroque *Lamb.* dis ab [h] utriſque veſtrûm, vehementer aſſentior. Itaque
i veſtris *MSS.* cùm quidam de collegis [i] noſtris agrariam [66] curationem ligurrirent; diſturbavi rem, totamque vobis integram reſervavi. Si quid erit occultius, & (ut ſcribis) reconditum, meorum aliquem mittam, quò fideliùs ad te litteræ perferantur. Pridie nonas Junii.

EPISTOLA XXII.

ARG. *Commendat Ap. Claudium.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 14. lib. x. ſequitur ep. 15. ejuſdem libri.

M. T. C. D. BRUTO IMP. S. P. D.

CUM Appio Claudio, C. F. ſumma mihi neceſſitudo eſt, multis ejus officiis & meis mutuis conſtituta. Peto à te majorem in modum, vel humanitatis tuæ, vel meâ cauſâ, ut eum auctoritate tua, quæ plurimùm valet, conſervatum velis. Volo, te, cùm fortiſſimus vir cognitus ſis, etiam clementiſſimum exiſtimari. Magno tibi erit ornamento, nobiliſſimum adoleſcentem beneficio tuo eſſe ſalvum. Cujus quidem cauſa hoc melior debet eſſe, quòd pietate adductus, propter pa-
k ſe *Grav.* tris reſtitutionem, [k] me cum Antonio conjunxit. Quare etſi minùs veram cauſam habebis, tamen vel probabilem
l Nutu ſolo potes *alii.* aliquam poteris inducere. [l] Nutus tuus poteſt hominem, ſummo loco natum, ſummo ingenio, ſumma virtute, offi-

66. *Curationem ligurrirent.*] *Ligurrire* hic ſignificat ambire, affectare. Propriè eſt leviter ſorbere, deguſtare. Notum illud Terent. in Eunucho v, 4. *Quæ cum cœnant, ligurriunt*, ubi opponitur τῷ avide vorare. Alibi apud Horatium circumſcribitur per *tangens male ſingula dente ſuperbo.* Pro furtive cibos deguſtare apud eundem 1. Sat. 3. *J. F. Gronov.*

67. Pro-

officioſiſſimum præterea, & gratiſſimum, incolumem in civitate retinere. Quod ut facias, ita à te peto, ut majore ſtudio, magiſve ex animo petere non poſſim.

EPISTOLA XXIII.

ARG. *Hortatur Ciceronem ad bene de rep. ſperandum: & ſe litteras ejus exſpectare dicit.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 20. hujus libri, ſequitur ep. 20. lib. x.

D. BRUTUS M.T.C. S.P.D. P. R.

NOS hîc valemus rectè: &, quò meliùs valeamus, operam dabimus. Lepidus commodè [m] de nobis ſentire videtur. Omni timore depoſito, debemus liberè reipublicæ conſulere. Quod ſi omnia eſſent aliena, tamen tribus tantis exercitibus 67 propriis reipublicæ, valentibus, magnum animum habere debebas, quem & ſemper habuiſti, & nunc fortuna adjuvante augere potes. Quæ tibi ſuperioribus litteris mea manu ſcripſi, terrendi tui cauſa homines loquuntur. 68 Si frenum momorderis, peream, ſi te omnes, [n] quot ſunt, conantem loqui ferre poterint. Ego, tibi ut antea ſcripſi, dum mihi à te litteræ veniant, in Italia morabor. IIX. kal. Jun. Eporedia.

m *alii non habent* de

n quot-quot MSS.

EPISTOLA XXIV.

ARG. *Si quid antea timoris fuerat, ademptum ait ſuperioribus Bruti litteris. addit, quid agendum ei ſit, & de pecunia decreta.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 21. hujus libri, ſequitur ep. 23. lib. x.

CICERO D. BRUTO S.P.D.

69 NARRO tibi: anteà ſubiraſcebar brevitati tuarum [o] litterarum. nunc mihi loquax eſſe videor. te igitur

o Parum MS.

67. *Propriis Reip.*] Fidis & certis in defenſione cauſſæ publicæ: Sed opinio eum fefellit. mox enim Octavianus & Plancus acceſſerunt Antonio. *Proprium* eleganter conſtans, perpetuum. Terent. Andr. IV, 3, 1. *Nihilne eſſe proprium cuiquam?* Plaut. Moſtell. 1, 3, 68. *Atque illum amatorem tibi proprium futurum in vita.* J. F. Gronov.

68. *Si frenum momorderis.*] Id eſt, ſi noſtris invidis & malevolis, qui velut freno coercere te volunt, oſtenderis te reſiſtere & con-

tur imitabor. Quàm multa, quàm paucis? Te rectè valere, operamque dare, ut quotidie meliùs: Lepidum commodè ſentire: tribus exercitibus quidvis nos oportere confidere. Si timidus eſſem: tamen iſta epiſtola
p *aliì* mihi. p mî omnem metum abſterſiſſes. Sed, ut mones, frenum momordi. etenim qui, te incluſo, omnem ſpem habuerim in te, quid nunc putas? Cupio jam vigiliam
q non *alii.* meam, Brute, tibi tradere: ſed ita, ut q ne deſim conſtantiæ meæ. Quòd ſcribis, in Italia te moraturum, dum tibi litteræ meæ veniant: ſi per hoſtem licet, non erraris. multa enim Romæ. ſin adventu tuo bellum
Pag. CLXXIX. confici poteſt, nihil ſit antiquius. Pecunia expeditiſſima quæ erat, tibi decreta eſt. Habes amantiſſimum Ser-
r *ita MSS. alii* Gal. vium. nos non deſumus. IIX. r idus Junias.

EPISTOLA XXV.

ARG. *Exſpectari a ſe Bruti litteras ait: ſibi nihil eſſe quod ſcriberet: reip. ſpem in ipſo & in ejus collega Planco omnem eſſe: De M. Bruto nihil certi.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 13. lib. XII. ſequitur ep. 10. ejuſdem libri.

M. T. C. D. BRUTO S. P. D.

EXSPECTANTI mihi tuas quotidie litteras, Lupus noſter ſubitò denuntiavit, ut ad te ſcriberem, ſi quid vellem. Ego autem, etſi, quid ſcriberem, non habebam (acta enim ad te mitti ſciebam: inanem autem ſermonem litterarum tibi injucundum eſſe audiebam) brevitatem ſecutus ſum, te magiſtro. Scito igitur, in te, & in collega ſpem omnem eſſe. De Bruto autem nihil adhuc certi: quem ego, quemadmodum præcipis, privatis litteris ad bellum commune vocare non deſino: qui utinam jam adeſſet! inteſtinum urbis malum, quod
s non eſt *MS.* s eſt non mediocre, minùs timeremus. Sed quid ago? non imitor λακωνισμὸν tuum? altera jam pagella procedit. Vince & vale. XIV. kal. Quintiles.

EPI-

coerceri nolle. Ab equis contumacibus & refractariis deſumta translatio. libertatem experiri. Sall. Jug. 31. Senec. de Tranq. Animi in fine. *J. F. Gronov.*

69. *Narro tibi.*] Sic Veneti, quæ ſcriptura & Rutilio placuit, & ab illo exemplis eſt confirmata. *Camerar.*

* In

EPISTOLA XXVI.

ARG. *Sollicitus ob Antonii cum Lepido conjunctionem, poſtulat ut legiones quamprimum ſibi ſtipendiumque mittatur.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 35. lib. x. ſequitur ep. 21. hujus libri.

D. B. IMP. M. T. C. S. P. D.

t MAXIMO meo dolore hoc ſolatio utor, quòd intelligunt homines, non ſine cauſa me timuiſſe iſta, quæ acciderunt. v Deliberent, utrùm trajiciant legiones ex Africa, necne, & ex Sardinia, & Brutum arceſſant, necne: x & mihi ſtipendium dent, y an decernant. Ad ſenatum litteras miſi. Crede mihi, niſi iſta omnia ita fiunt, quemadmodum ſcribo, magnum nos omnes adituros periculum. Rogo te, videte quibus hominibus negotium detis, qui ad me legiones adducant. & fide opus eſt, & celeritate. III. non. Jun. ex caſtris.

t In max. *Ald. & alii.*
v *alii* Deliberant.
x *alii dent* &.
y an non *iid.*

P. B.

EPISTOLA XXVII.

ARG. *Queſtus erat Matius, accuſari ſe a Cicerone, tum quod in lege quadam Cæſaris ſuffragium tuliſſet, tum etiam quod ludos, Cæſari mortuo ab Octaviano datos, curaſſet. Cicero ita ſe purgat, ut alterum negari a ſe dicat, alterum defendi. Eſt autem purgatio in primis accurata, & ab exquiſito quodam artificio deprompta. nam voluntatis in Matium ſua argumenta Cicero ſumit a vetuſtate, a mutua benevolentia, a veteribus Matii beneficiis, a familiaritate, a recentibus officiis, præterea ab ejuſdem fide, conſilio, gravitate, conſtantia, lepore, humanitate, litteris: deinde ad Matii querelam reſpondet. Antonio & Dolabella Coſſ.* [A. V. C. DCCIX.] Hanc præceſſit ep. 20. lib. xv. ſequitur ep. 2. hujus libri.

* M. CICERO MATIO S.

P. CLXXXI.

NONDUM ſatis conſtitui, moleſtiæne plus, an voluptatis attulerit mihi Trebatius noſter, homo z cùm plenus officii, tum utriuſque noſtrûm amantiſſimus. Nam cùm in Tuſculanum veſperi veniſſem, poſtridie ille ad me, nondum ſatis firmo corpore cùm eſſet, manè

z *alii* tum.

* In Aldina editione epiſtola ſequens huic præponitur, quod vel ideo annotandum duxi, ne quis putet paginarum numeros in margine perperam eſſe poſitos.

manè venit. Quem cùm objurgarem, quòd parum valetudini parceret: tum ille, nihil ſibi longiùs fuiſſe, quàm ut me videret. Num quidnam, inquam, novi? Detulit ad me querelam tuam: de qua priùs, quàm reſpondeo, pauca [a] præponam. Quantùm memoria repetere præterita poſſum, nemo eſt mihi te amicus antiquior. Sed vetuſtas habet aliquid commune cum multis: amor non habet. Dilexi te, quo die cognovi: meque à te diligi judicavi. *Tuus [b] deinde diſceſſus, V iſque diuturnus, ambitio noſtra, & vitæ diſſimilitudo non eſt paſſa voluntates noſtras conſuetudine conglutinari. Tuum tamen erga me animum agnovi multis annis ante bellum civile, cùm Cæſar eſſet in Gallia. Quod enim vehementer mihi utile eſſe putabas, nec inutile ipſi Cæſari, perfeciſti, ut ille me diligeret, coleret, haberet in ſuis. Multa prætereo, quæ temporibus illis inter nos familiariſſimè dicta, ſcripta, communicata ſunt. graviora enim [c] conſecuta ſunt. Et initio belli civilis cùm Brundiſium verſus ires ad Cæſarem, veniſti ad me in Formianum. Primùm hoc ipſum quanti, præſertim temporibus illis? Deinde oblitum me putas conſilii, ſermonis, humanitatis tuæ? quibus rebus intereſſe memini Trebatium. Nec verò ſum oblitus P. B. litterarum tuarum, quas ad me miſiſti, cùm Cæſari obviàm [d] veniſſes 70 in agro, ut arbitror, Trebulano. Secutum illud tempus eſt, cùm me ad Pompejum proficiſci, ſive pudor meus coëgit, ſive officium, ſive fortuna. Quod officium tuum, quod ſtudium 71 vel in abſentem me, vel in præſentes meos defuit? quem porrò omnes mei & mihi, & ſibi te amiciorem judicaverunt? *Veni Brundiſium. oblitumne me putas, qua ce-

[a] propo-nam *MSS.*

[b] denique *MS.*

[c] ſecuta *MS.*

[d] *alii* veniſſet.

70. *In agro, ut arbitror, Trebulano.*] *Trebula* eſt oppidum in agro Sabino, hodie dicitur *Mons Leonis Sabinorum*; *Monte Lione della Sabina*, prope podium S. Laurentii non longe extra viam Salariam: Eſt & aliud hujus nominis oppidum inter Reate & Caſſiam, quod vulgo vocatur *Monte Lione della Lioneſſa*, quod perperam pro Trebula habet Cluverius lib. II. Ital. Antiq. c. 9. ut recte in animadverſionibus eruditis ad iſtos libros docuit L. Holſtenius. *Grav.*

71. *Vel in abſentem me, vel in præſentes meos defuit?*] Sic editio omnium vetuſtiſſima ac Victoriana, Palatini duo primus ac tertius. Nihili eſt vulgata; *vel in abſentem me vel in præſentem defuit.* Gebhard.

72. Quid

Galliam cum Julio Caesare.
quem annis.
Pompeio

celeritate, ut primùm audieris, ad me Tarento advolaris? quæ tua fuerit [e] aſſeſſio, oratio, confirmatio animi mei, fracti [f] communium miſeriarum metu? Tandem aliquando Romæ eſſe cœpimus. [72] quid defuit noſtræ familiaritati in maximis rebus? Quonam modo me gererem adverſus Cæſarem, uſus tuo conſilio ſum. In reliquis officiis, cui tu tribuiſti, excepto Cæſare, præter me, ut domum ventitares, horaſque multas ſæpe ſuaviſſimo ſermone conſumeres? tum, cùm etiam, ſi meminiſti, ut hæc φιλοσοφούμενα ſcriberem, tu me impuliſti. × Poſt Cæſaris reditum, quid tibi majori curæ fuit, quàm ut eſſem ego illi quàm familiariſſimus? quod effeceras. Quorſum igitur hæc oratio longior, quàm putaram? quia ſum admiratus, te, qui hæc noſſe deberes, quidquam à me commiſſum, quod eſſet alienum [g] noſtra amicitia, credidiſſe. Nam præter hæc, quæ commemoravi, quæ teſtata ſunt & illuſtria, habeo [h] multò occultiora, quæ vix verbis exſequi poſſum. Omnia me tua delectant: ſed maximè, maxima [i] cum fides in amicitia, conſilium, gravitas, [k] conſtantia; tum lepos, humanitas, litteræ. Quapropter redeo nunc ad querelam. Ego te ſuffragium tuliſſe in illa lege, primùm non credidi; deinde, ſi credidiſſem, numquam id ſine aliqua juſta cauſa exiſtimarem te feciſſe. Dignitas tua facit, ut animadvertatur, quidquid facias: malivolentia autem hominum, ut nonnulla durius, quàm à te facta ſint, proferantur. Ea tu ſi non audis; quid dicam, neſcio. equidem, ſi quando audio, tam defendo, quàm me ſcio à te [l] contra iniquos meos ſolere defendi. Defenſio autem eſt duplex. Alia ſunt, quæ [m] liquidò negare ſoleam: ut de iſto ipſo ſuffragio. alia, quæ defendam à te piè fieri, & humanè: ut de curatione ludorum. Sed te, hominem doctiſſimum, non fugit, ſi Cæſar rex fuerit, quod mihi quidem videtur, in utramque partem de tuo officio diſputari poſſe: vel in eam, qua ego uti ſoleo, laudandam eſſe fidem & humanitatem tuam, qui amicum etiam mortuum

e *alii* acceſſio.
f communi *MS.*
g *alii* à noſtra.
h multa *MS.*
i tum *MS.*
k conſt. *deeſt in MS.*
Pag. CLXXXII.
l æque contra *inim* *MS.*
m *ita Egn. & Vict.* *alii* aliquando.

tuum

72 *Quid defuit noſtra familiaritati in maximis rebus? Quonam modo me gererem adverſus Cæſarem*] Forte legend. *quid defuit noſtra familiaritati? In maximis rebus quonam modo me gererem adverſus Cæſarem.* Lambinus.

Vu 4 72. Ut

× Post victum Pharnacem, etsi post victos Pom filios exponere commodè possimus.

tuum diligas: vel in eam, qua nonnulli utuntur, libertatem patriæ, vitæ amici anteponendam. Ex his n ſermonibus utinam eſſent delatæ ad te diſputationes meæ! Illa verò duo, quæ maxima ſunt laudum tuarum, quis aut libentiùs, quàm ego, commemorat, aut ſæpius: te, & non ſuſcipiendi belli civilis graviſſimum auctorem fuiſſe, & moderandæ victoriæ; in quo, qui mihi non aſſentiretur, inveni neminem. Quare habeo gratiam Trebatio, familiari noſtro, qui mihi dedit cauſam harum litterarum: quibus niſi credideris, o me omnis officii, & humanitatis expertem judicaris; quo nec mihi gravius quidquam poteſt eſſe, nec p te alienius.

n ergo ſerm. *MS.*

o à me *MS.*

p à te *alii.*

EPISTOLA XXVIII.

ARG. *Reſpondet Matius egregia ſane epiſtola litteris Ciceronis, purgatque ſe adverſus vituperatores ſuos.* [A.V.C. DCCIX.] Hanc præceſſit ep. I. lib. XII. ſequitur proxime ſubjuncta.

MATIUS CICERONI S.

MAGNAM voluptatem ex tuis litteris cepi, quòd, quam ſperaram atque optaram, habere te de me opinionem, cognovi. De qua etſi non dubitabam, tamen, quia maximi æſtimabam, ut incorrupta maneret, laborabam. Conſcius autem mihi eram, nihil à me commiſſum eſſe, quod boni cujuſquam offenderet animum. Eo minùs credebam, plurimis atque optimis artibus ornato tibi temerè quidquam perſuaderi potuiſſe, præſertim in quem mea propenſa & perpetua fuiſſet atque eſſet benivolentia. Quod q quum, ut volui, ſcio eſſe: reſpondebo criminibus, quibus tu pro me, 73 ut par erat, tua ſingulari bonitate & amicitia noſtra, ſæpe reſtitiſti. Nota enim mihi ſunt, quæ in me poſt Cæſaris mortem contulerint. Vitio mihi dant, quòd mortem hominis neceſſarii graviter fero: atque eum, quem

q *alii* quando, *alii* quoniam.

73. *Ut par erat, tua ſingulari bonitati & amicitia noſtra.*] Ita leg. & diſtinguendum eſt. Sic 2 de Divin. *Caſum autem prælii nemo noſtrum erat, quin timeret, ſed ita ut conſtantibus hominibus par erat, non aperte.* J. F. Gronov.

74. *Ajunt*

ːm dilexi, periiſſe indignor. 74 Ajunt enim, [x] patriæ icitiam præponendam eſſe: [s] proinde ac ſi jam vicet, obitum ejus reipublicæ fuiſſe utilem. Sed non ım aſtutè. Fateor me ad iſtum gradum ſapientiæ n perveniſſe. Neque enim Cæſarem in diſſenſione ili ſum ſecutus; ſed amicum, quamquam [t] re offenpar, [v] tamen non deſerui: neque bellum umquam ile, aut etiam cauſam diſſenſionis probavi; quam am naſcentem exſtingui, ſummè ſtudui. Itaque in toria hominis neceſſarii, neque honoris, neque peniæ dulcedine ſum captus: quibus præmiis reliqui, nùs apud eum, quàm ego, cùm poſſent, immodeè ſunt abuſi. Atque etiam res familiaris mea lege P.CLXXX. eſaris diminuta eſt: cujus beneficio plerique, qui eſaris morte lætantur, remanſerunt in civitate. Civis victis ut parceretur, æquè, ac pro mea ſalute, laravi. Poſſum igitur, qui omnes voluerim incoluεs, eum, à quo id impetratum eſt, [x] periiſſe non dignari; cùm præſertim iidem homines illi, & invi-æ, & exitio fuerint? [y] Plecteris ergo, inquiunt, quum ctum noſtrum improbare audes. O ſuperbiam inautam! alios in facinore gloriari, aliis ne dolere quidem [z] im-

r patriam amicitiæ *Manut. Lamb. malè.*
s *alii* perinde.
t re *non eſt in MS.*
v tamen *deeſt in MS.*
x periſſe *Grev.*
y plectêris *alii.*

74. *Ajunt enim patriam amicitiæ præponendam eſſe.*] Nos veterum ctionem, quæ multos primo aſpectu falleret, ob idque fortaſſe pudiata quondam eſt, ſua ſede repoſuimus *patriæ amicitiam*, m enim poſſumus antiquorum exemplariorum dignitatem auctoatemque tueri, libenter facimus; ſæpius enim qui ea parvi ferunt, deceptos vidimus: hancque eorum verborum ſententiam edimus eſſe. *Ajunt enim patriæ amicitiam præponendam eſſe*, ſciet amicitiæ neceſſariorum. Duo enim ſunt, quæ quivis amare mmo ardore debet, patria, & neceſſarii. fatetur hic ſe diſſenːe ab illis, qui præponendum eſſe amorem patriæ dicebant, nori neceſſariorum & familiarium: cum enim nemo ſit, qui non triam diligat, & amicos ſalvos velit potius, uter amor præpoendus ſit, diſputandum eſt. *Victor.* *Patriæ amicitiam.*] Si *amiiam* appellavit amorem, ut nos credimus, Matius (nam Græci ioque φιλίαν ſæpe τὴν φίλησιν vocant), non video cur priſca ctio rejici debeat. Quod ita olim ſcripſimus, dedimus id vetuati ac fidelitati librorum, cum quibus poſtea minoris auctoritatis odices conſentire cognovimus, vel potius in nullo aliter reperiius. Sed magnum negotium eſt receptam aliquam opinionem iſi prorſus abſurda ſit, ex animis hominum evellere. *Idem in ſter.* *Patriam amicitiæ præponendam eſſe.*] Sic legendum, *aut cerpatriæ amicitiam poſtponendam eſſe.* Amicum, quem perire inːrſit patriæ, lugendum non eſſe. *J. F. Gronov.*

 75. Lu-

z *ita MSS.* impunè *Victor.*
a dolor, gaud. *MS.*
b Nullis *MS.*
c *alii* deſiſtam.
d *alii* appet.

[z] impunitè licere! At hæc etiam ſervis ſemper libera fuerunt, timerent, [a] gauderent, dolerent ſuo potiùs, quàm alterius arbitrio: quæ nunc, ut quidem iſti dictitant, libertatis auctores, metu nobis extorquere conantur. Sed nihil agunt. [b] Nullius umquam periculi terroribus ab officio, aut ab humanitate [c] deſciſcam. Numquam enim honeſtam mortem fugiendam, ſæpe etiam [d] oppetendam putavi. Sed quid mihi ſuccenſent, ſi id opto, ut pœniteat eos ſui facti? Cupio enim, Cæſaris mortem omnibus eſſe acerbam. At debeo pro civili parte rempublicam velle ſalvam. Id quidem me cupere, niſi & antè acta vita, & reliqua mea ſpes, tacente me, probat, dicendo vincere non poſtulo. Quare majorem in modum te rogo, ut rem potiorem oratione ducas: mihique ſi ſentis expedire, rectè fieri, credas nullam communionem cum improbis eſſe poſſe. An, quod adoleſcens præſtiti, cùm etiam errare cum excuſatione poſſem: id nunc, ætate præcipitata, commutem, ac me ipſe retexam? Non faciam: neque, quod diſpliceat, committam, præterquam quòd hominis mihi conjunctiſſimi, ac viri ampliſſimi doleo gravem caſum. Quòd ſi aliter eſſem animatus, numquam quod facerem, negarem: ne & in peccando improbus, & in diſſimulando timidus ac vanus exiſtimarer. At [75] ludos, quos [76] Cæſaris victoriæ Cæſar adoleſcens fecit, curavi. At id ad privatum officium, non ad ſtatum reipublicæ [e] pertinet. Quod tamen munus & homins amiciſſimi memoriæ ac honoribus præſtare, etiam [f] mortui, debui: & optimæ ſpei adoleſcenti, ac [77] digniſſimo [g] Cæſari

P. B.

e pertinere *MS.* pertinebat *alii.*
f mortuo *MS.*
g Cæſare *Grav.*

75. *Ludos.*] Eos, ut opinor, de quibus Plinius lib. 2. cap. 45. *Cometes apparuit ludis, quos faciebat Auguſtus Veneri genitrici, non multo poſt obitum patris Cæſaris.* Et Suetonius: *Ludis, quos primos conſecratos ei heres Auguſtus edebat, ſtella crinita per ſeptem dies continuos fulſit.* Et Dio lib. XLV. *Ludos fecit ſuis ſumptibus, ob perfectam Veneris ædem.* P. Manut.

76. *Cæſaris victoriæ.*] Voverat enim Cæſar ædem Veneri genitrici, ſi Pompejum prœlio Pharſalico deviciſſet. Appianus lib. II. 3. *Idem.*

77. *Digniſſimo Cæſari petenti.*] Mediceus liber, *Cæſare repetenti.* quod Paulli lectionem adjuvat, ut tantum in librario peccatum ſit, quod extremam prioris vocis ſyllabam iterum ſcripſit: multæ hujuſcemodi maculæ in antiquis & in impreſſis libris inveniuntur. Simile huic erratum erat, de quo antea locuti ſumus, quod in cun-

ſari petenti negare non potui. Veni etiam conſulis Antonii domum ſæpe, ſalutandi cauſa: ad quem, qui me parum patriæ amantem eſſe exiſtimant, rogandi quidèm aliquid, aut auferendi cauſa, [h] frequentes [i] ventitare reperies. Sed quæ hæc eſt arrogantia, quòd Cæſar numquam interpellavit, quin, quibus vellem, atque etiam quos ipſe non diligebat, tamen [k] iis uterer: eos, qui mihi amicum eripuerunt, carpendo me, efficere conari, ne, quos velim, diligam? Sed non vereor, ne aut meæ vitæ modeſtia parum valitura ſit in poſterum contra falſos rumores: aut ne etiam ii, qui me non amant, propter meam in Cæſarem conſtantiam, non malint mei, quàm ſui ſimiles amicos habere. Mihi quidem ſi optata contingent, quod reliquum eſt vitæ, in otio Rhodi degam: ſin caſus aliquis interpellarit, ita ero Romæ, ut rectè fieri ſemper cupiam. Trebatio noſtro magnas ago gratias, quòd tuum erga me animum ſimplicem atque amicum aperuit: & quòd eum, quem ſemper [l] lubenter dilexi, quo magis jure colere atque obſervare deberem, fecit. Bene vale, & me dilige.

h *alii* frequenter.
i *alii* ventitaſſe.
k his *MSS.*
l *alii* libenter.

EPISTOLA XXIX.

ARG. *Proficiſcens in Græciam poſt Cæſaris obitum, res ſuas Oppio commendat, commemoratis ante beneficiis ab ipſo acceptis. Antonio & Dolabella Coſſ.* [A. V. C. DCCIX.] Hanc præceſſit epiſtola proxime ſuperior, ſequitur ep. 20. lib. VII.

CICERO [m] APPIO S.

m *alii* Oppio *malè.*

DUBITANTI mihi (quod ſcit Atticus noſter) de hoc toto conſilio profectionis, quòd in utramque partem in mentem multa veniebant, magnum pondus ac- P. B.

cunctis libris *fide Lepidi dimiſſos* legebatur: cum *Lepidi miſſos* legi debeat. Apud Tacit. lib. IV. (volo enim a me quoque aliquid opis capere ſtudioſos litterarum) eodem modo peccatum fuit, *Circumgredi terga hoſtium jubet, qui jam acie compoſiti pelluntur: turmas ſociales, equiteſque ſubſidio miſſos:* Legi enim debet, *pellunt turmas ſociales.* Ut Matius inquit, *digniſſimo Cæſare, aduleſcenti:* ita etiam Cicero ad Allienum Procos. ejus filios *digniſſimos illo patre* dixit. *Victorius.* Videtur legendum *Cæſare* pro *Cæſari*, & ita eſt in manuſcripto. *Urſin.*

72. *Atque*

acceſſit ad tollendam dubitationem, judicium & conſilium tuum. Nam & ſcripſiſti apertè, quid tibi videretur, & Atticus ad me ſermonem tuum pertulit. Semper judicavi, in te, & in capiendo conſilio prudentiam ſummam eſſe, & in dando fidem; maximeque ſum expertus, cùm initio civilis belli per litteras te conſuluiſſem, quid mihi faciendum eſſe cenſeres; eundumne ad Pompejum, an manendum in Italia. Suaſiſti, ut conſulerem dignitati meæ. ex quo, quid ſentires, intellexi: & ſum admiratus fidem tuam, & in conſilio dando religionem; quòd, cùm aliud malle amiciſſimum tuum putares, antiquius tibi officium meum quàm illius voluntas fuit. Equidem & ante hoc tempus te dilexi, & ſemper me à te diligi ſenſi. Et cùm abeſſem, [78] atque in magnis periculis eſſem: & me abſentem, & meos præſentes à te cultos & defenſos eſſe, memini. Et poſt meum reditum, quàm familiariter mecum vixeris, quæque ego de te & ſenſerim, & prædicarim, omnes, qui ſolent hæc animadvertere, teſtes habemus. Graviſſimum verò judicium de mea fide, & de conſtantia feciſti, cùm, poſt mortem Cæſaris [n] & totum te ad amicitiam meam contuliſti. Quod tuum judicium, niſi mea ſumma benivolentia erga te, omnibuſque meritis comprobaro, ipſe me hominem non putabo. Tu, mi Appi, conſervabis amorem tuum (etſi more magis hoc quidem ſcribo, quàm quò te admonendum putem) meaque omnia tuebere: quæ tibi ne ignota eſſent, Attico mandavi; à me autem, cùm paullum otii nacti erimus, uberiores litteras exſpectato. Da operam ut valeas. hoc mihi gratius facere nihil potes.

[n] *alii delent* &.

78. *Atque in magnis periculis eſſem.*] Vererer, ne quidquid reliqueram Romæ, militum Cæſareanorum præda eſſet: periclitarer, quidquid reliqueram, perdere. *J. F. Gronov.*

M. TUL-

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARUM LIBER DUODECIMUS, AD C. CASSIUM, ET CETEROS.

EPISTOLA I.

ARG. *Dolabellæ conſulis præclarum facinus laudat: queritur, tyranno occiſo, tyrannidem tamen ſublatam non eſſe: Caſſium hortatur, ut una cum M. Bruto remp. omni perturbatione liberet. Antonio & Dolabella Coſſ.* [A. V. C. DCCIX.] Hanc præceſſit ep. 2. lib. XI. ſequitur ep. 28. ejusdem libri.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

Pag. CLXXXIII.

[1] FINEM [a] nullam facio, mihi crede, Caſſi, de te & de Bruto noſtro, id eſt, de tota republica cogitandi, cujus omnis ſpes in vobis eſt, & in D. Bruto. Quam quidem jam habeo ipſe meliorem, republica à Dolabella meo præclariſſimè geſta. Manabat enim illud malum urbanum, & ita corroborabatur quotidie, ut ego quidem & Urbi, & otio diffiderem urbano. Sed ita [b] compreſſa eſt, ut mihi [c] videamur omne jam ad tempus ab illo duntaxat ſordidiſſimo periculo [d] tuti futuri. Reliqua magna ſunt ac multa: ſed poſita [e] omnia in vobis. quamquam primum [f] quidque explicemus. Nam, ut adhuc quidem actum eſt, non regno, ſed rege liberati videmur. [2] Interfecto

a *ita MSS. alii* nullum.
b *ita Victor.* compreſſum *Lamb.*
c videatur *MS.*
d tutè *Gebh.* e *MS.*
e ſunt omnia *alii.*
f quid expl. non videamus *MS.*

1. *Finem nullam facio.*] Non habet illud vulgo receptum *nullum*, Palatinus pr. Grut. Stewech. Medic. ut notat Baptiſta Egnatius. ſic ſupra lib. x. ep. 32. emendavi, ex Hittorp. Stewech. editione Victorii: *quorum quis ullam finem aut modum futurum putavit.* Gebh.

2. *Interfecto enim rege, regios omnes nutus tuemur.*] Non acta mo-

do

terfecto enim rege, 3 regios omnes nutus tuemur. Neque verò id ſolùm, ſed etiam, quæ ipſe ille, ſi viveret, non faceret, ea nos, quaſi cogitata ab illo, probamus. Nec ejus quidem rei finem video. 4 Tabulæ figuntur: 5 immunitates dantur: 6 pecuniæ maximæ deſcri-

dò Cæſaris, ſed mutuo etiam defendimus, id eſt, ea, quæ ſe facturum, leviter & vix oſtendit. Hoc dicit, quia, quidquid reperiretur in Cæſaris commentariis, id Antonius conſul, æque ac reliqua illius acta, ratum volebat eſſe. Phil. I. *An in commentariolis, & chirographis, & libellis, ſe uno auctore prolatis, ac ne prolatis quidem, ſed tantummodo dictis; acta Cæſaris firma erunt: quæ ille in æs incidit, in quo populi juſſa perpetuaſque leges eſſe voluit; pro nihilo habebuntur?* Et Phil. II. *Quid ego de commentariis infinitis, quid de chirographis loquar?* Et Phil. XII. *P. Manut.*

3. *Regios omnes nutus tuemur.*] Qui non ceperunt elegantiam hujus dicti, legerunt *intuemur.* ſed hoc magis vitreis fractis frivolum eſt. Gruterianus. *Regios omnes nutu tuemur:* neſcio quo ſenſu. mihi ſinceriſſima vulgata eſt. *Gebhard.*

4. *Tabulæ figuntur.*] Æreas tabulas in publicò figebat Antonius, decretum aliquod Cæſaris, aut beneficium continentes: quaſi ſcriptum id reperiſſet in Cæſaris commentariis. Phil. V. *Decreta falſa vendebat: regna, civitates, immunitates in æs, accepta pecunia, jubebat incidi. hæc ſe ex commentariis Cæſaris, quorum ipſe auctor erat, agere dicebat. Reſtituebantur exſules quaſi lege, ſine lege S. C. pecunia accepta, falſa referebat.* Et ad Attic. epiſt. 12. lib. XIV. *Antonius, accepta grandi pecunia, fixit legem, a dictatore comitiis latam, qua Siculi cives Romani: cujus rei, vivo illo, mentio nulla.* Philipp. XII. *P. Manut.*

5. *Immunitates dantur.*] Homines & populi ſtipendiarii & vectigales tributis liberantur. Phil. V, 4. *Decreta falſa vendebat Antonius: regna, civitates, immunitates in æs, accepta pecunia, jubebat incidi: hæc ſe ex commentariis Cæſaris, quorum ipſe auctor erat, agere dicebat.* J. F. Gronov.

6. *Pecuniæ maximæ diſtribuuntur.*] Nos, ut in veteribus libris invenimus, contrario ſenſu *deſcribuntur* legimus. eſt autem *deſcribere pecunias*, frequens apud M. Tullium, id eſt, hanc huic, hanc illi pecuniæ ſummam, quam ſolvere debeas, definire. In oratione pro L. Flacco, *Deſcripſit autem pecuniam ad Pompeji rationem, quæ fuit accommodata L. Syllæ deſcriptioni.* Item in epiſtola magna ad Q. Fratrem, *Nomen autem publicani aſpernari non poſſunt, qui pendere ipſi vectigal ſine publicano non potuerint, quod iis inæqualiter Sylla deſcripſerat.* Victorius. *Pecuniæ maximæ deſcribuntur.*] Vel indicuntur & colliguntur. Juſtin. XVI, 3. vel aſſignantur & ex ærario tribuuntur, ut fere & Manutius, ſed exemplis utitur non convenientibus. Terent. Phorm. V, 8, 30. *Illud mihi argentum jube raptim reſcribi Phormio.* Ph. *Quodque ego deſcripſi porro illis, quibus debui.* J. F. Gronov. *Diſcribuntur.*] Hanc lectionem ex Mediceo notat Egnatius, licet Victorius ſe *deſcribuntur* reperiſſe affirmet.

ſe-

deſcribuntur: exſules reducuntur: ſenatus conſulta falſa referuntur: ut tantummodò odium illud hominis impuri, & ſervitutis dolor depulſus eſſe videatur: reſpublica jaceat in his perturbationibus, in quas eam ille conjecit. Hæc omnia vobis ſunt expedienda. nec hoc cogitandum, ſatis jam habere rempublicam à vobis. Habet illa quidem tantum, quantum numquam mihi in mentem venit optare; ſed contenta non eſt, &, pro magnitudine & animi, & beneficii veſtri, à vobis magna deſiderat. Adhuc ulta ſuas injurias eſt per vos, interitu tyranni: [7] nihil amplius. Ornamenta verò ſua quæ recuperavit? an quòd ei mortuo paret, quem vivum ferre non poterat? [8] cujus æra refigere debebamus, ejus etiam chirographa defendimus? at enim ita decrevimus. Fecimus id quidem, temporibus cedentes: quæ valent in P. D.

ſecutus quoque eſt Manut. & Lambin. Pal. prim. Hittorp. *deſcribuntur.* vulgati *diſtribuuntur.* Gebhardus. Sed audiendus hic eſt Victorius qui repoſuit *deſcribere*, quod hoc ſenſu frequentiſſimum Ciceroni aliiſque. In Orat. de Leg. Agrar. *duodena deſcribit in ſingulos homines jugera.* Cæſ. III. de Bell. civ. 42. *Vecturaſque frumenti finitimis civitatibus deſcripſit.* Græv.

7. *Nihil amplius.*] Modus loquendi, ut de Fin. lib. V. *Virtutem ipſam inchoavit: nihil amplius.* & Acad. lib. II. *excepit, unum tantum ſcire ſe, nihil ſe ſcire: nihil amplius.* & in Verrem lib. III. *ſe ipſum abs te repetit: nihil amplius.* Et in eundem lib. IV. *Hactenus reprehendat ſi quis volet: nihil amplius.* Et pro Cæcina: *In poſſeſſionem in præſentia non reſtituetur: nihil amplius.* Et pro Flacco: *Qua diſputatione orationem refellam ejus, qui dicit, dedimus: nihil amplius.* P. Manut.

8. *Cujus æra refigere debebamus.*] Hæc ſcriptura ſolùm eſt in Palatino tertio integro & Hittorpiano: nam primus, quartus, *ejus* pro *cujus* in ceteris cum tertio facientes. ſecundus, *cujus æra refugere*: quint. *ejus era refugere.* Grut. *ea era refrigere*: Gulielmius ex duobus ſibi inſpectis: *eram reſtringere*, unde conjicit: *aram refringere.* quod tamen eidem non placet. Nos uſitatam ſcripturam non temere ſolicitandam exiſtimamus: propoſuimus autem librorum noſtrorum varietatem, ut ſi forte cui minus vulgata ſatisfacit, ulterius ſuam indaginem explicet. *Gebhard.* *Æra refigere.*] Leges antiquare, abrogare. Cic. Philip. XII. *Nunc figentur rurſus eæ tabulæ, quas vos decretis veſtris refixiſtis?* Virgil.

Fixit leges pretio atque refixit.

Æra ſunt leges æneis tabulis inciſæ, proprie ipſæ tabulæ, quibus leges inſcriptæ. Tacit. IV. Hiſt. *Qui æra legum vetuſtate dilapſa reſicerent, figerentque.* Ovid. I. Metam.

—— *Non verba minantia fixo*
Ære legebantur. J. F. Gronov.

9. Ora-

in republica plurimum. Sed immoderatè quidam, & ingratè noſtra facilitate abutuntur. Verùm hæc propediem, & multa alia coram. Interim ſic tibi perſuadeas; mihi cùm reipublicæ, quam ſemper habui cariſſimam; tum amoris noſtri cauſa, maximæ curæ eſſe tuam dignitatem. Da operam, ut valeas.

EPISTOLA II.

ARG. *Invehitur in Antonii immoderatam potentiam: reip. ſtatum deſcribit.* [A.V.C. DCCIX.] Hanc præceſſit ep. 17. lib. XI. ſequitur ep. 2. lib. X.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

VEHEMENTER lætor; tibi probari ſententiam & 9 orationem meam: qua ſi ſæpius uti liceret, nihil eſſet negotii, libertatem & rempublicam g reciperare. Sed homo amens & perditus, multoque nequior, quàm ille ipſe; quem tu nequiſſimum occiſum eſſe dixiſti, cædis initium quærit: nullamque aliam ob cauſam me auctorem fuiſſe Cæſaris interficiendi criminatur, niſi ut h in me veterani incitentur. Quod ego periculum non extimeſco, 10 modo veſtri facti gloriam cum mea laude communicet. Ita nec Piſoni, qui in eum primus invectus eſt, nullo aſſentiente; nec mihi, qui idem triceſimo pòſt die feci; nec P. Servilio, qui me eſt conſecutus, tutò in ſenatum venire licet. Cædem enim gladiator quærit, ejuſque initium a. d. XIII. kalend. Octobr. à me ſe facturum putavit. i 11 At quàm pa-

g recuperare *alii.*

h contra *MS.*

Pag. CLXXXIV.

i *Lamb.* Ad. *malè.*

9. *Orationem meam.*] Secundam in Antonium, quæ exſtat. *P. Manut.*

10. *Modo facti veſtri gloriam cum mea laude communicem.*] Veneti *communicet*, ut ad Antonium criminatorem referendum ſit. *Camer.*

11. *Ad quem paratus venerat.*] Ita in manuſcriptis legimus: arbitramur tamen *at quam* legendum eſſe, unius tantum litteræ immutatione: nam *d* pro *t*, in antiquis libris frequenter ponitur, ut in C. Matii epiſtola hæc ipſa dictio bis eodem pacto ſcripta eſt, *Ad ludos, quos Cæſaris victoria Cæſar adoleſcens fecit, curavi, ad id.* & quæ ſequuntur, cum utroque in loco *at* intelligi debeat. nam quod nonnulli putant per *quam* cædem intelligi, hanc ipſorum interpretationem non probamus. in villa enim Metelli Antonius orationem commentatus erat, non cædem, & in dicendò ſe exercuerat, ut qui cogitaret Ciceronem accuſare, & contra eum in Se-

ſtatus venerat, cùm in villa Metelli complures dies mmentatus eſſet. Quæ autem in luſtris & in vi- commentatio potuit eſſe? Itaque omnibus eſt viſus, àd te anteà ſcripſi, 12 vomere ſuo more, non dicere.

ıatu accurate dicere. Hoc aperte oſtendit Cicero in ſecunda ilip. cum inquit: *Hac ut colligeres, homo amentiſſime, tot dies in na villa declamaſti.* Ideo autem nunc inquit illum paratum iiſſe, quià commentatus erat: addit igitur, *Itaque omnibus eſt ius vomere ſuo more, non dicere.* Huic ſimilis eſt locus ille ad tic. *At quam iratus venit?* Nec non illè in ſecunda Philip. *At um multos dies in ea villa turpiſſime es perbacchatus?* Victorius.

12. *Vomere ſuo more, non dicere.*] Multa a Cicerone dicta ſunt in tonii ebrietatem, quæ omnibus nota & manifeſta ſunt: ſed ni- acerbius, quodque eum magis multis modis vulneraret, quàm od in XII Philippica de illo loquens, inquit: *Cujus acerbitas mo- , immanitaſque natura, ne vino quidem permiſta temperari ſolet: cum multis detrimentis illum affecerit vinum, quemadmodum omnes it, qui copioſius bibant: quod bonum in ſe illud habet, propter ſa- ſimum ingenium Antonii nullum ei commodum afferre potuerit: vicit m diritas illius & feritas morum vini ipſius vim.* Omnes autem ctores tradunt quod Cicero hic ſignificat vinum lenire mores, omnem ingenii aſperitatem tollere. unde ſapiens vir Zeno, ille tæ Stoicæ princeps, ajebat vinum in ſe efficere, quod aqua in inis: quæ cum amara ſint, macerata dulcia redduntur. Hoc ellexit Vergilius, cum inquit, *mitem Bacchum, mitem vinde- am:* & Catullus *mitem uvam.* accepta autem omnia ſunt ab Ho- ro, qui primus vitem ἡμερίδα appellavit, ut gratiſſimam ſtir- n quemadmodum dignitas illius poſcebat, ornaret. animadver- n enim hoc eſt a doctiſſimis hominibus, qui affirmant, Home- n amore fructus illius captum, ſummis laudibus eam extuliſſe. tarchus in elegantiſſimo ſermone, quem appellavit Ἐρωτικὸν, uit: διὸ ἦν Ὅμηρος ἡμερίδα στεφάνωσιν προσειπεῖν. Ita autem am appellavit quinto libro Odyſſeæ, ubi agit de Antro Calyp- us:

Ἡ δ' αὐτοῦ τετάνυστο περὶ σπείους γλαφυροῖο
Ἡμερὶς ἡβώωσα, τεθήλει δὲ σταφυλῆσι.

l alio etiam in loco de hac voce Homeri Plutarchus egerat: ve- n ille ita depravatus eſt, ut omnes lateat. In commentario tur, quo præparat adoleſcentes ad lectionem poëtarum; cum cuiſſet Lycurgum ſtulte feciſſe, qui cum videret vinum lædere, es inciderat, eum potius fontes admovere debuiſſet: tempera- ntum enim hoc pellere omne detrimentum poterat, & multas litates ejus retinere, inquit, Neque igitur nos poëticam ampu- nus ἡμερίδα Μουσῶν, neque ipſam penitus extinguamus, ſed ea nedia adhibeamus, quibus incommoda quæ afferre ſolet iis, qui parati ad eam accedunt, evitemus, & fructus ipſius retinea- s. Vocavit autem poëticam doctiſſimus vir; Muſarum vitem, pter ſuavitatem: pendet enim totus ſermo a ſuperiore illo mplo Lycurgi, qui peſſimo conſilio vites ſuſtulerat. Multi

 au-

re. Quare quòd ſcribis confidere, auctoritate, & eloquentia noſtra aliquid profici poſſe: nonnihil, ut in tantis malis, eſt profectum. Intelligit enim populus Romanus tres eſſe conſulares, qui, [k] quia de republica bene ſenſerint, liberè locuti ſunt, tutò in ſenatum venire non poſſint. 13 Nec eſt prætereà quòd quidquam exſpectes. Tuus enim neceſſarius affinitate nova delectatur. Itaque jam non eſt ſtudioſus ludorum, infinitoque fratris tui plauſu [l] dirumpitur. Alter item affinis novis commentariis Cæſaris delinitus eſt. Sed hæc tolerabilia: illud non ferendum, quod eſt, quî veſtro anno filium ſuum conſulem futurum putet, ob eamque cauſam ſe huic latroni deſervire præ ſe ferat. Nam L. Cotta familiaris meus, fatali quadam deſperatione, ut ait, minùs in ſenatum venit. L. Cæſar, optimus, & fortiſſimus civis, valetudine impeditur. Ser. Sulpicius, & ſumma auctoritate, & optimè ſentiens, non adeſt. Reliquos, exceptis deſignatis, ignoſce mihi, [m] ſi non numero conſulares. Habes auctores conſilii publici: qui numerus etiam bonis rebus exiguus eſſet, quid cenſes perditis? Quare ſpes eſt omnis in vobis: qui ſi idcirco abeſtis, ut ſitis in tuto; ne in vobis quidem. ſin aliquid dignum veſtra gloria cogitatis; velim ſalvis nobis. ſin id minùs, res tamen publica per vos brevi tem-

k *ita Grav. alii* quia, quæ.

l *alii* diſrump.

m ſed *MSS.*

P. B.

autem erant, qui Lycurgum imitati, poëticam omnem ejicerent atque delerent: quos non minus quam Lycurgum ſtolide facere oſtendit Plutarchus. In impreſſis codicibus μερίδα legitur, quaſi particulam, cum manuſcripti, qui melioris notæ ſunt, ἀμερίδα retineant. dictio autem hæc depravata corrumpit omnem ſententiam, quæ elegantiſſima eſt, & ſummo artificio expreſſa. *Victorius. Vomere ſuo more, non dicere.*] Pal. ſec. ac quint. *Vomere, non dicere* expuncta illâ bigâ vocularum *ſuo more.* Grut. *itaque omnibus eſt viſus, ut ad te antea ſcripſi, vomere vomere, non dicere.* quæ mihi ſcriptura non vana omninò videtur, quandoquidem Palatini reliqui, pr tert. quart. *ſcripſi, vomeres vomere, non dicere,* repræſentant. Illud quoque monendus eſt lector, ubicunque verbum eſt *recuperare*, Mediceum, ut annotat Egnatius, ſcribere *reciperare*, quod mihi rectius omninò videtur. ſi non ſemper immutavi, verecundiæ meæ tribuendum eſt. ſupra rectè *libertatem & rempubl. reciperare.* Gebhard.

13. *Nec eſt praterea.*] Hoc tamen effecimus, multi ut doleant tam malo exemplo, ſed nihil ultra, quia nemo aliquid audet, & qui maxime potentes fovere veſtram cauſſam deberent, ſilent. *J. F. Gronov.*

14. Qui

tempore jus ſuum reciperabit. Ego tuis, neque deſum, neque deero. [14] qui ſive ad me referent, [n] ſive non, mea tibi tamen benivolentia fideſque præſtabitur.

n ſive non deeſt in aliq. MSS.

EPISTOLA III.

ARG. *In Antonium ejuſque ſectam invehitur.* [A.V.C. DCCIX.] Hanc præceſſit ep. 2. lib. x. ſequitur ep. 23. hujus libri.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

AUGET tuus amicus furorem in dies: primùm in ſtatua, quam poſuit in Roſtris, inſcripſit [15] PARENTI OPTIME MERITO; ut non modò ſicarii, ſed jam etiam patricidæ judicemini, quid dico, judicemini? judicemur potius. Veſtri enim pulcherrimi facti ille

14. *Qui ſive ad me referent, ſive non, mea tibi tamen benevolentia fideſque præſtabitur.*] Nos contra hæc verba mendi notam collocavimus, quæ huc rejecto lectore diligentius hunc locum animadvertendum eſſe admoneret. eſt enim in antiquioribus codicibus diminutus luxatuſque, ut quemadmodum nunc in vulgatis legitur, a recentioribus ſuppletum putem: alii de hoc ſuo unuſquiſque arbitrio judicabunt: nos antiquam ſcripturam in medium proponemus, *qui ſive ad me referent, mea tibi tamen in benevolentia, fideſque præſtabitur*, ut membrum alterum defeciſſe exiſtimandum ſit. quem fortaſſe defectum in ſuis etiam codicibus cum haberent Germani, nec aliquid deſiderari putarent, verbis his aliquantum immutatis, ſic perverſionem hanc ſe poſſe corrigere opinati ſunt, *ſi quæ ad me deferunt, mea tibi, &c.* ut in impreſſis. Omnino eſt locus corruptus. *Victor.* Amſtelodam. *qui ſe ne ad me referrent.* quod & in tribus invenit Paullus. in aliis tribus, *qui ſi non ad me referent.* Illud *ſive non* in nullo comparet, niſi unico Manutiano. Scribendum omnino, *qui ſi ne ad me referent, mea tibi tamen benevolentia fideſque præſtabitur.* Id eſt, etſi ne ad me referent. Sit plane meus ſecundus, niſi quod pro *referent* ſcribat *referrent.* Nunc etiam liquet unde cento ille, *ſive non* irrepſerit. *Si ne* coaluit, & *n* in *v*, ut ſæpe, corruptum, ut in Menteliano. quod cum ſine ſenſu eſſet, alii intruſerunt *ſive non.* Abeat ergo in malam rem. *Si* pro *etſi* priſcis in uſu eſſe jam pridem monuerunt docti, nec eſt ut hic exempla congeramus. *Grævius.*

15. *Parenti optime merito.*] Placet Gulielmio quod invenit in codice Hittorpiano: *optimo merito.* ſi quidem eſt apud Plinium 7. 26. *votum meritò Minervæ.* Nos nihil à noſtris codicibus degenerare voluimus. Paullò ſtatim prima editio, codex Hittorpianus; *Patricidæ*, quod aſſumpſit Lambinus, neque mihi non probatur. Gruterianus tamen & Vaticani excerpta *Paricida*; vulgò *Parricida.* Gebhard.

 16. Ant.

ille furioſus me principem dicit fuiſſe. Utinam quidem fuiſſem! moleſtus nobis non eſſet. Sed hoc veſtrum [o] eſt: quod [p] quum præteriit, utinam haberem, [q] quid vobis darem conſilii! Sed ne mihi quidem ipſi reperio, quid faciendum ſit. Quid enim eſt, quod contra vim ſine vi fieri poſſit? Conſilium omne autem hoc eſt illorum, ut mortem Cæſaris perſequantur. Itaque [16] a. d. ſext. non. Octob. productus in concionem à [17] Canutio turpiſſimè ille quidem diſceſſit: ſed tamen ea dixit de conſervatoribus patriæ, quæ dici deberent de proditoribus. De me quidem non [r] dubitanter, quin omnia de meo conſilio & vos feciſſetis, & Canutius faceret. Cetera cujuſmodi ſint, ex hoc judica, quòd legato tuo viaticum eripuerunt. Quid eos interpretari putas, cùm hoc faciunt? Ad hoſtem ſcilicet portari. O rem miſeram! dominum ferre non potuimus: conſervo ſervimus. Et tamen me quidem favente magis, quàm ſperante, etiam nunc reſidet ſpes in virtute tua. Sed ubi ſunt copiæ? De reliquo, malo teipſum loqui tecum, quàm noſtra dicta cognoſcere. Vale.

o fuit *alii.*
p quando *MSS.*
q *alii* quod.

r *ſic MSS. & Vict. alii* dubitant.

EPISTOLA IV.

ARG. *Varia complectitur hac epiſtola, de Antonii nequitia, de ſenatu, de populo, de legatis ad Antonium miſſis, de ipſo Caſſio. Hirtio & Panſa Coſſ.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 3. lib. x. ſequitur ep. 28. ejuſdem libri.

Pag. CLXXXV.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

VELLEM idibus Martiis [18] me ad cenam invitaſſes: reliquiarum [s] nihil fuiſſet. Nunc [t] me reliquiæ [v] veſtræ exercent, & quidem præter ceteros me; quamquam egregios conſules habemus: ſed turpiſſimos conſulares: ſenatum fortem, ſed infimo quemque honore fortiſſimum. Populo verò nihil fortius, nihil melius, Ita-

s *MS.* nil.
t me *delet Lamb.*
v nos *idem.*

16. *Ante d. VI. Nonas Octobr.*] Pighius in Faſtis ad annum V. C. DCCIX. conjicit, *Nonas Octavius.* Gebh.

17. *Canutio.*] Ti. Canutio, tribuno pleb. quem poſtea necavit Octavianus. Vellejus lib. II. Suetonius de claris Rhet. Dio lib. XLVIII. *P. Manut.*

18. *Me ad cænam invitaſſes.*] Ad cædem Cæſaris. lib. x. ep. 28. *Corrad.*

Italiaque univerſa. Nihil autem fœdius Philippo & Piſone, [x] legatis, nihil flagitioſius: qui cùm eſſent miſſi, x leg. *non* ut Antonio ex ſenatus ſententia [19] certas res nuntiarent; *eſt in MSS.* cùm ille earum rerum nulli paruiſſet, ultro ab illo ad nos intolerabilia poſtulata retulerunt. Itaque ad nos concurritur: factique jam in re ſalutari populares ſumus. Sed tu quid ageres, quid acturus, ubi denique eſſes, neſciebam. Fama nuntiabat, te iſſe in Syriam: auctor erat nemo. De Bruto, quo propiùs eſt, eo firmiora videntur eſſe, quæ nuntiantur. Dolabella valde vituperabatur ab hominibus non inſulſis, quòd tibi tam citò ſuccederet, cùm tu vixdum triginta dies in Syria fuiſſes. Itaque conſtabat, eum recipi in Syriam non oportere. Summa laus & tua & Bruti eſt, quòd exercitum præter ſpem exiſtimamini comparaſſe. Scriberem plura, ſi rem cauſamque noſſem. Nunc quæ ſcribo, ſcribo ex opinione hominum atque fama. Tuas litteras avidè exſpecto. Vale.

EPISTOLA V.

ARG. *M. Brutum laudat, ut ad ejus imitationem Caſſium accendat: addit de Mutinenſi bello, de ſtatu reip.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 28. lib. x. ſequitur ep. 4. ejuſdem libri.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

HIEMEM credo adhuc prohibuiſſe, quo minùs de te certum haberemus, quid ageres, maximeque ubi P. B. eſſes. Loquebantur omnes tamen, credo, quòd volebant, in Syria te eſſe, habere copias. Id autem eo faciliùs credebatur, quia [y] ſimile vero videbatur. Brutus y veri ſiquidem noſter egregiam laudem eſt conſecutus. [20] Res mile *MS.* enim tantas geſſit, tamque inopinatas, ut eæ cùm per ſe gratæ eſſent, [21] tum ornatiores propter celeritatem. Quòd

19. *Certas res denuntiarent.*] Ita legendum. juberent eum abſtinere Mutina, dimittere exercitum, &c. ep. 24. *J. F. Gronov.*

20. *Res tantas geſſit.*] Ut omittam Plutarchi, Appiani, Dionis teſtimonia, cognoſcuntur ex Philip. x. res a M. Bruto geſtæ: quarum cauſſa in S. C. laudatus eſt his verbis: *quod ejus opera, conſilio, induſtria, virtute, difficillimo reip. tempore, provincia Macedonia, Illyricum, cuncta Græcia, legiones, exercitus, equitatus in conſulum, ſenatus, populique R. poteſtate eſſent.* P. Manut.

21. *Tum ornatiores propter celeritatem.*] Nugæ hominum, qui quòd præ-

Quòd ſi tu ea tenes, quæ putamus, magnis ſubſidiis fulta reſpublica eſt. A prima enim ora Græciæ, uſque ad Ægyptum, optimorum civium imperiis muniti erimus & copiis. Quamquam, niſi me fallebat, res ſe ſic habebat, ut totius belli omne diſcrimen in D. Bruto poſitum videretur: qui ſi, ut ſperabamus, erupiſſet Mutina, nihil belli [z] reliqui fore videbatur. Parvis omnino jam copiis obſidebatur, quòd magno præſidio Bononiam tenebat Antonius. Erat autem Claternæ noſter Hirtius: ad Forum Cornelium Cæſar: uterque cum firmo exercitu: magnaſque Romæ Panſa copias ex dilectu Italiæ [a] comparat. Hiems adhuc rem geri prohibuerat. Hirtius nihil niſi conſideratè, ut mihi crebris litteris ſignificat, acturus videbatur. Præter Bononiam, Regium Lepidi, Parmam, totam Galliam tenebamus, ſtudioſiſſimam reipublicæ. Tuos [b] etiam clientes Tranſpadanos mirificè conjunctos cum cauſa habebamus. Erat firmiſſimus ſenatus, exceptis conſularibus: ex quibus unus L. Cæſar firmus eſt & rectus. Ser. Sulpicii morte magnum præſidium amiſimus. Reliqui partim inertes, partim improbi: nonnulli invident eorum laudi, quos in republica probari vident. Populi verò Romani, totiuſque Italiæ mira conſenſio eſt. Hæc erant ferè, quæ tibi nota eſſe vellem. Nunc autem opto, ut ab iſtis Orientis partibus virtutis tuæ lumen eluceat. Vale.

[z] reliquum *alii.*
[a] compararat *Lamb. & alii.*
[b] enim *alii.*

Pag. CLXXXVI.

EPISTOLA VI.

ARG. *Strabonem ita commendat, ut quaſi aliud agere videatur. in Caſſio & M. Bruto, ſi res ad Mutinam male geratur, ſpem omnem reip. ſitam eſſe dicit.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 29. hujus libri, ſequitur ep. 30. lib. x.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

QUI ſtatus rerum fuerit tum, cùm has litteras dedi, ſcire poteris ex C. Tidio Strabone, viro bono & opti-

præcederet *grata*, *gratiores* hic quoque reformarunt. ſed *ornatiores* in Pall. Grut. Vaticani excerptis, editionum primaria; habetque Victorius. Paullò poſt ſcripſi: *copias ex dilectu Italia comparat*. quod *comparat* habet editio Victorii, Palatinus primus, ac Vaticani excerpta. *Dilectus* verò ſemper ſcribendum eſt, quod ita præeunt mſſ. &

optimè de republica ſentiente. nam quid dicam, cupidiſſimo tui, qui, domo & fortunis relictis, ad te potiſſimùm profectus ſit? Itaque eum tibi ne commendo quidem. adventus ipſius ad te ſatis eum commendabit. Tu velim ſic exiſtimes, tibique perſuadeas, omne perfugium bonorum in te & Bruto eſſe poſitum, ſi, quod [c] nolim, adverſi quid evenerit. Res, cùm hæc ſcribebam, erat in extremum [d] adducta diſcrimen. Brutus enim Mutinæ vix jam ſuſtinebat. Qui ſi conſervatus erit, vicimus: [22] ſin (quod dii omen avertant!) omnis omnium curſus eſt ad vos. Proinde fac animum tantum habeas, tantumque apparatum, quanto opus eſt ad univerſam rempublicam reciperandam. Vale.

c velim *MS. alii* nollem.
d deducta *alii.*

EPISTOLA VII.

ARG. *Sententiam ab ſe in ſenatu ex Caſſii dignitate dictam, eamque à ſe in concione defenſam, oſtendit.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 24. lib. IX. ſequitur ep. 11. hujus libri.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

Quanto ſtudio dignitatem tuam, & in ſenatu, & ad populum defenderim, ex tuis te malo, quàm ex [e] me, cognoſcere. Quæ mea ſententia in ſenatu facilè valuiſſet, niſi Panſa vehementer obſtitiſſet. Ea ſententia dicta, productus ſum in concionem à tribuno plebis, M. Servilio. Dixi de te, quæ potui, tanta [f] contentione, quantum forum eſt, tanto clamore, con-

e meis *MS.*
f concione *alii.*

& vetuſti libri, tùm quod Lambinus ex ſuis quoque ita contendit. *Gebhard.*

22. *Sin, (quod dii omen avertant!) oppreſſus ibi erit.*] Tria ultima verba in antiquis exemplaribus non leguntur, nec (ut opinor) legi debent, eſt enim figura ἀποσιώπησις· intelliguntur enim ea quæ reſtituta erant verba, aut quæpiam alia, quæ parem vim habeant. Frequens autem eſt hæc figura apud hunc auctorem, ſed multis locis contaminata: in epiſtola tamen ad Terentiam incorrupta eſt, *Si perficitis* (inquit) *quod agitis, me ad vos venire oportet: ſin autem: ſed nihil, &c.* Victorius. *Sin.*] Ominis cauſſâ mentionem vitat adverſæ fortunæ. Eadem figura, quæ ἀποσιώπησις Græce dicta, epiſt. 3. lib. XIV. *Si perficitis, quod agitis; me ad vos venire oportet. Sin autem: ſed nihil eſt opus reliqua ſcribere.* Et ep. 12. lib. XVI. ad Att. *Si pares aque inter ſe, quieſcendum: ſin, latius manabit.* Et apud obſceni carminis Poëtam: *Sin; hac mei te ventris arma laxabunt.* P. Manut.

 23. Se-

conſenſuque populi, ut nihil umquam ſimile viderim. Id velim mihi ignoſcas, quòd invita [23] ſocru tua fecerim. Mulier timida verebatur, ne Panſæ animus offenderetur. In concione quidem Panſa dixit, matrem quoque tuam, & fratrem, illam à me ſententiam noluiſſe dici. Sed hæc non movebant: alia malebam. Favebam & reipublicæ, cui ſemper favi, & dignitati ac gloriæ tuæ. Quod autem, & in ſenatu pluribus verbis diſſerui, & dixi in concione, in eo velim fidem meam liberes. Promiſi enim, & propè confirmavi, te non exſpectaſſe, nec exſpectaturum decreta noſtra: ſed te ipſum tuo more rempublicam defenſurum. Et, quamquam nihildum audieramus, nec ubi eſſes, nec quas copias haberes, tamen ſic ſtatuebam, omnes, quæ in iſtis partibus eſſent opes [g] copiæque, tuas eſſe: per teque Aſiam provinciam confidebam jam reipublicæ [h] recuperatam. Tu fac in augenda gloria te ipſum vincas. Vale.

V. R. [g] copiasque *alii.* [h] *alii* recuperatam.

EPISTOLA VIII.

ARG. *Renovatum eſſe Lepidi ſcelere bellum queritur: Caſſium hortatur ad remp. liberandam.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 32. lib. x. ſequitur proxime ſubjecta.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

SCELUS affinis tui, Lepidi, ſummamque levitatem & inconſtantiam, ex actis, quæ ad te mitti certò ſcio, cognoſſe te arbitror. Itaque nos, confecto bello, ut arbitrabamur, renovatum bellum gerimus: ſpemque omnem in D. Bruto & Planco habemus: ſi verùm quæris, in te, & in [i] meo Bruto, non ſolùm ad præſens perfugium, ſi (quod nolim) adverſi quid acciderit, ſed etiam ad confirmationem perpetuæ libertatis. Nos hîc de Dolabella audiebamus, quæ vellemus: ſed certos auctores non [k] habebamus. Te quidem magnum hominem, & præſenti judicio, & reliqui temporis exſpectatione ſcito eſſe. Hoc tibi propoſito, fac ut ad ſumma contendas. Nihil eſt tantum, quod non po-

[i] M. Bruto J. F. Gron. [k] habeamus *MS.*

23. *Socru tua.*] Servilia, Catonis Uticenſis ſorore, matre M. Bruti, & Tertullæ, uxoris Caſſii. *P. Manut.*

24. *Ad*

populus Romanus à te perfici atque obtineri poſſe judicet. Vale. Pag. CLXXXVII.

EPISTOLA IX.

ARG. *Ejuſdem argumenti cum ſuperiore: hoc amplius, quod in Italiam Caſſium vocat.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ſuperior epiſtola, ſequitur ep. 13. hujus libri.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

BREVITAS tuarum litterarum me quoque breviorem in ſcribendo facit: &, verè ut dicam, non ſatis occurrit, quid ſcribam. Noſtras enim res in actis perferri ad te [1] certò ſcio; tuas autem ignoramus. Tamquam enim clauſa ſit Aſia, ſic nihil perfertur ad nos, præter rumores de oppreſſo Dolabella, ſatis illos quidem conſtantes, ſed adhuc ſine auctore. Nos, confectum bellum cùm putaremus, repentè à Lepido tuo in ſummam ſollicitudinem adducti ſumus. Itaque perſuade tibi, maximam reipublicæ ſpem in te & in tuis copiis eſſe. Firmos omnino exercitus habemus: ſed tamen, ut omnia (ut ſpero) proſperè procedant, multùm intereſt te venire. Exigua enim ſpes eſt reipublicæ: nam nullam non libet dicere: ſed, quæcumque eſt, ea deſpondetur anno conſulatus tui. Vale.

[1] *alii* certè.

EPISTOLA X.

ARG. *Et lepidum hoſtem a ſenatu judicatum ſcribit, & omnino rem poſcere ut Caſſius cum exercitu in Italiam veniat.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 25. lib. XI. ſequitur ep. 29. lib. X.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

LEPIDUS, tuus affinis, meus familiaris, pridiè kal. Quintiles ſententiis omnibus hoſtis à ſenatu judicatus eſt, ceterique, qui unà cum illo à republica defecerunt: quibus tamen [24] ad ſanitatem redeundi ante kal. Septemb. po-

24. *Ad ſanitatem redeundi.*] Alias dicimus, ad ſana conſilia, ad obſequium & fidem. Cæſar I. de Bell. Gall. *Non reſpuit conditionem Cæſar, jamque eum ad ſanitatem reverti arbitrabatur.* Hirt. de Bello Africano: *Ut ſibi daret facultatem cum Conſulibus agendi, ſi poſſet aliqua ratione deduci ad ſanitatem.* Idem de Bello Alexandrino.

poteſtas facta eſt. Fortis ſanè ſenatus, ſed maximè ſpe ſubſidii tui. Bellum quidem, cùm hæc ſcribebam, ſanè magnum erat, ſcelere & levitate Lepidi. Nos de Dolabella quotidie, quæ volumus, audimus: ſed adhuc ſine capite, ſine auctore, rumore nuntio. Quod cùm ita eſſet, [25] tamen litteris tuis, quas nonis Maji
P. B. ex caſtris datas acceperamus, ita perſuaſum erat civitati, ut illum jam oppreſſum omnes arbitrarentur, te autem in Italiam venire cum exercitu: ut, [26] ſi hæc ex ſententia confecta eſſent, conſilio atque auctoritate [m] tua; ſin quid fortè [n] titubatum, ut fit in bello, exercitu tuo niteremur. Quem quidem ego exercitum [o] quibuſcumque potuero rebus ornabo, cujus rei tum tempus erit, cùm, quid opis reipublicæ laturus is exercitus ſit, aut quid jam tulerit, notum eſſe cœperit. Nam adhuc tantùm conatus audiuntur, optimi illi quidem & præclariſſimi, ſed geſta res exſpectatur: quam quidem aut jam eſſe aliquam, aut appropinquare confido. Tua virtute [p] & magnitudine animi nihil eſt nobilius. Itaque optamus, ut quàm primùm [q] te in Italia videamus.

m tua roboraremur. *alii.*
n titubatum eſſet. *alii.*
o verbis quib. potero rebusque *MSS.*
p & *delent Vict. & alii.*
q te *non eſt in MS.*

drino, *Parceret præclariſſimæ patriæ, quæ turpiſſimis incendiis & ruinis eſſet deformata, cives ſuos primùm ad ſanitatem revocaret.* J. F. Gronov. Phædrus lib. IV. *Dum ſanitas conſtabit, pulcre meminere.* i. e. dum ſana mente ero præditus. Ita ὑγιαίνοντας dixit Themiſt. Orat. VII. p. 170. & σωφρονήσαντας Orat. IX. p. 195. Plato apud Euſeb. Lib. XII. p. 574. Præp. Euang. Plura dabit P. Faber Semeſtr. lib. I. c. 9. quibus adde Ælian. lib. XIV. Var. Hiſt. c. 25. *Cuper.*

25. *Tamen literis tuis ita perſuaſum.*] F. *tum literis tuis:* Ex tuis literis nemo non ſibi promiſit, jam oportere actum eſſe de Dolabella. *J. F. Gronov.*

26. *Si hæc ex ſententia confecta eſſent, conſilio atque auctoritate tua roboraremur.*] In nullis paullo antiquioribus libris *roboraremur* legi: & ſane vacat, omnis enim periodi ſenſus ab extremo ejus verbo bis repetito pendet & regitur. Ut ſi hæc, inquit, ex ſententia confecta eſſent, conſilio atque auctoritate tua niteremur: ſin quid forte titubatum (ut fit in bello) exercitu tuo niteremur. Ipſe ſententiam, ſtructuramque verborum ſine ea voce pulcherrime poſſe ſtare exiſtimo. Quod autem inculcaverant verbum, etſi non malum eſt, non fortaſſe hic valde aptum, certe non neceſſarium. Alii poſtea caſtigarunt *roborarentur* de rebus intelligentes, quæ quamvis ex ſententia confectæ eſſent, ejus conſilio & auctoritate indigere videbantur, ut firmius conſtituerentur. Ego in eadem ſententia permaneo, ut melior elegantiorque ſit vetus lectio: nam hæc poſterior meo judicio durior, cum a rebus ad homines, & a tertia perſona ad primam importune tranſeat. *Victorius.*

27. *L. Mur-*

mus. rempublicam nos habere arbitrabimur, ſi vos habebimus. Præclarè viceramus, niſi ſpoliatum, inermem, fugientem Lepidus recepiſſet Antonium. Itaque numquam tanto odio civitati Antonius fuit, quanto eſt Lepidus. Ille enim ex turbulenta republica, hic ex pace & victoria bellum excitavit. Huic oppoſitos conſules deſignatos habemus: in quibus eſt magna illa quidem ſpes, ſed anceps [r] cura propter incertos exitus prœliorum. Perſuade tibi igitur, in te & in Bruto tuo eſſe omnia: vos exſpectari: Brutum quidem jam jamque. Quòd ſi, ut ſpero, victis hoſtibus noſtris veneritis: tamen auctoritate veſtra reſpublica exſurget, & in aliquo ſtatu tolerabili [s] conſiſtet. Sunt enim permulta, quibus erit medendum; etiam ſi reſpublica ſatis eſſe videbitur ſceleribus hoſtium liberata. Vale.

r *alii non habent* cura.

s exiſtet *MS.*

EPISTOLA XI.

ARG. *Scribit, a quibus copias acceperit: ſeque & remp. commendat. Eodem anno, ante Mutinenſem victoriam, ut adſcripta dies docet.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 7. hujus libri, ſequitur ep. 31. lib. x.

C. CASSIUS PROCOS. M. T. C. S. P. D.

Pag. CLXXXVIII.

SI vales, bene eſt: ego quidem valeo. In Syriam me profectum eſſe ſcito ad [27] L. Murcum, [t] & Q. Criſpum, imperatores. Viri fortes, optimique cives, poſteà quàm audierunt, quæ Romæ gererentur, exercitus mihi tradiderunt: ipſique mecum unà fortiſſimo animo rempublicam adminiſtrant. Item legionem, quam Q. Cæcilius Baſſus habuit, ad me veniſſe [v] ſcito. Quatuorque legiones, quas A. Allienus [28] ex Ægypto [x] eduxit, traditas ab eo mihi eſſe ſcito. Nunc te cohortatione non puto indigere, ut nos abſentes, remque pu-

t atque Criſp. *MS.*

v ſcito deeſt in *MSS.*

x duxit *MS.*

27. *L. Murcum.*] L. Statium Murcum, qui tres legiones habebat. Phil. XI. Appianus lib. IV. Dio lib. XLVII. hunc poſtea Sex. Pompejus, Magni filius, cum ad eum, devictis Bruto & Caſſio, ſe contuliſſet, virtutem ejus timens occidit. Dio libro XLVIII. *P. Manut.*

28. *Ex Ægypto.*] Quò miſſus erat a Dolabella, ut ad ſe quatuor illas legiones adduceret. Appianus lib. IV. *Idem.*

29. Quan-

publicam, [29] quantum [y] eſt in te, defendas. Scire te volo; firma præſidia vobis ſenatuique non deeſſe, ut optima ſpe & maximo animo rempublicam defendas. Reliqua tecum aget L. Cartejus, familiaris meus. Vale. Data nonis Martiis, ex caſtris [30] Taricheis.

y *alii* opus eſt def.

EPISTOLA XII.

ARG. *Facta mentione benevolentiæ Ciceronis erga ſe, commendat ſuam dignitatem, ſuoſque duces ac milites. in extremo, iturum ſe in Ciliciam contra Dolabellam, ſignificat.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 11. lib. XI. ſequitur ep. 11. lib. X.

CASSIUS PROCOS. S. D. M. CICERONI SUO.

SI vales, bene eſt: ego quidem valeo. Legi tuas litteras, in quibus mirificum tuum erga me amorem recognovi. Videbaris enim non ſolùm favere nobis, id quod & [z] noſtri & reipublicæ cauſa ſemper feciſti; ſed etiam gravem curam ſuſcepiſſe, vehementerque eſſe de nobis ſollicitus. Itaque, quòd te primùm exiſtimare putabam, nos, oppreſſa republica, quieſcere non poſſe: deinde, cùm ſuſpicarere nos moliri, quòd te ſollicitum eſſe & de ſalute noſtra, & de rerum eventu putabam; ſimul ac legiones accepi, quas A. Allienus eduxerat ex Ægypto, ſcripſi ad te, tabellarioſque complures Romam miſi. Scripſi etiam ad ſenatum litteras, quas reddi vetui priùs, quàm tibi recitatæ eſſent: ſi fortè mei obtemperare mihi [a] voluerint. Quòd ſi litteræ perlatæ non ſunt, non dubito, quin Dolabella, qui, nefariè Trebonio [31] occiſo, Aſiam occupavit, tabellarios [b] meos deprehenderit, litteraſque interceperit. Exercitus omnes, qui in [c] Syria fuêre, teneo. [32] Habeo paullulum moræ,

z *alii* noſtra &, *aut* noſtræ reip.
P. B.
a voluerunt *Lamb.*
b noſtros *alii.*
c Aſia *MSS.*

29. *Quantum eſt in te.*] Sic Veneti, quod rectum. Nos *quantum opus eſt*. Camerar.

30. *Taricheis.*] Opido Judææ. Plinius lib. V. cap. 15. & Joſephus de Bello Judaico. *P. Manut.*

31. *Occiſo.*] Smyrnæ: quæſtione primum tormentis habita pecuniæ publicæ, deinde cervicibus fractis, abſciſſo capite: quod affixum geſtari in pilo, reliquum corpus trahi, atque laceratum in mare abjici Dolabella juſſit. Phil. 11. Appianus lib. IV. Dio lib. XLVII. *P. Manut.*

32. *Habeo paullulum moræ.*] Mediceus liber, *Habui pollulum moræ*. *Pollulum* autem pro *paullulum*: in quo duo animadvertenda ſunt, & *o* pro *au* poſitum, & *paullum* per duo *ll*, ſcribi ſæpe ſolitum. Nam idem liber in epiſtolarum titulis, quæ ſunt ad Paullum

moræ, dum promiſſa militibus perſolvo. Nunc jam ſum expeditus. A te peto, ut dignitatem meam commendatam tibi habeas, ſi me intelligis, nullum neque periculum, neque laborem patriæ denegaſſe: ſi contra
33 importuniſſimos latrones arma cepi te [d] hortante & auctore: ſi non ſolùm [e] exercitus ad rempublicam libertatemque defendendam comparavi, ſed etiam crudeliſſimis tyrannis eripui. [f] Quos ſi occupaſſet Dolabella, non ſolùm adventu, ſed etiam opinione & exſpectatione exercitus ſui Antonium confirmaſſet. Quas ob res milites tuere, ſi eos mirificè de republica meritos eſſe animadvertis: & effice, ne quem pœniteat, rempublicam, quàm ſpem prædæ & rapinarum, ſequi maluiſſe. Item Murci & Criſpi, imperatorum, dignitatem, quantum eſt in te, tuere. Nam Baſſus [g] miſerè noluit mihi legionem tradere. Quòd niſi milites invito eo legatos ad me miſiſſent, clauſam Apameam tenuiſſet, quoad vi eſſet expugnata. Hæc à te peto, non ſolùm reipublicæ, quæ tibi ſemper fuit cariſſima, ſed etiam amicitiæ noſtræ nomine, quam confido apud te plurimùm poſſe. Crede mihi, hunc exercitum, quem habeo, ſenatus atque optimi cujuſque eſſe, maximeque tuum. De cujus voluntate aſſiduè audiendo, mirificè te diligit, carumque habet. Qui ſi intellexerit, commoda ſua curæ tibi eſſe: debere etiam ſe tibi omnia putabit. Litteris ſcriptis, [h] audii, Dolabellam in Ciliciam veniſſe cum ſuis copiis. proficiſcar in Ciliciam.

d hortatore *alii.*
e exercitum *alii.*
f Quem *iid.*
g miſer *alii.*
Pag. CLXXXIX.
h audivi etiam *alii.*

lum Cos. *Paullo* ſcriptum habet, quod in aliis etiam priſcis monimentis adnotatum eſt. Quibus argumentis confirmari poteſt, *Pollam* in epiſtola Ciceronis ad D. Brutum non aliam eſſe a *Paulla Valeria*, de qua Cœlius in epiſtola ſua locutus eſt, ut ab aliis accurate animadverſum eſt. *Victor. Habeo paullulum moræ*, Victorius & Palatinus primus. reliqui *habui*. Ceterùm è ſuis mſſ. *pollulum* legit Gulielm. ſicque corrigit Tibullum lib. II. el. 5.

At quà velabri regio; prius ire ſolebat
Exiguus pulla per vada linter aqua.

Legit inquam, *polla*. Gebhard.

33. *Importuniſſimos latrones.*] Improbiſſimos & omnibus rebus incommodos. Liv. lib. XXIX. *Omnia, quæ crudeliſſimi atque importuniſſimi tyranni ſcelera in oppreſſos cives edunt.* Verrem qui in provincia tyrannicè egerat, Cicero lib. V. ita vocat *importuniſſimam peſtem.* Sic *importunitas* ponitur pro improbitate, ſuperbia & crudelitate, eidemque *bonitas* opponitur, lib. III. in Verr. *Vide, inter importunitatem tuam ſenatuſque bonitatem quid interſit.* J. F. Gronov.

34. *Tum*

ciam. quid egerim, celeriter ut ſcias, dabo operam. Ac velim, ut meremur de republica, ſic felices ſimus. Fac valeas, meque ames. Nonis Maji, ex caſtris.

EPISTOLA XIII.

ARG. *Gratulatur de Mutinenſi victoria, & res a ſe geſtas exponit.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 9. hujus libri, ſequitur ep. 25. lib. XI.

C. CASSIUS S. D. M. CICERONI.

SI vales, bene eſt: valeo. Cùm reipublicæ vel ſalute, vel victoria gaudemus: 34 tum inſtauratione tuarum laudum, quòd maximus conſularis maximum conſulem 35 te ipſe viciſti, & lætamur, & mirari ſatis non poſſumus. Fatale neſcio quid tuæ virtuti datum: [i] id quod ſæpe jam experti ſumus. Eſt enim tua toga omnium armis felicior: quæ nunc quoque nobis pænè [k] victam rempublicam ex manibus hoſtium eripuit ac 36 reddidit. Nunc ergo vivemus liberi: nunc te, omnium maxime civis, & [l] mi cariſſime, id quod maximè reipublicæ [m] tenebris comperiſti; nunc te habebimus teſtem noſtri, & in te, & in conjunctiſſimam tibi rempublicam amoris: &, quæ ſæpe pollicitus es, te & taciturum, dum [n] ſerviremus; & dicturum de me tum, cùm mihi profutura eſſent: nunc illa non ego quidem dici tantopere deſiderabo, quàm ſentiri à te ipſo. Neque enim omnium judicio malim me à te commendari,

i idque ſæpe *Grav.*
k vinctam *MS.*
l mihi *alii.*
m *ita MSS. alii aliter.*
n ſervi eſſemus *MSS.*

34. *Tum inſtauratione tuarum laudum.*] XII. Kalend. Maji, quo die a toto pene populo in Capitolium eſt deductus, maximoque clamore & plauſu in roſtris collocatus. *Corrad.*

35. *Te ipſum viciſti.*] Veneti rectius: *Te ipſe viciſti.* Et mox, *nunc te omnium max. civem.* Per eſt belle hic locus perſcriptus in Venetis, hoc modo: *Nunc te omnium maxime civis & mi cariſſime (id quod maxime reip. tenebris comperiſti) nunc te habebimus.* Camer.

36. *Reddidit.*] Hoc eſt, reſtituit. Ovid. I. Metam.

Redditus orbis erat.

hoc eſt, reſtitutus poſt diluvium ſuæ formæ & ſtatui. Juſt. XVIII, 7. *Atque ita decem Senatoribus interfectis, urbem legibus ſuis reddidit,* hoc eſt, urbi libertatem reſtituit. *Grav.* Sueton. Aug. c. XXVIII. *De reddenda rep. bis cogitavit: primo poſt oppreſſum ſtatim Antonium, memor objectum ab eo ſibi ſapius, quaſi per ipſum ſtaret ne redderetur.*

37. Ut

dari, quàm ipſe tuo judicio dignè, ac mereor, commendatus eſſe: 37 ut hæc noviſſima noſtra facta, non ſub-

37. *Ut hæc noviſſima noſtra facta non ſubita, nec inconvenientia.*] Omnes antiqui codices, etiam Mediceus, *Convenientia* habent: quam vocem non recepi: nec tamen viſum eſt propter librorum vetuſtatem dignitatemque committere, ut ſi forte hæc melior eſſet lectio, amplius in tenebris ſqualoreque jaceret. nec enim eſſe debet noſtra alicujus rei inſcientia damno huic ſcriptori: quod enim ignoramus, alios optime callere poſſe intelligimus, & credimus. Neſcio enim (ut nihil taceam eorum quæ in mentem veniunt) an hic *Convenientia*, caſu orta, &, ut Græci dicunt, συμβεβηκότα ſignificare poſſit: nam & hoc etymon τῶν συμβεβηκότων videtur adferre Simplicius in Commentario primi libri Ariſtot. de Anima, *quod cum alio eant, & una vadant.* Hæc autem ſunt ejus verba: κατὰ συμβεβηκὸς δὲ ἴδια τὰ ἀποδεικνύμενα λέγεται καὶ οὐσιώδη ἢ ὅτι ὡς ἄλλο ἄλλου κατηγορεῖται πᾶν δεικνύμενον; καὶ διὰ τοῦτο μὲν συμβεβηκὸς ὡς σὺν ἄλλῳ βεβηκός. nec tamen memoria tenemus, alibi hanc vocem hoc ſignificatu legiſſe. Peritiores totam hanc rem diligentius animadvertant: nos eorum judicio libenter ſtabimus, petimuſque ne ſtudium juvandi omni ratione qua poſſumus Latinam linguam, in nobis culpetur. Quid enim hæc diligentia nocere poteſt? Dictionem autem hanc, cùm ſine ullo auctore probare non poſſemus, reliquimus: nec tamen adeo ſpernendam cenſuimus, ut hic ſaltem de ea mentionem feciſſe nobis concedi non debeat. Cupidus autem laudis, & gloriæ C. hic Caſſius acute & prudenter videri volebat, quæ tunc honeſte geſſerat, ſimilia eſſe illis ſuis cogitationibus, quarum teſtis erat Cicero: illi enim cogitationes ſuas aperuerat, & hujus rei ab eo fidem omnibus fieri deſiderabat, ne noviſſima facta ſine conſilio & electione facta eſſe ab hominibus exiſtimarentur. Maximum autem argumentum eſt, ſi oſtendere velis ea quæ recte feceris, a judicio, & virtute profecta, & non a fortuna & caſu (tunc enim non multum laudis adipiſcerere) proferre quæ ſæpe antea ſimilia feceris, vel ſaltem cogitaris, ſi proficere non potueris. Docet hoc Ariſtoteles libro primo Rhetor. c. 9. qui vult ea quoque quæ caſu evenerint, poſſe probare avidos laudis cum conſilio ſe feciſſe, ſi multa illis ſimilia antea ſe geſſiſſe planum fecerint. Ejus verba quæ hæc declarant, & ſuſpicionem noſtram non parum augent, non importunum viſum eſt adponere: ἐπεὶ δ' ἐκ τῶν πράξεων ὁ ἔπαινος, ἴδιον δὲ τοῦ σπουδαίου τὸ κατὰ προαίρεσιν, πειρατέον δεικνύναι πράττοντα κατὰ προαίρεσιν. χρήσιμον δὲ τὸ πολλάκις φαίνεσθαι πεπραχότα. διὸ καὶ τὰ συμπτώματα, καὶ τὰ ἀπὸ τύχης, ὡς ἐν προαιρέσει, ληπτέον· ἂν γὰρ πολλὰ καὶ ὅμοια προφέρηται, σημεῖον ἀρετῆς εἶναι δόξει καὶ προαιρέσεως. *Victorius.* Non videbar mihi peccaſſe, qui recepta lectione conſervata, fideliſſimi codicis ſcripturam (præſertim cum in aliis etiam minoris auctoritatis libris eam invenerim) notam eſſe voluiſſem, deque ea non negligenter diſſeruiſſem: non deſunt tamen qui reprehendant. *Idem in poſter. Ut hæc noviſſima noſtra*

ſubita, 38 nec inconvenientia; ſed ſimilia illis cogitationibus; quarum tu teſtis es; fuiſſe judices; meque ad optimam ſpem patriæ non minimum tibi ipſi 39 producendum putes. Sunt tibi, M. Tulli, liberi propinquique, digni quidem te, & meritò tibi cariſſimi. eſſe etiam debent in republica proximè ^o hos cari, qui ſtudiorum tuorum ſunt æmuli, quorum 40 eſſe cupio tibi copiam. Sed tamen non maxima me turba puto excludi, quo minùs tibi vacet 41 me excipere, & ad omnia, quæ velis, & probes, producere. Animum tibi noſtrum fortaſſe probabimus. ingenium diutina ſervitus, certè qualecumque eſt, minus tamen, quàm erat, paſſa eſt videri. Nos ex orà maritima Aſiæ provinciæ, & ex inſulis, quas potuimus naves deduximus. Dilectum remigum, magna contumacia civitatum, tamen ſatis celeriter habuimus. Secuti ſumus claſſem Dolabellæ, 42 cui Lucilius præerat: qui 43 ſpem ſæpe tranſitionis præbendo, neque umquam ^p non ^q deceden-

P. B.

o hos non eſt in MS.

p non alii delent.

q deducendo Grav.

noſtra facta non ſubita, obvenientia.] Ita quidam legunt pro *nec inconvenientia:* quod non ſatis placet. *Urſinus.*

38. *Nec inconvenientia.*] Ita legitur in quinque libris antiquis, quos nunc habeo, & in aliis præterea, quibus olim ſum uſus: Petri Bembi, Ubaldini Bandinelli, Joannis Scalæ, Pauli Boti; duobus Caroli Sigonii. nec vero aliter poſtulat ſententia. Duo veteres libri, unus Vincentii Riccii, quem olim in Scholiis meis nominavi. alter, qui nunc apud me eſt, viri doctiſſimi atque optimi, & mihi vetere neceſſitudine conjuncti, Petri Pagani, habent, *Diſconvenientia:* nec improbo. nam & Horatius ep. 1. lib. 1. dixit:

Æſtuat, & vita diſconvenit ordine toto.

Et ep. 14.

Non eadem miramur: eo diſconvenit inter
Meque & te ——

Alii legunt, *Nec convenientia*, pro inconvenientia. Sua cuique ſponſa, ut in proverbio eſt. *P. Manut.*

39. *Producendum.*] Ut Sen. ep. 110. *etiamſi videatur eorum cura & favore produci.* Forte, ad optimam ſpem patriæ, non minimam tibi ipſi me provehas, tanquam de quo optima quæque patria, & tu quoque non minima ſperare poſſis pietatis officia. *J. F. Gronov.*

40. *Eſſe cupio tibi copiam*] Quos eſſe multos cupio. *Idem.*

41. *Me excipere*] Suſcipere in curam tuam, & mihi ſuffragari ad honores, quibus me dignum putabis. *Idem.*

42. *Cui Lucilius præerat.*] Dion hujus præfecti claſſis Dolabellæ non meminit. Appianus lib. IV. τῶν ἐμφυλίων. L. Figuli mentionem fecit; qui mercede claſſem conducebat Dolabellæ: inquit enim

dendo ; noviſſimè [r] [44] Corycum ſe contulit, & clau-
portu ſe tenere cœpit. Nos illa relicta, quòd & in
tra pervenire ſatius eſſe putabamus, & ſequebatur
ſſis altera, quam anno priore in Bithyniâ Tullius
mber compararat, cui Turulius quæſtor præerat;
prum petivimus. Ibi, quæ cognovimus, ſcribere
vos quàm celerrimè voluimus. Dolabellam, ut
rſenſes, peſſimi ſocii; ita [s] Laodiceni, multò amen-
es, ultrò arceſſierunt: ex quibus utriſque civitatibus,
Græcorum [t] militum numero; [46] ſpeciem exercitus
cit. Caſtra habet ante oppidum [v] Laodiceam poſi-
& partem muri demolitus eſt, & caſtrâ oppido
junxit. Caſſius noſter cum decem legionibus, &
ortibus viginti auxiliariis, & quatuor [x] millium
itatu, à millibus paſſuum viginti [47] caſtra habet poſi-
ta

r Corinthum *MS.*

s Laudiceni *MSS.*

t mil. numeros *Gul.*

v Laudiceam *MS.*

x *alii* militibus equitatum.

a, καὶ ναυτικὸν ἀγείρων ἐπὶ μισθῷ διὰ Λευκίυ Φίγλυ παρέπλεων καὶ Παμφυλίαν, καὶ ἐκ Κιλικίας. Videndum igitur acte, an L. Lucilius Figulus appellatus ſit: non facile enim o in cunctis, & impreſſis & manuſcriptis Ciceronis libris dum eſſe, neque ſatis mihi videtur ille pronomine tantum ificari potuiſſe. *Victorius.* Etſi nihil mutavimus, tamen inmus placere nobis, *Lucius*, potius quam *Lucilius*, tum quod eſt in duobus antiquis, & in uno præterea Vincentii Riccii, n olim habuimus: tum etiam, quod Appianus hunc nomi- *L. Figulum:* & Figulus non Luciliorum, ſed Marciorum & idiorum eſt cognomen. *P. Manut.*

: *Spem tranſitionis præbendo.*] Qui ſimulabant identidem ſeſe dediturum & ad nos acceſſurum, & tamen, quum audiret venire, ulterius ſemper recedebat. lege, *recedendo.* J. F. novius.

4. *Corycum:*] Plin. & Strab. Al. *Corinthum.* Sunt etiam qui nt *circum.* Corrad. *Corycum.*] Non hic mons intelligitur, ut i interpretes exiſtimant, ſed oppidum Ciliciæ Corycus, *quod ſuloque incingitur; anguſto tergore continenti annexum* ut Mela b. 1, 15. In iſtius oppidi portu tenuit ſe Lucilius. *Grævius.*

. *Græcorum militum numero.*] Sc. coacto tantam multitudinem rit; ut ſit inſtar juſti exercitus. *J. F. Gronov.*

. *Speciem exercitus effecit.*] Non plane exercitum, ſed imagi- & ſimilitudinem. Cicero II. in Rullum: *Neque veris comi- neque illis, ad ſpeciem atque ad uſurpationem vetuſtatis, per lictores auſpiciorum cauſſa adumbratis.* Tacitus libro decimo- o: *Tantum ſimul peditum equitumque & æmulantium inter ſe i paratus; ſpeciem fortunæ principalis effecerant.* P. Manut.

. *Caſtra habet poſita cum vallo.*] Hæc ſunt tam inepta verba ut s labor ſit inquinata ea oſtendere: quæ enim caſtra vere apri poſſunt ſine vallo? eum autem *caſtra* dixiſſet, nihil attine-

 bat

ta Πάλτῳ: & exiſtimat, ſe ſine prælio poſſe vincere.
P. CXC. Nam jam 48 ternis tetradrachmis 49 triticum y apud Dolabellam eſt, z niſi quid navibus a Laodicenorum ſupportarit, citò fame pereat, neceſſe eſt. Ne ſupportare poſſit

y penes *alii.*
z ut niſi *alii.*
a Laud. *MSS. & ſic deinde.*

bat addere *cum vallo.* Veteres codices, *caſtra habet poſita* Πάλτῳ, quæ lectio ſincera noſtro judicio eſt. Etenim *Paltos* teſte Strabone lib. XVI. τῶν γεωγραφουμένων, Syriæ oppidum, Laodiceæ vicinum. hæc autem ejus verba, τῇ γὰρ Λαοδικείᾳ πλησιάζει πολίχνια, τό τε Ποσείδιον καὶ τὸ Ἡράκλειον καὶ τὰ Γάβαλα, εἶτα ἤδη ἡ τῶν Ἀραδίων παλαιὰ Πάλτος καὶ Βαλαναία, καὶ Κάρανος τὸ ἐπίνειον τῆς Ἀράδου. Plin. etiam lib. v. c. 20. ſic de ea meminit: *Hic rurſus Syria deſinente Phœnice: oppida, Carne, Balanea, Paltos, Gabale. Palto* autem adverbialiter, ut in epiſtola ad Senatum, *Pacorem Orodi Regis Parthorum filium cum permagno equitatu Parthico tranſiſſe Euphratem, & caſtra poſuiſſe Tybæ*, ut omnia jam conveniant. Quomodo autem Πάλτῳ hic tertio caſu dixerit, conſiderandum eſt. nam ſi Latinam conſuetudinem ſecutus eſſet, Palti ſecundum formam genitivi dixiſſet: an quia Græce id nomen poſuit, Latinorum uſum non ſervavit? quamvis Græci quoque aliam quandam rationem habere videntur. Quod vero Laodiceæ obſeſſus Dolabella perierit magno urbis illius detrimento, docet Strabo lib. XVI. de Laodicea loquens, ἐλύπησε δὲ οὐ μετρίως Δολοβέλλας καταφυγὼν εἰς αὐτὴν, καὶ ἐμπολιορκηθεὶς ὑπὸ Κασσίου μέχρι θανάτου συνδιαφθείρας ἑαυτῷ καὶ τῆς πόλεως πολλὰ μέρη. Victorius. *Caſtra habet poſita* Πάλτῳ.] Locum hunc, qui multis ſeculis jacuerat, ope meliorum codicum reſtitui: qui non veſtigium aliquod ſinceræ lectionis ut ſæpe retinebant, ſed ipſam incorruptam integramque conſervarant; ΠΑΛΤΩΙ enim in illis eſt. Sunt tamen qui Παλτοῖ malint. qua autem ratione hic Πάλτῳ dictum eſſet, expoſui. Quantum ego exiſtimo cum ι, quod nunc ſubſcribunt, in illo exemplari, ut in Mediceo codice, ultimum eſſet Græcæ vocis, & a librariis in penultima littera peccatum eſſet, quod parvam illam pro magna feciſſent, crediderunt nonnulli Παλτοῖ ſcriptum fuiſſe: in Mediceo tamen nihil maculæ. *Idem in poſter. Poſita* Παλτεῖ.] Stephanus Πάλτος, πόλις Συρίας. ὁ πολίτης Παλτηνός. Terminatio adverbium loci ſignificat, ut: *οἴκοι, μεγαροῖ, ἐνδοῖ. J. F. Gronov.*

48. *Ternis tetradrachmis.*] Hoc eſt, duocecim drachmis, ſeu denariis, qui ſchellingis Batavorum reſpondent, vendimus medimnus tritici. Nam apud Livium pro *trium fere denariorum in ſingulis tetradrachmis argenti eſt pondus*, legendum *quatuor fere denariorum*, ut recte animadvertit Budæus de Aſſe, & Gronovius de Seſtertiis. *Grav.*

49. *Triticum apud Dolabellam eſt.*] Hoc eſt *venit. Eſſe* eſt venalem eſſe. Cic. III. in Verr. *Quum in Sicilia ſeſtertiis binis tritici modius eſt.* Et mox: *Ut ſibi pro frumento, quanti frumentum eſſet, dare liceret.* Rurſumque: *quanti Epheſi ſit frumentum.* Liv. XXIX. *Sextante ſal & Romæ & per totam Italiam erat.* J. F. Gronov.

50. *Caſſii*

ɔſſit, & 50 Caſſii claſſis bene magna, cui præeſt Sextius Rufus, & tres, quas nos adduximus, ego, Tullius, Patiſcus, facilè præſtabunt. 51 Et volo [b] bene ſperare, & rempublicam ut [c] & vos iſtic expediiſtis, ita pro noſtra parte celeriter [d] nobis expediri poſſe, confidere. Vale. 53 Data idibus Jun. Cypro, à Cromyu-acride.

b *alii* igitur vos bene.
c & *delet* *Vict.*
d iter vobis *MSS.*

EPI-

Caſſii claſſis bene magna.] Obſervanda ſignificatio vocis *bene* *valdè* vel *admodum.* Sic lib. x. ep. 32. *Inermes bene multos.* ...or de Bell. Hiſp. *Eruptionem fecerunt, & bene multis interfectis* ...*pidum ſunt redacti.* Ibid. *Qui bene magnam manum Luſitanorum* ...*t.* Rurſus: *Cum diutius circumſiderentur, bene multi ſeditionem* ... J. F. Gronov.

Et volo bene ſperare.] Arbitror legendum eſſe *te volo*, non ut ...qui cum antea in impreſſis libris, *& volo vos bene ſperare* le...r, maluerunt hanc delere, quæ pæne in antiquis libris con...r, & illam retinere, cujus in eiſdem exemplaribus veſti...nullum: qui etiam *igitur* addiderunt. *Victorius.*

Ita pro noſtra parte celeriter iter nobis expediri poſſe confidere.] ...nes, quos vidimus, & vulgati & antiqui codices habent. ...men non videat abundare vocem eam *iter*, inutiliterque a ... quatuor litteras antecedentis dictionis repetitas eſſe? agi...m de expedienda repub. & de victoria paranda, non de expeditione, quod ridiculum eſt. jubet bonam ſpem habe...ronem, confidereque etiam ipſos poſſe bene rem gerere, ...ſia reipub. partes defendebant, ut illi in Italia geſſerant. ...m potius (quod puto) an in illis verbis, *& volo bene ſpe...o &*, *te* legi debeat. nam quod ante *& vos* legebatur, nos ...codicibus auctoribus delevimus. *Victorius.* In duobus ...ſtelodam. & meo ſecundo legitur, *ita pro noſtra parte* ...*ter vobis expediri poſſe confidere.* Quæ lectio non videtur ...a, niſi quod *iter* in utroque male interſeratur. *Vobis ex-*... in veſtrum commodum, ut apud Juſtin. lib. II. *Piſiſtratus* ..., *non patria viciſſet tyrannidem per dolum occupat.* Ubi...na ſeges talium locutionum. Poteſt tamen aliorum li...ctio ferri, ut *nobis expediri*, ſit *a nobis expediri*, ut apud ...n. I. *claris ſcriptoribus commemorata*, pro *a claris ſcripto-*... ...ueton. Jul. *Campum Stellatem majoribus conſecratum*, pro ...*s.* Græv.

...a Id. Jun. Acromani Jacride.] Sic omnes vulgati codices ...meo quidem judicio, mendoſe, & nullo intellectu: *Acromania Clide* emendarunt, interpretanturque his ver...ionem ſuam, quaſi dixerit apud ſummam Clidem, ex ..., Plinio, & aliis. nos credere non poſſumus ſi ſum...em intelligere voluiſſet, *Acromaniam* dicturum fuiſſe: ...fallimur) vox neque Græcis, neque Latinis id habere ...ificati. Clides autem duæ parvæ inſulæ ſunt ex adverſo ...m autem literas datas Cypro dicat, ut certiorem locum

 de-

EPISTOLA XIV.

ARG. *Exponit res a ſe geſtas: Rhodios accuſat: procurationem Aſiæ petit: merita ſua in remp. commemorat.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 20. lib. x. ſequitur proxime ſubjecta.

54 LENTULUS CICERONI c SUO S. P. D.

c *alii non habent* SUO.

CUM Brutum noſtrum conveniſſem, eumque tardiùs in Aſiam venturum animadverterem: in Aſiam redii,

declararet ubi eſſent (eſt enim ſatis magna inſula Cypros) locum quempiam in ea inſula narrare debuit, non extra: ſi enim extra, ut ſunt Clides, non Cypro datæ literæ eſſent. Nos ex vetuſtis noſtris codicibus, in quibus pene incorruptus hic locus eſt (legitur enim *A Cromamyu acride* una tantum abundante litera) legimus *A Crommyu acride.* Eſt autem Cypri promontorium κρομμύου ἄκρα contra Anemurium promontorium Ciliciæ: de quo Strabo in fine XIIII. lib. τῶν γεογραφυμένων: ἴσαμεν δέ πω κατὰ τὸν Ἀνεμούριον ἄκραν τῆς τραχείας Κιλικίας ἀντικεῖσθαι τὸ τῶν Κυπρίων ἀκρωτήριον τὴν κρομμύου ἄκραν ἐν τριακοσίοις καὶ πεντήκοντα σταδίοις. Nec multo poſt iterum: ὑπέρκειται δὲ ἐν μεσογαίᾳ λαμενία πόλις εἶθ' ἡ κρομμύου ἄκρα. Quod autem in Ptolemæi Latinis codicibus *Crommion extrema* appellatum eſt hoc promontorium, pudendus eſt error interpretis, qui Geographum vertere aggreſſus ſit, cum neſciret Græcis ἄκραν promontorium ſignificare. nam quod ab hoc κρομμύου ἀκρὶς vocatum eſt, diminutiva forma voluiſſe appellare credimus, ut νησῖδας etiam parvas inſulas eadem ratione nominant: ſi quis noſtram opinionem non recipit, ipſe meliorem inveniat: nobis ſane ſatis certa hæc lectio videtur, & antiquæ ſcripturæ (quod maximum eſt) ſimillis, vel potius eadem quæ illa. *Victorius.* Quibus argumentis auctoritatibusque cenſuerimus ita legendum eſſe, explicavimus antea diligenter. Qui *Acamantide* magis probant, non vere judicant: ſatis certum hujus rei ſignum eſt; quod quid *Acamantide* ſit ignorant: nemo enim unquam veterum auctorum Acamantida promontorium eſſe dixit, quod illi credunt. Acamas promontorium eſt, a quo, ut tradit Plinius, tota inſula quandoque Acamantis appellata fuit. Strabo lib. XIV. pag. 28. ὁ δ' ἀκάμας ἐστιν ἄκρα δύο μαστὺς ἔχουσα, καὶ ὕλην πολλήν. Si legeretur igitur *Acamantide*, cum ante *Cypro* dixerit, inanis ac nimis otioſus ſermo eſſet. *Idem in poſter.*

54. *Lentulus.*] Filius Lentuli Spintheris, ad quem ſunt lib. I. Ciceronis epiſtolæ, augur erat, ut lib. XXXIX. ſcripſit Dio, quæſtor in Aſiam profectus erat cum Trebonio proconſule. quo mortuo, proprætoris nomen aſſumpſerat, quo majore auctoritate sociis imperare poſſet: nec tamen quæſtoris officium intermiſerat: itaque proquæſtor vocabatur, ut inſcriptio docet epiſtolæ ſequentis. *P. Manut.*

dii, ut reliquias mei laboris colligerem, & pecuniam quàm primùm Romam mitterem. Interim cognovi, in [f] Lycia eſſe claſſem Dolabellæ, [g] ampliuſque centum naves onerarias, in quas exercitus ejus imponi poſſet: idque Dolabellam ea mente comparaſſe, ut, ſi Syriæ ſpes eum fruſtrata eſſet, conſcenderet in naves, & Italiam peteret, ſeque cum Antoniis & reliquis latronibus conjungeret. Cujus rei tanto in timore fui, ut, omnibus rebus relictis, cum paucioribus & minoribus navibus ad illas ire conatus ſim. Quæ res, ſi à Rhodiis non eſſem interpellatus, fortaſſe tota ſublata eſſet: tamen magna ex parte profligata eſt. Quum quidem claſſis diſſipata eſt: adventus noſtri timore milites duceſque effugerunt: onerariæ omnes ad unam à nobis ſunt exceptæ. Certè (quod maximè timui) videor etiam conſecutus, [55] ut non poſſit Dolabella in Italiam pervenire, nec ſociis ſuis firmatis durius vobis efficere negotium. Rhodii [56] nos & rempublicam quàm valde deſperaverint, ex litteris, quas publicè miſi, cognoſces. [57] Et quidem multò parciùs ſcripſi. mirari noli. mira eſt

f *alii* Cilicia. *malè.*
g *alii* amplius quam.
P. B.

55. *Ut non poſſit Dolabella in Italiam pervenire.*] Delevi vocem interjectitiam *claſſe*, poſt *poſſit*, ex Palatino primo, Gruteriano, Hittorpiano ac Stewech. Vatic. ex iiſdem & editione principe edidi. *Et quidem multa parcius ſcripſi. mirari noli. mira eſt eorum amentia*: ejectis illis, quæ nullibi comparent, *quàm revera furere eos inveni. quod verò aliquid de his ſcripſi.* Sicut ſtatim ex iiſdem omnibus quoque: *nec me mea nulla privatim injuria unquam.* nam nullus eorum agnoſcit verbum *moverunt*; quod, alienâ manu additum, poſt τὸ *injuria*, margini Medicei, notat Egnatius. Relegemus & nos, nam cur aliena toleremus, ac ſpuriis inter legitima locum demus: cùm frugi agricolæ malas herbas fruticare in hortis, & ſolum ab illis fatigari nolint, felicioribus plantis pinguefactum? *Gebhard.*

56. *Nos & Remp. quam valde deſperaverint.*] Quam inſolentes erga nos fuerint, quod de rep. & bonis partibus actum putarent. Vide me ad Plin. XXII, 25. *J. F. Gronov.*

57. *Et quidem multo parcius ſcripſi. mirari noli.*] Nonnulli hic plura verba inculcant, quæ tradunt in manuſcripto codice ſe inveniſſe. de quorum fide non dubito: videndum tamen eſt, an novæ ſint, & ab aliquo adpoſitæ, quod quidem ego facile credo, nam duriuſculus in illis ſermo eſt, neque ſatis concinnus. Exiſtimarunt fortaſſe imperiti aliqui homines elegantem locutionem, *mirari noli* ſine illis mancam eſſe, ideoque quod deeſſe crediderunt, reſtituere. *Mirari* autem *noli* arbitror hic dictum, ut in epiſtola ad Sulpicium, *noli quærere.* Nihil tamen de hac re ſta-

eſt eorum amentia: nec me [h] meæ ullæ privatim injuriæ umquam. malus animus eorum in [i] noſtram ſalutem, cupiditas partium aliarum, perſeverantia in contemptione optimi cujuſque, ferenda mihi non fuit. nec tamen omnes perditos eſſe puto. Sed iidem illi, qui tum fugientem patrem meum, qui L. Lentulum, qui Pompejum, qui ceteros viros clariſſimos non receperunt, iidem, tamquam aliquo fato, & nunc aut magiſtratum gerunt, aut eos, qui ſunt in magiſtratu, in [k] ſua habent poteſtate: Itaque eadem ſuperbia in pravitate utuntur. Quorum improbitatem aliquando retundi, & non pati impunitate augeri, non solùm utile eſt reipublicæ noſtræ, ſed etiam neceſſarium. De noſtra dignitate, velim tibi ut ſemper curæ ſit: &, quocumque tempore occaſionem habueris, & in ſenatu, & [l] in ceteris rebus laudi noſtræ ſuffragere. [m] Quum conſulibus decreta eſt Aſia, & permiſſum eſt iis, ut, dum ipſi venirent, darent negotium, qui Aſiam obtineant: rogo te, petas ab iis, ut hanc dignitatem potiſſimùm nobis tribuant, & mihi dent negotium, ut Aſiam obtineam, dum ipſorum alteruter venit. Nam, quòd [n] huc properent in magiſtratu venire, aut exercitum mittere, cauſam non habent. Dolabella enim in Syria eſt: &, ut tu divina tua mente proſpexiſti, & [o] prædicaſti, dum iſti veniunt, Caſſius eum opprimet. Excluſus enim ab Antiochea Dolabella, & in oppugnando malè acceptus, nulla alia confiſus urbe, [58] Laodiceam, quæ

h *alii deleut* meæ.
i *alii* noſtra ſalute.
k ſuam h. poteſtatem *alii.*
l in *deeſt in MS.*
m Quando *Grav. & alii.*
n hoc *ed. Grav.*
o prædixiſti *alii.*

ſtatuimus. Quid ſuſpicaremur ſolum enuntiare voluimus: multæ hujuſmodi maculæ ſunt in impreſſis libris, quorum major pars ab aliquo manuſcripto fluxit. Accepi poſtea a doctis viris, qui ſummo ſtudio has epiſtolas cum manuſcriptis ſex ſeptemve exemplaribus contulerunt, in nullo eorum aliter atque in Mediceo legi. *Victorius.*

58. *Laodiceam, quæ eſt in Syria ad mare.*] Laodiceæ duæ fuerunt, hæc in Syria, quam lib. v. cap. 20. Plinius & lib. 11. Strabo nominat: altera in Aſia, quam idem Plinius infra, & Strabo lib. xii. Syriacam numquam video ſejunctam ab ejus imperio, qui Syriæ præerat. Aſiatica vero, cum ad Aſiæ juriſdictionem attineret, interdum tamen Ciliciæ rectoribus honoris gratia tribuebatur. notum eſt Ciceronis exemplum: cujus verba ex epiſt. 67. lib. xiii. ad Servilium Aſiæ proconſulem recitabo: *Ex provincia mea Cilicienſi, cui ſcis* τρεῖς διοικήσεις *Aſiaticas attributas fuiſſe, nullo ſum familiarius uſus, quam Androne Laodicenſi.* Opinor tamen hanc Laodiceam tum disjungi ſolitam ab Aſiæ imperio, & adjungi

quæ eſt in Syria ad mare, ſe contulit. p ibi ſpero celeriter eum pœnas daturum. Nam neque quò refugiat, habet: neque diutius ibi poterit tantum exercitum Caſſii ſuſtinere. ſpero etiam confectum eſſe jam & oppreſſum Dolabellam. Quare non puto, Panſam & Hirtium in conſulatu properaturos in provincias exire, ſed Romæ aucturos conſulatum. Itaque ſi ab his petieris, ut interea nobis procurationem Aſiæ dent, ſpero te poſſe impetrare. præterea mihi promiſerunt Panſa & Hirtius coram, & abſenti mihi ſcripſerunt; Verrioque noſtro Panſa affirmavit, ſe daturum operam, ne in ſuo conſulatu mihi ſuccedatur. Ego porro non, medius fidius, cupiditate provinciæ produci longius ſpatium mihi volo. nam mihi fuit iſta provincia plena laboris, periculi, detrimenti. Quæ ego ne fruſtrà ſubierim, neve priùs, quàm reliquias meæ diligentiæ conſequar, decedere cogar, valde laboro. Nam ſi potuiſſem, quam exegeram pecuniam, univerſam mittere: poſtularem, ut mihi ſuccederetur. Nunc, quod Caſſio dedi, quod Trebonii morte amiſimus; quod etiam crudelitate Dolabellæ, aut perfidia eorum, qui mihi fidem, reique publicæ non præſtiterunt, id conſequi & reficere volo. Quod aliter non poteſt fieri, niſi ſpatium habuero. id, ut per te conſequar, velim, ut ſolet, tibi curæ ſit. Ego me de republica puto eſſe meritum, ut non provinciæ iſtius beneficium exſpectare debeam, ſed tantum, quantum Caſſius & q Bruti, non ſolum illius facti, periculique ſocietate, ſed etiam hujus temporis ſtudio & virtute. Primus enim ego leges r Antonias fregi: primus equitatum Dolabellæ ad rempublicam traduxi Caſſioque tradidi: primus dilectus habui pro ſalute omnium contra conjurationem ſceleratiſſimam: ſolus Caſſio & reipublicæ Syriam exercituſque, qui ibi erant, conjunxi. Nam niſi ego tantam pecuniam, tantaque præſidia, & tam celeriter Caſſio dediſſem; ne auſus quidem eſſet ire in Syriam: & nunc non minora pericula reipublicæ à Dolabella inſtarent, quàm ab

P. CXCI.

p ubi *MSS.*

q Brutus *MS.*

r *alii* Antoninas, *aut* Antonianas.

P. B.

gi Ciliciæ, cum & Aſiam prætorius aliquis, & Ciliciam conſularis adminiſtraret. alioqui fuiſſet ignominia, ſi vel a conſulari ad conſularem, vel a prætorio ad prætorium, multo etiam major, ſi a conſulari ad prætorium transferretur. *P. Manut.*

s *alii* qui & ſod. ab Antonio. Atque hæc omnia is feci, [s] qui ſodalis & familiariſſimus Dolabellæ eram: conjunctiſſimus ſanguine Antoniis: provinciam quoque illorum beneficio habebam: 59 ſed πατρίδ᾽ ἐμὴν μᾶλλον φιλῶν, omnibus meis bellum primus indixi. Hæc etſi adhuc non magnopere mihi tuliſſe fructum animadverto, tamen non deſpero: nec defagitabor permanere, non ſolum in ſtudio libertatis, ſed etiam in labore & [t] periculis.
t periculo *MS.* Attamen ſi etiam aliqua gloria juſta & merita provocabimur, ſenatus & optimi cujuſque officiis: [v] majore cum auctoritate apud ceteros erimus, & eo plus prodeſſe reipublicæ poterimus. Filium tuum, ad Brutum cùm veni, videre non potui, ideò quòd jam in hiberna cum equitibus erat profectus. Sed, medius fidius, ea eſſe eum opinione, & tua, & ipſius, & in primis mea cauſa, gaudeo. Fratris enim loco mihi eſt, qui ex te natus, teque dignus eſt. Vale. D. IIII. kalend. Jun. Pergæ.

v & maj. auct. *Lamb.*

EPISTOLA XV.

ARG. *Et hic res a ſe geſtas commemorat: in Rhodios invehitur: de Dolabella optabilia ſignificat.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit epiſtola ſuperior, ſequitur ep. 13. lib. XI.

P. LENTULUS, P. F. PROQUÆST. PROPR. COSS. PRÆTT. TRIBB. PL. SEN. P. Q. R. S. P. D.

p. CXCII. SI valetis, liberique V. V. B. E. V. Scelere Dolabellæ oppreſſa Aſia, in proximam provinciam Macedoniam,

59. *Sed πατρίδ᾽ ἐμὴν μᾶλλον φιλῶν.*] Non ſunt hæc Græca verba a Lentulo ipſo compoſita, ſed ſumpta e Tragœdia: priſcis autem temporibus illa propter ſententiæ gravitatem valde celebrabantur, nam a Plutarcho etiam in commentario, quo præcepta dat ad Remp. adminiſtrandam utilia, recitantur, εἰ γὰρ εὐγενὴς καὶ φρονήματος μεγάλου τὸ ἀγαθοφρονῆσαι, Φιλῶ τέκν᾽ ἀλλὰ πατρίδ᾽ ἐμὴν μᾶλλον φιλῶ, πῶς οὐκ, &c. Nec tamen auctor eorum adducitur. Ego ſane verſiculos ipſos in his, quæ conſervatæ ſunt, Tragœdiis me legiſſe non memini. Hujuſmodi ſane multas grandes generoſaſque ſententias pronuntiari facit Euripides a Praxithea Erechthei regis uxore, quæ libens volenſque filiam ſuam pro ſalute Athenarum morti obtulit. Cum autem Tragœdia ipſa, in qua erant, perierit, leguntur apud Lycurgum, acerbum illum accuſatorem, in oratione quam ſcripſit contra Leocratem, quamvis

niam, præſidiaque reipublicæ, quæ M. Brutus, V. C.
tenebat, me contuli: & id egi, ut, per quos celerri-
mè [x] poſſent, Aſia provincia, vectigaliaque in veſtram x poſſet
poteſtatem redigerentur. Quod cùm pertimuiſſet Do- *alii.*
labella, [y] vaſtata provincia [60] correptis vectigalibus, y & vaſta-
præcipuè civibus Romanis [z] omnibus crudeliſſimè denu- ta *alii.*
datis ac divenditis, celeriuſque Aſia exceſſiſſet, quàm z *Grav.*
eò præſidium adduci potuiſſet: diutius morari, aut *delet* omnib.
exſpectare præſidium non neceſſe habui: & quàm pri-
mùm ad meum officium revertendum mihi eſſe exiſti-
mavi, ut & reliqua vectigalia exigerem, &, quam de-
poſui pecuniam, colligerem: [a] quidquid ex ea cor- a *fortè*
reptum eſſet, aut quorum id culpâ accidiſſet, cognoſce- quid.
rem quàm primùm, & vos de omni re facerem certio- *Grav.*
res. Interim cùm per inſulas in Aſiam naviganti mihi
nuntiatum eſſet, claſſem Dolabellæ in Lycia eſſe,
Rhodioſque naves complures inſtructas & paratas in
aqua habere: cum [b] his navibus, quas aut mecum b *alii* iis.
adduxeram, aut comparaverat Patiſcus proquæſtor,
homo mihi cùm familiaritate, tum etiam ſenſibus in
republica conjunctiſſimus, Rhodum reverti, confiſus
auctoritate veſtra ſenatuſque conſulto, quo hoſtem
Dolabellam judicaratis; fœdere quoque, quod cum
his, M. Marcello, Ser. Sulpicio renovatum erat: quo
juraverant Rhodii, eoſdem hoſtes ſe habituros, quos
S.P.Q.R. Quæ res nos vehementer fefellit. Tantum
enim [c] abfuit, ut illorum præſidio noſtram firmaremus c afuit
claſſem, ut etiam à Rhodiis urbe, [61] portu, ſtatione, *alii.*
quæ

vis in verſiculis ipſis, qui plurimi ſunt, Praxithea oſtendat, ſe unam tantum filiam ad ſupplicium tradere. Cicero autem in prima quæſtione Tuſculana, & in oratione quoque pro P. Seſtio narrat plures Erechthei regis filias cupide mortem pro vita civium oppetiſſe. *Victor.*

60. *Correptis vectigalibus,*] Per vim ſive per malas artes in poteſtatem ſuam redactis. Dicuntur *corripi* eo ſenſu imprimis illa, in quibus pecunia verſatur. Val. Max. lib. IV. c. 8. *Erat opibus excellens, ſed multo etiam animo quam divitiis locupletior: ſemperque in eroganda potius quam in corripienda pecunia occupatus.* Tacit. Annal. XIII. c. 31. *Jam ante non minus tali largitione quam corripiendis pecuniis ſubiectos affligebat.* J. F. Gronov.

61. *Portu, ſtatione.*] Differunt: nam portus tutior, quam ſtatio. Virg. lib. II. Æn.

Nunc tantum ſinus, & ſtatio male fida carinis. P. Manut.

quæ extra urbem eſt, commeatu, aqua denique prohiberentur noſtri milites: nos vix ipſi ſingulis cum navigiolis reciperemur. Quam indignitatem [d] diminutionemque majeſtatis, non ſolùm juris noſtri, ſed etiam imperii populique Romani, idcirco tulimus, quòd interceptis litteris cognoramus, Dolabellam, ſi deſperaſſet de Syria Ægyptoque, quod neceſſe erat fieri, in naves cum omnibus ſuis latronibus, atque omni pecunia conſcendere eſſe paratum, Italiamque petere: idcirco etiam naves onerarias, quarum minor nulla erat 62 duûm millium amphorum, contractas, in Lycia â claſſe ejus obſideri. Hujus rei timore, patres conſcripti, percitus, injurias perpeti, & cum contumelia etiam [e] noſtra omnia priùs experiri malui. Itaque ad illorum voluntatem introductus in urbem, & in ſenatum eorum, quàm diligentiſſimè potui, cauſam reipublicæ egi: periculumque omne, quod inſtaret, ſi ille latro cum omnibus ſuis naves conſcendiſſet, expoſui. 63 Rhodios autem tanta in pravitate animadverti, ut omnes firmiores putarent, quàm bonos: ut hanc concordiam & conſpirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem, propenſè non crederent eſſe factam: ut patientiam ſenatus, & optimi cujuſque manere etiam nunc confiderent, nec potuiſſe audere quemquam Dolabellam hoſtem judicare: ut denique omnia, quæ improbi fingebant, magis [f] vera exiſtimarent, quàm quæ verè facta [g] erant, & à nobis [h] docebantur. Qua mente etiam ante noſtrum adventum poſt Trebonii indi-

P. B. d demin. *Lamb.*

e veſtra *MS.*

f vero *MS.* g eſſent *MS.* h diceban-tur *MSS.*

62. *Duum millium amphorarum*] Nos ut habent priſca exemplaria *amphorum* ſcripſimus. Græco autem more a recto *ἀμφορεὺς*, ſecundo multitudinis caſu *amphorum* inclinavit. *Victor.*

63. *Rhodios autem tanta in pravitate animadverti.*] Non dubito de veritate hujus lectionis: quum ſuperiore Epiſtolâ dixerit: *Eadem ſuperbiâ in pravitate utuntur.* Certe agnoſcunt illam Vaticani excerpta, prima editio, neque ſecus Gruterianus & Stewechianus, niſi quod præpoſitionem *in* omiſerint. Palatinus primus, ſicut vulgatæ, *tantâ importunitate.* Gulielmius, quod Hittorpianus codex noſtram lectionem haberet, putabat, *in pravitate.* Paullò verò poſt malebat, *Pop. Rom. penſè non crederent.* Gebhard. Mihi maxime probatur Menteliani codicis ſcriptura, *Hæc ſive timor eſt, ut dictitant de agris, quos in continenti habent, ſive furor, ſive potentia paucorum.* Sane *potentia* recepi, ut ante Manutius aliique fecerunt, quamvis ex ingenio profectum eſſe exiſtimarent. *Patientia* enim ſine ſenſu ullo in aliis codicibus legitur. *Grav.*

digniſſimum cædem , ceteraque tot tamque nefaria facinora , binæ profectæ erant ad Dolabellam legationes eorum , & quidem novo exemplo , contra leges ipſorum , prohibentibus iis , qui tum magiſtratus gerebant. Hæc , ſive timore , (ut dictitant) de agris , quos in continenti habent , ſive furore , ſive [i] 64 patientia paucorum , (qui & anteà pari contumelia viros clariſſimos affecerant , & nunc maximos magiſtratus gerentes) nullo exemplo 65 neque [k] veſtra ex parte , 66 neque noſtro præſentium , neque imminenti Italiæ , urbique noſtræ periculo , ſi ille parricida cum ſuis latronibus , navibus ex Aſia Syriaque expulſus , Italiam [l] petiſſet , mederi cùm facile poſſent , noluerunt. Nonnullis etiam ipſi magiſtratus [m] veniebant in ſuſpicionem , detinuiſſe nos , & [n] demorati eſſe , dum claſſis Dolabellæ certior fieret de adventu noſtro. Quam ſuſpicionem conſecutæ res aliquot auxerunt : maximè quòd ſubitò ex Lycia Sex. Marius , & C. Titius , legati Dolabellæ , à claſſe diſceſſerunt , navique longa profugerunt , onerariis relictis : in quibus colligendis non minimum temporis laboriſque [o] conſumpſerunt. Itaque cùm [p] ab Rhodo cum iis , quas habueramus , navibus in Lyciam veniſſemus , naves onerarias recepimus , dominiſque reſtituimus : [q] idemque , quod maximè verebamur , ne poſſet Dolabella cum ſuis latronibus in Italiam venire , timere deſiimus. claſſem fugientem perſecuti ſumus uſque [r] Sidam , quæ extrema regio eſt provinciæ meæ. Ibi cognovi , partem navium Dolabellæ diffugiſſe , reliquas Syriam [s] Cyprumque petiiſſe. Quibus disjectis , cum ſcirem , C. Caſſii , ſingularis civis & ducis , 67 claſſem maximam fore præſtò in Syriam , ad

P. CXCIII.

i *alii* potentia.

k *Grav.* noſtra.

l *alii* petiiſſet.

m veniebat *MS*

n demoratos *alii.* demorari *Grav.*

o *alii* conſumpſerant.

p *ita MSS. alii* à.

q iidemque *alii.*

r in Sydam *alii.*

s *alii* Ægyptumque.

64. *Potentia paucorum*] Sall. Catil. 30. *Hi utrique ad urbem Imperatores erant , impediti , ne triumpharent , calumnia paucorum* Jugurth. XXXI. *nam illa quidem piget dicere , his annis* XV *quam ludibrio fueritis ſuperbia paucorum.* Sic loquuntur , quum ſignificant pro Ariſtocratia ὀλιγαρχίαν invaſiſſe. *J. F Gronov.*

65 *Neque veſtra ex parte.*] Legendum *veſtro.* ut referatur ad τὸ *periculo* , quod quodammodo ad vos quoque pertinebat. *Idem*

66. *Neque noſtro præſentium.*] Cic. pro Planc. X. *Cui nomen meum abſentis honori fuiſſet , ei meas præſentes preces non putas profuiſſe.* lib II. ad Att. 15. *Solius enim mei peccatum corrigi non poteſt.* Idem.

67. *Claſſem maximam fore præſtò in Syriam.*] Hanc lectionem reſti-

ad meum officium reverti: daboque operam, ut meum ſtudium, [t] diligentiam vobis, patres conſcripti, reique publicæ præſtem: pecuniamque, quàm maximam potero, & quàm celerrimè cogam, omnibuſque cum rationibus ad vos mittam. Si percurrero provinciam, & cognovero, qui nobis & reipublicæ fidem præſtiterunt in conſervanda pecunia à me depoſita, quique [v] ſcelere ultrò deferentes pecuniam publicam, hoc munere ſocietatem facinorum cum Dolabella inierunt, faciam vos certiores. De quibus, ſi vobis videbitur, ſi, ut meriti ſunt, graviter conſtitueritis, noſque veſtra auctoritate firmaveritis: faciliùs & reliqua exigere vectigalia, & exacta ſervare poterimus. Intereà quò commodiùs vectigalia tueri, provinciamque ab injuria defendere poſſim, præſidium neceſſarium voluntariumque comparavi. His litteris ſcriptis, milites circiter xxx., quos Dolabella ex Aſia conſcripſerat, [x] è Syria fugientes in Pamphyliam venerunt. hi nuntiaverunt, Dolabellam [y] Antiocheam, quæ in Syria eſt, veniſſe: non receptum, conatum eſſe aliquoties [z] vi introire: repulſum ſemper eſſe cum magno ſuo detrimento. itaque [68] centum circiter amiſſis, ægris relictis, noctu Antiochea profugiſſe Laodiceam verſus: ea nocte omnes ferè Aſiaticos milites ab eo diſceſſiſſe: ex his ad octingentos Antiocheam rediiſſe, & ſe iis tradidiſſe, qui à Caſſio relicti, urbi illi præerant, ceteros per Amanum in Ciliciam deſcendiſſe: quo ex numero, ſe quoque eſſe di-

t & dilig. alii.

P. B. v ſceleratè Lamb.

x alii, & aut de.

y Anchiochiam alii.

z ut introiret MS.

ſtituo ex Gruteriano, editione principe; quam cùm in Mediceo reperiſſet æquè Victorius, diſtinctione peccavit; edidit enim; *fere praſto, in Syriam ad meum officium reverti*. Sed quid ad illud diceret, cùm Gruterianus codex ſupra habet Epiſtolâ præcedente: *aut eis qui ſunt in magiſtratu, ſuam in habent poteſtatem?* Sic ſupra ſæpius tacitus ex libris ac mſſ inſinuavi hanc priſcam lectionem. Vulgatum eſt: *fere praſto in Syriâ.* Gebhard

68. *Centum circiter amiſſis, ægris relictis, noctu Antiocheâ pr.*] Quid vulgatarum editionum cymbala tibi reſpondeant, prius adverte: *C. circiter amicis, ægriſque compluribus relictis, noctu Antiochiâ.* quid ergò reſtituerimus, quid amiſerimus, quid emendaverimus vides. Idque præſtitimus ex Pall. Gruteriano, Stewechiano, Hittorpiano. Vaticani excerptis, atque editione prima, ſimulque Victorianâ Mox habet Stewechianus codex; *omnes ferè Aſiaticos milites ab eo diſceſſe.* quod rectum puto; etiamſi Grammaticas tribus mihi ob id iratas habeam, & neſcio quos, quibus nihil placet, niſi ſui ſimile, hoc eſt, obvium, vile, ſordidum. *Gebhard.*

69. Plo-

dicebant: Caſſium autem cum ſuis omnibus copiis nuntiatum eſſe quatridui iter [a] Laodicea abfuiſſe, tum cùm Dolabella eò tenderet. Quamobrem opinione celeriùs confido ſceleratiſſimum latronem, pœnas daturum. Quarto nonas Junias, Pergæ.

a Laudicea affuiſſe *MS.*

EPISTOLA XVI.

ARG. *Gratulatur de filii Ciceronis indole ad virtutem: verſus mittit, in civem improbum à ſe conſcriptos: petit ut includantur in ſcripta Ciceronis de Cæſaris interitu. Antonio & Dolabella Coſſ.* [A. V. C. DCCIX.] Hanc præceſſit ep. 14. lib. IX. ſequitur ep. 20. lib. XV.

TREBONIUS CICERONI S.

P. CXCIV.

S. V. B. E. Athenas veni a. d. XI. kal. Jun. atque ibi, quod maximè optabam, vidi filium tuum, deditum optimis ſtudiis, ſummaque modeſtiæ fama. Qua ex re quantam voluptatem ceperim, ſcire potes, etiam me tacente. Non enim neſcis, quanti te faciam, & quàm, pro noſtro [b] veterrimo veriſſimoque amore, omnibus tuis etiam minimis commodis, non modò tanto bono, gaudeam. Noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare: nihil adoleſcente tuo, atque [c] adeò noſtro, ([d] nihil enim mihi à te poteſt eſſe ſejunctum) aut amabiliùs omnibus iis, qui Athenis ſunt, eſt: aut ſtudioſius earum artium, quas tu maximè amas, hoc eſt, optimarum. Itaque tibi, quod verè facere poſſum, libenter quoque gratulor, nec minùs etiam nobis: quòd eum, quem neceſſe erat diligere, qualiſcumque eſſet, talem habemus, ut libenter quoque diligamus. Qui cùm mihi in ſermone injeciſſet, ſe velle Aſiam viſere: non modò invitatus, ſed etiam rogatus eſt à me, ut id potiſſimùm nobis obtinentibus provinciam faceret. Cui nos & caritate & amore tuum officium præſtaturos non debes dubitare. Illud quoque erit nobis curæ, ut Cratippus unà cum eo ſit, ne putes, in Aſia feriatum illum ab iis ſtudiis, in quæ tua cohortatione [e] incitatur, futurum. Nam illum paratum, ut video, & ingreſſum 69 pleno gradu, cohortari non intermittemus, quò

b veterano *MS.*
c ideo *MS.*
d nil *MS.*
e incitatus *Grut.*

69. *Pleno gradu.*] Qui, auctore Vegetio, parum diſtat a curſu. Salluſtius in Jug. *Diſperſos milites in unum contrahit, dein cunctos pleno*

quò in dies longiùs, diſcendo exercendoque ſe, procedat. Vos quid [f] ageretis in republica, cùm has litteras dabam, non ſciebam. Audiebam quædam turbulenta, quæ ſcilicet cupio eſſe falſa, ut aliquando otioſa libertate fruamur: quod vel minimè adhuc mihi contigit. Ego tamen nactus in navigatione noſtra puſillum laxamenti, concinnavi tibi munuſculum ex inſtituto meo: & dictum, cum magno noſtro honore à te dictum, concluſi, & tibi infrà ſubſcripſi. In quibus verſiculis ſi tibi quibuſdam verbis 70 εὐθυῤῥημονέστερος videbor: turpitudo perſonæ ejus, in quam liberiùs invehimur, nos vindicabit. Ignoſces etiam iracundiæ noſtræ: quæ juſta eſt in ejuſmodi & homines & cives. Deinde, quî magis hoc Lucilio licuerit aſſumere libertatis, quàm nobis? cùm etiam ſi odio [g] par fuerit in eos, quos læſit, tamen certè non magis dignos habuerit, in quos tanta libertate verborum incurreret. Tu, ſicut mihi pollicitus es, adjunges me quàm primùm ad tuos ſermones. Namque illud non dubito, quin, ſi quid de interitu Cæſaris ſcribas, non patiaris 71 me minimam partem & rei, & amoris tui ferre. Vale, & matrem [h] meoſque

f egeritis *alii.*

P. B.

g pari *alii.*

pleno gradu in collem ſubducit. Livius autem libro XXXIV. differre *plenum gradum* a curſu ſatis oſtendit. *Pleno* (inquit) *gradu ad caſtra hoſtium oppugnanda ſuccedere jubet: ſi quis extra ordinem avidius procurrit, interequitans ſparo percutit.* Ibidem: *ſecundam legionem, ceteris omnibus effuſis, ad ſequendos hoſtes, pleno gradu ſub ſignis compoſitam inſtructamque ſubire ad portam caſtrorum juſſit.* Idem lib. IV. *peditum inſtructam aciem pleno gradu in aciem inducit.* Et lib. X. *Ubi nemo obvius ibat, pleno gradu ad caſtra hoſtium tendunt.* P. Manut.

70. Αʹσχημονέστερος.] Cuncti veteres libri εὐθυῤῥημονέστερος, a verbo, quo ad Pætum ſcribens utitur, εὐθυῤῥημον ſecunda collatione, id eſt, aliquantulum in verbis liberior, & rem ipſam nulla circumſcriptione quaſi tectis verbis deſcribens. Quod cum licentiam quandam primo præ ſe ferat, nonnullis reprehendendum videtur, etſi Stoicorum erat præceptum, ut eorum ſapiens ſic loqueretur. ἀσχημονέστερος enim, id eſt, deformior & turpior, fœdam potius corporis effigiem declarat. *Victorius.* Vera lectio eſt εὐθυῤῥημονέστερος, *rectiloquentior*, hoc eſt, liberior in loquendo, ut ep. 22. lib. VIII. Cicero diſputavit. *Conrad.*

71. *Me minimam partem & rei, & amoris tui ferre.*] Non patieris extremo loco me collocari inter eos, qui Cæſarem occiderunt, & qui a te diliguntur. laudabis me neque minimum, neque vulgari cum indicio benevolentiæ tuæ. *P. Manut.*

72. Tu-

[h] meoſque tibi commendatos habe. [i] D. VIII. kalendas Junias, Athenis.

h *alii* fratresque meos.
i *alii non habent* D.

EPISTOLA XVII.

ARG. *Cornificio, Africam regenti, vivo adhuc Caſare, varia ſcribit, de rumoribus e Syria allatis, de otio civitatis, de Oratore a ſe ſcripto, de ſuo erga illum ſtudio. Q. Fabio Maximo, C. Trebonio Coſſ.* [A.V.C. DCCVIII.] Hanc præceſſit ep. 25. lib. VII. ſequitur ep. 4. lib. XIII.

CICERO S. D. CORNIFICIO, COLLEGÆ.

GRATA mihi vehementer eſt memoria noſtri tua, quam ſignificaſti litteris: quam ut conſerves, non [k] quò de tua conſtantia dubitem, ſed quia mos eſt ita rogandi, rogo. Ex Syria nobis [72] tumultuoſiora quædam nuntiata ſunt. quæ, quia tibi ſunt propiora, quàm nobis, tuâ me cauſâ magis movent, quàm meâ. Romæ ſummum otium eſt: ſed ita, ut malis ſalubre aliquod & honeſtum negotium: quod ſpero fore; [l] video id curæ eſſe Cæſari. [m] Me ſcito, dum tu [n] abſis, quaſi occaſionem quandam & licentiam nactum, ſcribere audaciùs: & cetera quidem fortaſſe, quæ etiam tu concederes: ſed proximè ſcripſi de optimo genere dicendi: in quo ſæpe ſuſpicatus ſum, te [o] à judicio noſtro, ſic ſcilicet, ut doctum hominem [p] à non indocto, paullulum diſſidere. Huic tu libro, maximè velim ex animo; [q] ſi minùs, gratiæ cauſa [r] ſuffragere. Dicam tuis, ut eum, ſi velint, deſcribant, ad teque mittant. Puto enim, etiam ſi rem minùs probabis, tamen [73] in iſta [s] ſolitudine, quidquid à me profectum ſit, jucundum tibi fore. Quòd mihi exiſtimationem tuam,

k *ita Gebh. alii* quòd.
l *alii* quia video.
P. CXCV.
m Meritò, dum *MS.*
n abes *Lamb.*
o à *delet Gebh.*
p ab indocto. *Idem.*
q ſin *Lamb.*
r ſuffragare *MS.*
s *alii* ſollicitudine.

72. *Tumultuoſiora quadam.*] Seditionem faciente Q. Cæcilio Baſſo, qui poſtea ſe cum legione C. Caſſio tradidit. epiſtola 11. & 18. Dio lib. XLVII. & ad Atticum ep. 9. lib. XIV. & Strabo lib. XVI. *P. Manut.*

73. *In iſta ſolitudine.*] Ita jam pridem caſtigavimus, in noſtriſque libris ſcribi juſſimus, ſecuti Medicei codicis & aliorum manu ſcriptorum auctoritatem, nec non rationem ipſam: nihil enim certius hac lectione, nihil clarius eſſe poteſt: & hoc eſt cur in explicationibus noſtris eam ſilentio præteriimus: neque enim confirmatione egebat, quam tamen alii ſibi poſtea vendicarunt. *Victor.*

tuam dignitatemque commendas, facis tu quidem omnium more: ſed velim ſic exiſtimes, me, cùm amori, quem inter nos mutuum eſſe intelligam, plùrimùm [t] tribuam, tum de ſummo ingenio, & de ſtudiis tuis optimis, & de ſpe ampliſſimæ dignitatis ita judicare, ut neminem tibi anteponam, comparem paucos.

[t] *alii* tribuere.

EPISTOLA XVIII.

ARG. *Purgat ſe de infrequentia litterarum: prudentiam Cornificii gravitatemque laudat: præſentem reip. ſtatum cum excuſatione Cæſaris accuſat.* [A. V. C. DCCVIII.] Hanc præceſſit ep. 8. lib. XIII. ſequitur ep. 11. lib. V.

CICERO CORNIFICIO, COLLEGÆ S. D.

QUOD extremum fuit in ea epiſtola, quam à te proximè accepi, ad id primùm reſpondebo. [v] Animum advorti enim, hoc vos magnos oratores facere nonnumquam. Epiſtolas requiris meas. ego autem numquam, cùm mihi [x] denuntiatum eſſet à tuis, ire [y] aliquem, non dedi. Quod mihi videor ex tuis litteris intelligere, te nihil commiſſurum eſſe temerè, nec antè, quàm ſciſſes, quò iſte neſcio qui Cæcilius Baſſus erumperet, quidquam certi conſtituturum. id ego & ſperaram, prudentia tua fretus: &, ut confiderem, fecerunt tuæ [z] gratiſſimæ mihi litteræ. Idque ut facias quàm ſæpiſſimè, ut &, quid tu agas, & quid agatur, ſcire poſſim, & etiam quid acturus ſis, valde te rogo. etſi periniquo patiebar animo, te à me [a] digredi: tamen eo tempore me conſolabar, quòd & in ſummum otium te ire arbitrabar, & ab impendentibus magnis negotiis diſcedere. Utrumque contrà accidit. iſtic enim bellum eſt exortum: hìc pax conſecuta: ſed tamen ejuſmodi pax, in qua, ſi adeſſes, multa te non delectarent; ea tamen, quæ [b] ne ipſum Cæſarem quidem delectent. Bellorum enim civilium hi ſemper exitus ſunt, ut non ea ſolùm fiant, quæ velit victor, ſed etiam, ut iis mos gerendus ſit, quibus adjutoribus ſit parta victoria. Equidem ſic jam obdurui, ut [c] ludis Cæſaris noſtri æquiſſimo animo viderem T. Plancum, audirem Laberii & Publii poëmata. [d] Nihil mihi tam deeſſe ſcito, quàm quicum hæc familiariter doctéque rideam. Is

[v] *alii* Animadverti.
[x] renunt. *Feſtus.*
[y] aliquam *MS.*
P. B. [z] graviſſimæ lit. *alii.*
[a] degredi *Lamb.*
[b] nec *MSS.*
[c] ludos *MSS.*
[d] Nil *MS.*

tu eris, ſi quàm primùm veneris. Quod ut facias, non mea ſolùm, ſed etiam tua intereſſe arbitror.

EPISTOLA XIX.

ARG. *Gratulatur de Syria adminiſtratione illi a Cæſare mandata: eamque optat a Parthico bello vacuam: quod ſi bellum ſit, exemplum ei proponit M. Bibuli, qui ſe opido munitiſſimo tenuerat quamdiu Parthi in provincia fuerunt.* [A.V.C. DCCIX.] Hanc præceſſit ep. 50. lib. XIII. ſequitur ep. 31. lib. VII.

M. T. C. CORNIFICIO S. D.

LIBENTISSIME legi tuas litteras: in quibus jucundiſſimum mihi fuit, quòd cognovi meas tibi redditas eſſe. Non enim dubitabam, quin eas lubenter lecturus eſſes. verebar, [e] ut redderentur. Bellum, quod eſt in Syria, Syriamque provinciam tibi tributam eſſe à Cæſare, ex tuis litteris cognovi. [f] Eamdem rem tibi volo benè & feliciter evenire. Quod ita fore confido, fretus & induſtria & prudentia tua. Sed de Parthici belli ſuſpicione quod ſcribis, ſanè me commovit. [g] Quantum copiarum haberes, cùm ipſe conjectura conſequi poteram, tum ex tuis litteris cognovi. Itaque opto, ne ſe illa gens moveat hoc tempore, dum ad te legiones [h] eæ perducantur, quas audio duci. Quòd ſi pares copias ad confligendum non habebis, non te fugiet uti conſilio M. Bibuli. qui ſe oppido munitiſſimo & copioſiſſimo tamdiu tenuit, quamdiu in provincia Parthi fuerunt. Sed hæc meliùs ex re & ex tempore conſtitues. Mihi quidem uſque curæ [i] erit, quid agas, dum, quid egeris, ſciero. Litteras ad te numquam habui cui darem, quin dederim. A te, ut idem facias, peto: in primiſque, ut ita ad tuos ſcribas, ut me tuum [k] ſciant eſſe.

e *alii* ne. *malè.*
f Eam rem *Lamb.*
P. CXCVI.
g Quid enim cop. *MSS.*
h eæ deeſt *in MS.*
i eris *MS.*
k ſentiant *MS.*

EPISTOLA XX.

ARG. *Jocatur, quia Sinueſſana villa hoſpitio Cornificius uti noluerat; & crebras ab eo litteras petit. Scripta videtur hac epiſtola eo tempore cum in Africam provinciam Cornificius iret.*

CICERO CORNIFICIO [l] COLLEGÆ.

l *alii non habent* COLL.

GRATÆ mihi tuæ litteræ, niſi quòd Sinueſſanum diverſoriolum contempſiſti. Quam quidem contume

 me,

meliam villa puſilla iniquo animo feret, niſi in Cumano & Pompejano 74 reddideris πάντα περὶ [m] πάντων. Sic igitur facies, meque amabis, & ſcripto aliquo laceſſes. Ego enim reſpondere faciliùs poſſum, quàm provocare. 75 Quòd ſi, ut es, ceſſabis, laceſſam. nec tua ignavia etiam [n] inertiam afferat. Plura [o] otioſus. Hæc, cùm eſſem in ſenatu, exaravi.

m πάλων *MS.*
n mihi inert. *Lamb.*
o otioſius *MS.*

EPISTOLA XXI.

ARG. *Anicium ſenatorem, ejuſque negotia & dignitatem commendat.* [A. V. C. DCCIX.] Hanc præceſſit ep. 23. hujus libri, ſequitur ep. 26. eodem hoc libro.

M. T. C. CORNIFICIO S. D.

CAJUS Anicius, familiaris meus, vir omnibus rebus ornatus, negotiorum ſuorum cauſa legatus eſt in Africam legatione libera. Eum velim [p] rebus omnibus adjuves, operamque des, ut quàm commodiſſimè ſua negotia conficiat. in primiſque, quod ei cariſſimum eſt, dignitatem ejus tibi commendo: idque à te peto, quod ipſe in provincia facere ſum ſolitus, non rogatus, ut omnibus ſenatoribus lictores darem: quod idem acceperam & cognoveram à ſummis viris factitatum. Hoc igitur, mi Cornifici, facies: ceteriſque rebus omnibus ejus dignitati reique, ſi me amas, conſules. id erit mihi gratiſſimum. Da operam, ut valeas.

P. B.
p rationibus *MSS. duo.*

EPISTOLA XXII.

ARG. *Narrat de ſtatu reip. poſt Cæſaris interitum: hortatur ut provinciam retineat in poteſtate reip. Antonio & Dolabella Coſſ.* [A. V. C.

74. *Reddideris πάντα περὶ πάντων.*] Ubi quid eſt prætermiſſum, plena compenſatio demonſtratur his verbis, *πάντα περὶ πάντων,* addito verbo ad ſententiam accommodato, ut ep. 17. lib. xv. *Exſpecta πάντα περὶ πάντων.* *P. Manut.*

75. *Quod ſi, ut es, ceſſabis; laceſſam.*] Palatinus ſextus lectionem nobis oggerit, quæ mihi non indigna viſa adnotatu; *Quod ſi, ut es delicatus, ceſſabis; laceſſam.* De qua alii ſtatuant; ego nihil decerno, neque vacat. poſt, quia Lambinus legit: *tua ignavia etiam mihi inertiam aff.* Putat Gulielmius fuiſſe, *etiam mi inertiam,* à quo non diſſentio. *Gebhard.*

76. Col-

[A. V. C. DCCIX.] Hanc præceſſit ep. 6. lib. XI. ſequitur ep. 27. lib. XVI.

M. T. C. S. P. D. CORNIFICIO.

NOS hîc cum homine gladiatore, omnium nequiſſimo, 76 collega [q] noſtro, Antonio, bellum gerimus: ſed non pari [r] conditione, contra arma verbis. At etiam de te concionatur: nec impunè. nam ſentiet, quos laceſſierit. Ego autem acta ad te omnia [s] arbitror perſcribi ab aliis: à me futura debes cognoſcere: quorum quidem non eſt difficilis conjectura. Oppreſſa omnia ſunt: nec habent ducem boni: noſtrique τυραννοκτόνοι longè gentium abſunt. [t] Panſa & ſentit bene & loquitur fortiter: Hirtius noſter tardiùs convaleſcit. Quid futurum ſit, planè neſcio. Spes tamen una eſt, aliquando populum Romanum majorum ſimilem fore. Ego certè reipublicæ non deero: &, quidquid acciderit, à quo mea culpa abſit, animo forti feram. Illud profectò, quoad potero, tuam famam & dignitatem tuebor. A. d. [v] XIII. kalendas Januar. ſenatus frequens mihi eſt aſſenſus, cùm de ceteris rebus magnis & neceſſariis, tum de provinciis, ab iis, qui obtinerent, retinendis, neque cuiquam tradendis, niſi qui ex P. CXCVIII. ſenatus conſulto ſucceſſiſſet. Hoc ego cùm reipublicæ cauſa cenſui, tùm, mehercule, inprimis retinendæ dignitatis tuæ. Quamobrem te amoris noſtri cauſa rógo, reipublicæ cauſa hortor, ut ne cui quidquam juris in tua provincia eſſe patiare: atque ut omnia referas ad dignitatem; qua nihil poteſt eſſe præſtantius. Verè tecum agam, ut neceſſitudo noſtra poſtulat. In Sempronio, ſi meis litteris obtemperaſſes, maximam ab omnibus laudem adeptus eſſes. Sed illud & præteriit & levius eſt. Hæc magna res eſt. Fac ut provinciam retineas in poteſtate reipublicæ. Plura ſcripſiſſem,

q alii veſtro.
r contentione MSS.
s arbitrabar MS.
t De Coſſ. creatis Panſa alii.
v XVIII. MSS.

76. *Collega noſtro.*] In auguratu. ep. 14. lib. VIII. & ad Att. ep. 14. lib. X. Phil. II. & Plutarchus. Alii, *Veſtro*, legunt, hiſtoria refragante. nam veteres libri utrumque habent. *P. Manut.* *Collega noſtro.* P. Victorius edidit, *collega veſtro*, ſed *collega noſtro*, probo. Fuit enim collega Ciceronis Antonius in auguratu. *Lambin.* In argenteis denariis *Antonius Augur* deſcriptus eſt, & Cornuficius item, *Cornuficius Augur Imp.* Urſin.

ſem, niſi tui feſtinarent. Itaque Cherippo noſtro me velim excuſes.

EPISTOLA XXIII.

ARG. *Primum reſpondet ad ea quæ de provincia Cornificii a Stratorio cognoverat: deinde quaſi formam reip. mittit: poſtremo Philoſophiam & Stratorium laudat. Antonio & Dolabella Coſſ.* [A. V. C. DCCIX.] Hanc præceſſit ep. 3. hujus libri, ſequitur ep. 21. eodem hoc libro.

M. T. C. P. CORNIFICIO S. D.

x *ep. hæc in MS. cum præcedente cohæret.* y Tratorius *MSS.* z dign. eſt *alii.* a *Hic in aliis eſt princip. nova epiſt.* P. B. b comprehenderit *Ald.* c venerat obv. *alii.* ierat *Lamb.*

[x] OMNEM conditionem imperii tui, ſtatumque provinciæ mihi demonſtravit [y] Stratorius. O multa intolerabilia locis omnibus! Sed quo tua major [z] dignitas, eo, quæ tibi acciderunt, minus ferenda. Neque enim, quæ tu propter magnitudinem & animi & ingenii moderatè fers, à te non ulciſcenda ſunt, etiam ſi non ſunt dolenda. Sed hæc poſteriùs. [a] Rerum urbanarum acta tibi mitti certò ſcio. quod ni ita putarem, ipſe perſcriberem, in primiſque Cæſaris Octaviani conatum: de quo 77 multitudini fictum ab Antonio crimen videtur, ut in pecuniam adoleſcentis impetum faceret. Prudentes autem & boni viri, & credunt factum, & probant. Quid quæris? magna ſpes eſt in eo. Nihil eſt, quod non exiſtimetur laudis & gloriæ cauſa facturus. Antonius autem, noſter familiaris, tanto ſe odio eſſe intelligit, ut, cùm interfectores ſuos domi [b] comprenderit, rem proferre non audeat. A. d. VII. idus Octobr. Brundiſium [c] erat profectus obviam legionibus Macedonicis 78 IIII, quas ſibi concilia-

re

77. *Multitudini fictum ab Antonio crimen videtur.*] Dicebat Antonius comprehendiſſe ſe domi ſuæ quos ad ſe occidendum Octavianus miſiſſet. id ab Antonio fictum vulgo putabatur, ut ex eo caperet occaſionem impetum faciendi in Octaviani pecuniam. *P. Manut.*

78. *Quatuor.*] Martiam, Quartam, Secundam, Trigeſimam quintam; quarum duæ, Martia & Quarta, illum ſequi noluerunt, ſeque Octaviano tradiderunt, ut ep. 7. lib. II. in Phil. III. & in aliis, & in Vellejo lib. II. & in Dione libro XLV. reliquæ vero duæ, id eſt, Secunda & Trigeſima quinta, pro eo contra Panſam prœlio Mutinenſi pugnarunt: ut eſt ep. 30. lib. X. Appianus lib. III. ſcripſit, ſex fuiſſe Macedonicas legiones: quarum

unam

re pecunia cogitabat, eaſque ad urbem adducere, & in cervicibus noſtris collocare. Habes formam reipublicæ, ſi in caſtris poteſt eſſe reſpublica, in qua tuam vicem ſæpe doleo, quòd nullam partem, per ætatem, ſanæ & ſalvæ reipublicæ guſtare potuiſti. Atque antehac quidem ſperare ſaltem licebat: nunc etiam [d] id ereptum eſt. Quæ enim eſt ſpes, cùm in concione dicere auſus ſit Antonius, [e] Cannutium apud eos ſibi locum quærere, quibus, ſe ſalvo, locus in civitate eſſe non poſſet? Equidem & hæc, & omnia, quæ homini accidere poſſunt, ſic fero, ut philoſophiæ magnam habeam gratiam, quæ me non modò ab ſollicitudine abducit, ſed etiam contra omnes fortunæ impetus armat: tibique idem cenſeo faciundum, nec, à quo culpa abſit, quidquam in malis numerandum. Sed hæc tu meliùs. [f] Stratorium noſtrum cùm ſemper probaſſem: tum maximè in tuis rebus ſummam ejus fidem, diligentiam, prudentiamque cognovi. Da operam, ut valeas, hoc mihi gratius facere nihil potes.

d illud *alii.*

e Cannutium *alii.*

f Tratorium *MSS.*

EPISTOLA XXIV.

ARG. *Cornificium hortatur ut omni cura in remp. incumbat: ſcribit de legatis ad Antonium a ſenatu miſſis: Pinarium commendat. Hirtio & Panſa Coſſ.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 16. lib. VI. ſequitur ep. 8. lib. XI.

M. T. C. S. P. D. CORNIFICIO.

EGo nullum locum prætermitto (nec enim debeo) 79 non modò laudandi tui, ſed ne ornandi quidem. Sed mea ſtudia erga te & officia malo tibi ex tuorum litteris, quàm ex meis, eſſe nota. Te tamen hortor, ut

unam Antonium Dolabellæ, collegæ ſuo, in Syriam proficiſcenti conceſſiſſe: reliquas ipſum accepiſſe. quod ſi ita eſt; legendum hic videtur, *Quinque*, non *Quatuor*: ut Antonius duabus quidem in prœlio ad Mutinam ſit uſus, unam vero caſtris præſidio reliquerit: quæ fortaſſe fuit Alaudarum legio, quam cum Antonio fuiſſe Cicero oſtendit ep. 7. ad Att. lib. XVI. ita quinque legionum numerus reperietur. *P. Manut.*

79. *Non modo laudandi tui, ſed ne ornandi quidem.*] Quid ſi tranſponas: *Non modo ornandi tui, ſed ne laudandi quidem.* Nam *ornare* eſt per SC. aliquid decernere in honorem ejus: idque plus, quam laudare. *J. F. Gronov.*

 80. *Ea*

g hoc eſt an. deeſt in MS. ut omni cura im rempublicam incumbas. g hoc eſt animi, hoc eſt ingenii tui, hoc ejus ſpei, quam habere debes, amplificandæ dignitatis tuæ. Sed hac de re aliàs ad te pluribus. cùm enim hæc ſcribebam, in exſpectatione erant omnia. nondum legati redierant, quos ſenatus non ad pacem deprecandam, ſed ad denuntiandum bellum miſerat, niſi legatorum nuntio paruiſſet. Ego tamen, ut primum occaſio data eſt, meo priſtino more rempublicam defendi: me principem ſenatui populoque Romano profeſſus ſum: nec poſteà, quàm ſuſcepi cauſam libertatis, minimum tempus amiſi tuendæ ſalutis libertatiſque communis. Sed hæc quoque te ex aliis malo. T. Pinarium, familiariſſimum meum, tanto tibi ſtudio commendo, ut majore non poſſim. Cui cùm propter omnes virtutes, tum etiam propter ſtudia communia, ſum amiciſſimus. Is procurat rationes negotiaque Dionyſii h noſtri, quem & tu multùm amas, & ego omnium plurimùm. 80 Ea tibi ego non debeo commendare: ſed commendo tamen. i Facias igitur, ut ex Pinarii, gratiſſimi hominis, litteris, tuum & erga illum & erga Dionyſium ſtudium perſpiciamus.

Pag. CXCVIII.

h *alii* mei.

i Faeias *alii.*

EPISTOLA XXV.

ARG. *Scribit, S. C. eſſe factum ex litteris Cornificii: hortatur ut reip. cauſſam defendat: Luccejo ſe nulla re defuturum pollicetur. Eodem anno, conſulibus interfectis.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 9. lib. XI. ſequitur ep. 10. ejuſdem libri.

M. T. C. S. P. D. CORNIFICIO.

k *hac ep. in MS. cohæret cum priore.*

LIBERALIBUS litteras accepi tuas, quas mihi Cornificius 81 altero viceſimo die, ut dicebat, reddidit. Eo die non fuit ſenatus, neque poſtero. Quinquatribus frequenti ſenatu cauſam tuam egi non invita Mi-

80. *Ea tibi ego non debeo commendare: ſed commendo tamen.*] Hittorpianus codex; *ea tibi commendo tamen, ſed non debeo commendare:* unde Gulielmius conjectabat: *commendo, tamen etſi non debeo commendare.* Gebhard.

81. *Altero viceſimo.*] Manutius explicat per viceſimum ſecundum diem, Caſtalio per viceſimum primum, quem contra Manutium ſuam ſententiam tuentem vide Obſerv. Dec. III. c. I. *Verburg.*

82. Ut

Minerva. Etenim eo ipſo die ſenatus decrevit, [82] ut Minerva

82. *Ut Minerva noſtra cuſtos urbis.*] Nullus eſt (ut exiſtimo) qui neſciat Ciceronem, antequam Roma exiret expulſus a Clodio, ſimulacrum Minervæ, quod domi ſuæ longo tempore religioſiſſime coluerat, in Capitolium detuliſſe; ibique dedicaſſe, cum in baſi inſcripſiſſet *Minervæ cuſtodi urbis.* Non tamen viſum eſt ſilendum, quod Dion lib. XLV. rem, quam nunc Cicero tangit, prodigii loco notat, necemque ipſi præſignificaſſe confirmat. magnam autem vim ventorum extitiſſe docet, multaque loca urbis ea tempeſtate deformata, *καὶ πνεῦμα μέγα ἐπιγενόμενον τάς τε ϛήλας περὶ τὸ Κρόνιον καὶ περὶ τὸν τῆς Πίϛεως νεὼν προσπεπηγυίας ἐπέῤῥηξε καὶ διεσκέδασε. καὶ τὸ ἄγαλμα τὸ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς φυλακίδος ὃ πρὸ τῆς φυγῆς ὁ Κικέρων ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀνέθηκε, κατέβαλε καὶ κατέθραυσε· καὶ τοῦτο μὲν καὶ αὐτῷ τῷ Κικέρωνι τὸν ὄλεθρον προεδήλωσεν· τοὺς δὲ ἄλλους ἐκεῖνά τε ἐτάραττε, καὶ σεισμὸς μέγας γενόμενος. Victorius.* *Ut Minerva noſtra cuſtos urbis.* Lib. II. de Legibus, de Pallade hac cuſtode urbis egit: Ita autem illam appellavit, opinor, ut memoria ſuorum beneficiorum ſemper recens eſſet, qui ope hujus ſapientiſſimæ Deæ patriam conſervarat. Nominabantur autem Dii à priſcis illis, quemadmodum à nobis etiam in noſtra religione, vel à munere aliquo, quo putarentur juvare mortales: vel à locis, in quibus templa illis erecta eſſent, & ubi præſentiores eſſe conſueverant. Cicero Minervam ſuam *Cuſtodem urbis* appellavit. Ciſalpinæ Galliæ Populi Minervam quam & ipſi valde colebant, Memorem appellabant, quòd vota preceſque mortalium audire, nec oblivíſci ſoleret. Templum autem illi in agro Placentino ædificaverant, putabantque eam morbos curare. Infra Cabardiacum, non longè à Trebia, lapides plures viſuntur, in quibus vota huic Deæ ſoluta inciſa ſunt. E remotis etiam locis ad opem illius confugiebant; nec tantum vicinæ gentes præſidio ipſius fidebant, quod ex epigrammatibus illis intelligitur: unius lapidis inſcriptionem ponemus.

MINERVÆ
MEMORI
COELIA JULIANA
INDULGENTIA
MEDICINARUM
EJUS INFIRMITATE
GRAVI LIBERATA
D. P.

Sed etiam alterius, quæ oſtendit eandem illam Cabardiacenſem appellatam, quam mulier, quæ voti compos facta erat, dedicaverat.

MINERVÆ
CABARDIACENSI
MARIA. C. MARI
UMBONIS F.
V. S. L. M.

 Ut

Minerva noſtra, [83] cuſtos urbis, quam turbo dejecerat, reſtitueretur. Panſa tuas litteras recitavit. Magna ſenatus approbatio conſecuta eſt cum [84] ſummo gaudio [85] & offenſione Minotauri, [86] id eſt, [l] Calviſii & Tauri. Factum

l clavis MSS.

Ut autem hæc Minerva à ſede Cabardiacenſis appellabatur, ita Diana quædam Limnatis dicebatur, de qua potiſſimum nunc mentionem facimus: ubi enim de ipſa agitur in IV. lib. hiſtoriæ Taciti, ſcripturæ perverſio eſt: volumus autem eam tollere. *Audita dehinc Lacedæmoniorum, & Meſſeniorum legationes, de jure templi Dianæ Limenitidis*: legendum enim eſt *Limnatidis*, priſcum ſanè illud exemplar, unde exſcripti ſunt primi quinque libri, quod in Medicæa bibliotheca ſervatur, *Liminatidis* habet. Quamvis autem à diligente & erudito viro libri editi ſunt, mendum tamen hoc cavere ille non potuit: manu enim ipſius in margine veteris codicis ἄρτεμις λιμενῖτις, ſcriptum eſt, quam putavit veram eſſe lectionem. Quantopere autem deceptus ſit oſtendunt Græci auctores. Pauſanias in Meſſeniacis 89. ἔϛιν ἐπὶ τοῖς ὅροις τῆς Μεσσηνίας ἱερὸν Ἀρτέμιδος καλουμένης λιμνάτιδος. Item 109. ἔϛι δὲ τῇ μεσογαίῳ κώμη καλᾶμαι καὶ λίμνα χωρίον: ἐν δὲ αὐτῷ λιμνάτιδος ἱερὸν Ἀρτέμιδος. Sed etiam Strabo lib. VIII. pag. 158. ſuperiores duas, & nonnullas alias voti ſolutiones è vetuſtis lapidibus acceptas, dedit mihi Hieronymus Fondulus excellentis ingenii, & multarum literarum vir, qui paucis his menſibus morte obita magnum ſui deſiderium amicis reliquit. *Idem in poſter.* Sed locum Taciti vindicavit Meurſius, cujus Miſcell. Laconica vide lib. I. c. I. *Grav.* *Minerva noſtra.*] Minervæ ſimulacrum a Cicerone in exſulium eunte conſecratum in Capitolio. Dio libro trigeſimo octavo. *P. Manut.*

83. *Cuſtos urbis.*] Minervæ cognomen, πολιάς. Plutarchus in Demoſthene, Lucianus in Lapith. & Cicero ſimulacrum illud, φυλακὶς, inſcripſerat. Dio. Urbes autem ex Minervæ liberalitate proceſſiſſe, Ariſtides auctor eſt. *Idem.*

84. *Summo gaudio, & approbatione Minotauri, id eſt, clavis & tauri.*] Sic omnes recepti & vulgati codices: quam etiam lectionem in cunctis vetuſtioribus invenimus. Quia tamen locus obſcurus eſt, nihil certi de eo proferre poſſum: Germani pro *clavis & tauri*, *Calviſii Tauri* emendarunt; nos nec probamus, nec damnamus. Verumtamen quia ſæpe cognovimus illos antiquos codices ſequi, eorum lectionem non ſprevimus; nec tamen illi valde confidimus, res enim penitus nobis incerta eſt. Quod ſi eam ſequare donec vel meliorem invenias, vel hæc comprobetur: melius fortaſſe, ut unum hominem tantum intelligat & deſcribat, conjunctio illa e medio duorum illorum nominum tolleretur. quamvis nullibi legimus quempiam Calviſium Taurum appellatum. *Victor.*

85. *Cum offenſione ſumma Minotauri.*] Quod valde doluit Calviſio, qui tuam provinciam ſibi deſponderat, & ejus individuo ſodali Statilio Tauro. Sed priuſquam eos nominet, junctim ambos vocat Minotaurum, id eſt portentum, quod Paſiphaë Minois uxor edi-

Factum [m] de te ſenatus conſultum honorificum. Poſtulabatur [n] autem, etiam illi [87] notarentur: ſed Panſa clementior. Ego, mi Cornifici, quo die primùm in ſpem libertatis ingreſſus ſum, & cunctantibus ceteris a. d. XIII. kal. Jan. fundamenta jeci reipublicæ, eo ipſo die providi multùm atque habui rationem dignitatis tuæ. Mihi enim eſt aſſenſus ſenatus de obtinendis provinciis. Nec verò poſteà deſtiti labefactare eum, qui ſumma cum tua injuria contumeliaque reipublicæ provinciam abſens obtinebat. Itaque crebras, vel potiùs quotidianas compellationes meas non tulit, ſeque in urbem recepit invitus: neque ſolùm ſpe, ſed certa re jam & poſſeſſione deturbatus eſt. [88] Meo juſtiſſimo honeſtiſſimoque convicio te tuam dignitatem ſumma tua virtute tenuiſſe, provinciæque honoribus ampliſſimis affectum, vehementer gaudeo. Quòd te mihi de Sempronio purgas, accipio excuſationem. [89] fuit enim illud quod-

P. B. m eſt de alii. n ut Grav. & alii.

edidiſſe ferebatur, & confeciſſe in Labyrintho Theſeus, ſignificans, hos duos non minus malum & portentum eſſe in rep. quam Minotaurus in Creta inſula. *J. F. Gronov.*

86. *Id eſt, Calviſii & Tauri.*] Delendum hoc arbitror, ut gloſſema. *P. Manut.*

87. *Notarentur.*] Illi dicebantur *notari*, de quibus S. C. fiebat non honorificum, quum ſenatus teſtaretur ſibi diſplicere, quod illi fecerant. Liv. lib. XXV. *Ea fraus indicata M. Æmilio prætori priori anno fuerat, & per eum ad ſenatum delata, nec tamen ullo S. C. notata.* Idem lib. XXVII. *De M. Livio præfecto arcis Tarentinæ haud minore certamine actum eſt, aliis S. C. notantibus, quod ejus ſocordia Tarentum proditum hoſti eſſet.* Cicero Philipp. III. *Si igitur Cæſar hoſtis, cur conſul nihil refert ad Senatum? Sin ille a ſenatu notandus non fuerit, quid poteſt dicere, &c.* J. F. Gronov.

88. *Meo juſtiſſimo honeſtiſſimoque convicio.*] Ad Att. I, 14. *Cato advolat, convicium Piſoni Conſuli mirificum facit, ſi id eſt convicium, vox plena gravitatis.* Idem.

89. *Fuit enim illud quoddam cæcum tempus ſervitutis.*] Omnes impreſſi codices, *fuit enim illud quoddam Græcum tempus ſervitutis.* ſed nec vetuſti meliorem, aut diverſam ſaltem lectionem habent. Germani *cæcum tempus* legunt, ut nos arbitramur, conjectura ducti in hanc lectionem: alii *grave tempus.* Nos in tot diverſis ſententiis quid ſentiremus, tacere & occulere noluimus. *Egregium* igitur repoſuimus, non nimis omnino longe a vetuſtis veſtigiis, & ſententia valde congruente: illis tamen quæ nullius antiqui codicis auctoritate freti caſtigamus, non firmiter nitimur. Quod ſi hanc noſtram emendationem diſplicere ſenſerimus, nos quoque facile illam deſeremus: ſi tamen meliorem quiſpiam vel invenerit, vel excogitarit, verum antiquiorum codicum auxilio deſtituti,

 quod

quoddam cæcum tempus ſervitutis. Ego tuorum conſiliorum auctor, ° dignitatiſque fautor, iratus temporibus, in Græciam, deſperata libertate, 90 rapiebar: cùm me Eteſiæ, quaſi boni cives, relinquentem rempublicam proſequi noluerunt; Auſterque adverſus maximo flatu me ad tribules tuos Regium ᵖ retulit: atque inde ventis remis in patriam ᵠ omni feſtinatione properavi, 91 poſtridieque in ſumma reliquorum ſervitute liber unus fui. Sic ſum in Antonium invectus, ut ille non ferret, 92 omnemque ſuum ʳ vinolentum furorem in me unum effunderet: meque cùm 93 elicere vellet ad cædis cauſam,

o dignitatis aut dignitati. *MSS.*

p attulit *MS.* appulit. *Gul.*

q omni feſt. *gloſſa vid. Gul.*

r *alii* violentum.

quod induſtria noſtra huic loco opis adferre potuimus, libenter fecimus. *Victor.* Non aliter eſt in Palatino ſexto, & Hittorp. niſi quod, *cæcum tempus quoddam.* in primo *Græcum*, unde alii *Grave:* Victorius *egregium* fecerat. Lambinus tamen ait ſe ſequi Ubaldini Bandinelli conjecturam, laudatam ac probatam Manutio: *fuit enim quoddam neceſſarium tempus*, quod tamen in illius commentariis non invenio. Ego quod viſum erat veteribus codicibus, exturbare temperavi. *Gebhard.* Quod Gebhardus dicit ſe non reperire conjecturam Bandinelli in Commentariis a Manutio probatam, ridiculum plane eſt, & in illo critico ſupercilioſo minime ferendum. An igitur nihil Manutii in Ciceronis epiſtolas exſtat, niſi quod in Commentariis legitur? Id videtur cenſor ignoraviſſe. Verum antequam Manutius Commentarios ſcripſit, ediderat Scholia in epiſtolas haſce, & in Opera Ciceronis Philoſophica, quæ aliquoties ſeparatim excuſa fuere. Ego illa habeo ex editione Frelloniana 1562. atque comperio revera tunc Manutium id voluiſſe, quod Lambinus dicit. Integram ejus notam addidiſſem, niſi ea jam a Celeb. Grævio. p. 107. Manutianis eſſet appoſita, quò lectorem remitto. *Verburg.*

90. *Rapiebar.*] Poſt Cæſaris necem, vexata ab Antonio conſule rep. ep. I. lib. x. Phil. I. Off. libro primo. *Rapiebar*, ſummam voluntatem diſcedendi ex Italia demonſtrat. Diſceſſit autem ea mente, ut adeſſet Kal. Jan. quo die novi conſules, Hirtius & Panſa ſenatum habituri erant. *P. Manut.*

91. *Poſtridieque.*] IV. non. Sept. nam in patriam Kal. Sept. pervenit. quo die vocatus in ſenatum ab Antonio conſule, non ivit. poſtridie autem, abſente Antonio, venit in ſenatum, & Philippicam primam habuit: de qua loquitur, cum hic ſubjungit: *Sic ſum in Antonium invectus, ut ille non ferret.* Et Phil. V. *Veni poſtridie: ipſe non venit. locutus ſum de rep. minus etiam libere, quam mea conſuetudo, liberius tamen, quam pericula minaque poſtulabant.* P. Manut.

92. *Omnemque ſuum vinolentum furorem.*] Locus hic confirmat Ant. Auguſtini emendationem, qui Philipp. lib. VI. *novi vinolentiam* legendum putat, pro *violentiam:* quamvis videatur *violentia* in caſtris poſſe magis objici M. Antonio, quam domi. *Urſin.*

93. Eli-

ſam, tum tentaret inſidiis: 94 quem ego ructantem & nauſeantem conjeci in Cæſaris Octaviani plagas. Puer enim egregius præſidium ſibi primùm, & nobis; deinde P. CXCIX. ſummæ reipublicæ comparavit: qui niſi fuiſſet, Antonii reditus à Brundiſio [s] peſtis patriæ fuiſſet. Quæ deinceps acta ſint, ſcire te arbitror. Sed redeamus [t] ad illud, unde [v] divertimus. Accipio excuſationem tuam de

s peſtis *deeſt in MS.*
t illuc *MS.*
v devertimus *MS.*

93. *Eliceret vellet ad cadis cauſſam.*] Nam, ad XIII. kal. Oct. ideo Ciceronem Antonius adeſſe juſſit in ſenatu, ut ab eo cædis initium faceret. quod Cicero ſuſpicatus, in ſenatum non ivit. hoc dilucide narratur Phil. v. & epiſt. 2, h. l. *P. Manut.*

94. *Quem ego ructantem & nauſeantem conjeci in Cæſaris Octaviani plagas.*] Quamvis ex recepta hac lectione commodus ſenſus eliciatur, conſilium tamen non fuit veterem præterire, quæ diverſa eſt: *confeci* enim in Mediceo legitur, & in alio quoque ſatis probato, non *conjeci*: quod niſi poſtrema dictio eo caſu poſita impediret, hanc veriorem putarem. doctiores videbunt an tolerari poſſit, & num aliis etiam in locis probi auctores ita locuti ſint: nam vis illius verbi *confeci* præclare hic convenit, niſi fallor, ut de Aruſpicum reſponſis inquit: *Haud poteſt gravioribus a me verbis vulnerari, quam eſt ſtatim in facto ipſo a P. Servilio confectus.* Sed infinita exempla hujus locutionis eſſe poſſent. Illud autem *conficere in plagas* dictum videtur, ut inſuere in culleum, & ut in epiſtola Aſinii *deprenſus in ludum*: ita enim arbitror locum illum legi debere, non *depreſſus*, quemadmodum alias oſtendimus: nam ſic fere in Mediceo, & verbum ipſum *deprendo* & quæ ab eo derivantur, ſcribuntur. Quintilianus quoque libro IX. oſtendit, utroque modo ſine culpa dici poſſe cum inquit: *Utrum volet, ſumat compoſitio, Vitaviſſe, vel vitaſſe: Deprehendere, vel deprendere: ut Vementer quoque, & alia etiam hujuſcemodi dictiones.* eruditiores de tota re nunc ſtatuent. Senſus autem hujus loci facit ut recorder alium item depravatum in Epitome primi libri Δειπνοσοφιστῶν Athenæi: ille tamen, quemadmodum puto, ſatis tuto emendari poteſt. Priſcum autem quendam Macedonum morem exponit: qui, ut ad fortitudinem juvenes excitarent, non patiebantur in conviviis accumbere, qui extra plagas aprum non confeciſſet: ſed in menſa, donec hoc præſtaſſent, ſedere volebant: id enim multo minus in ſe dignitatis habebat. Quam depravata autem apud eum auctorem verba ſint, quæ hanc ſententiam exprimere debebant, facile animadverti poteſt, ut non ſine cauſſa in impreſſis libris ad locum tot maculis inquinatum mendi nota adpoſita fuerit: ita autem totus legi debet, Ἡγήσανδρος δέ φησιν οὕτως ἔθος εἶναι ἐν Μακεδονίᾳ κατακλίνεσθαί τινα ἐν δείπνῳ εἰ μήτις ἔξω λίνων ὗν κεντήσειεν. ἕως δὲ τότε καθήμενοι ἐδείπνουν. Addit idem quemadmodum Caſſander annorum triginta quinque adhuc juxta patrem ipſe ſederet, quod nunquam certamen conficere potuiſſet, quamvis & vir fortis, & bonus venator eſſet. *Victor.*

95. Nam

de Sempronio. neque enim ſtatuti quid in tanta perturbatione habere potuiſti. [95] *Nunc hic dies aliam vitam defert, alios mores poſtulat*, ut ait Terentius. Quamobrem, mi Quinte, conſcende nobiſcum, & quidem ad puppim. Una navis eſt jam bonorum omnium: [96] quam quidem nos damus operam, ut rectam teneamus. utinam proſpero curſu! Sed quicumque venti erunt, ars noſtra certè non [x] aberit. Quid enim præſtare aliud virtus poteſt? Tu fac [y] magno animo ſis & excelſo: cogiteſque, omnem dignitatem tuam cum republica conjunctam eſſe debere. [97] P. Luccium mihi meum commendas: quem, quibuſcumque rebus potero, diligenter tuebor. [98] Hirtium quidem & Panſam, collegas noſtros, homines in conſulatu reipublicæ [z] ſalutares, alieno ſanè tempore amiſimus, [a] republica Antoniano quidem latrocinio liberata, ſed nondum omnino explicata: quam nos, ſi licebit, more noſtro tuebimur, quamquam admodum ſumus jam defatigati. Sed nulla laſſitudo impedire officium & fidem debet. Verùm hæc hactenus. Ab aliis te de me, quàm à me ipſo, malo cognoſcere. De te audiebamus ea, quæ maximè vellemus. De Cn. [b] Minucio, quem tu quibuſdam

x deerit *MS.*
y ut animo magno *alii.*
z ſalutaris *MS.*
a reſp. *MS. rectè.*
b *alii* Minutio.

95. *Nunc hic dies aliam vitam defert.*] In codicibus Terentianis legitur, *affert*, quod ſequuntur hìc alii, tum Manutius. ſed quia hanc lectionem reperi in Palatino primo, ſexto, Vaticani excerptis, Stewechiano, editionum primariâ, retinetque Victorius, non dubitandum amplius fuit, quin Cicero ita ſcripſiſſet, & ſuo arbitratu ex memoriâ laudaſſet. Hittorpianus non longè quoque abit, legit enim; *differt*. Gebhard.

96. *Quam quidem nos damus operam, ut rectam teneamus.*] Alludit ad ſententiam illam Græci poëtæ, quam ad Q. Fratrem ſcribens tetigit, ejuſque quam hic Latinis verbis exprimit., Græca verba poſuit, vel potius initium ipſius ὀρθὰν τὰν ναῦν. De illa autem nos in eo loco copioſius diſſeruimus. *Victor.*

97. *P. Luccejum.*] Epiſt. 30. hujus libri. Sed vel hic eſt principium epiſtolæ, vel hæc multo poſt, quam facta ſunt, a Cicerone ſunt ſcripta. nam Panſa vivus & mortuus eodem tempore eſſe non potuit, ut in hac epiſtola eſſe videtur. Illud quidem affirmare poſſumus in pervetere libro hanc epiſtolam, & ſequentes ita conjunctas, atque adeo confuſas fuiſſe, ut nullius principium appareret. unde liberum unicuique fuit, ad ſuum arbitrium eas deſcribere & dividere. *Corradus.*

98. *Hirtium quidem & Panſam collegas noſtros.*] In auguratu. *Corrad.* Hirtii auguratus in aureo ejus nummo expreſſus eſt. *Urſinus.*

99. Q. Tu-

buſdam litteris ad cælum laudibus extuliſti, rumores duriores erant. Id quale ſit, omninoque quid iſtic agatur, facias me velim certiorem.

EPISTOLA XXVI.

ARG. *Heredes Turii commendat.* [A.V.C. DCCIX.] Hanc præceſſit ep. 21. hujus libri, ſequitur epiſtola proxime addita.

CICERO CORNIFICIO S.D.

c 99 Q. TURIUS, qui in Africa negotiatus eſt, vir bonus & honeſtus, heredes fecit ſimiles ſui, Cn. [d] Saturninum, Sex. Aufidium, C. Annejum, Q. Confidium Gallum, L. Servilium Poſtumum, 1 C. [e] Rubellinum. ex eorum oratione intellexi, gratiarum actione eos magis egere, quàm commendatione. Tanta enim liberalitate ſe tua uſos prædicabant, ut iis plus à te tributum intelligerem, quàm ego te auderem rogare. audebo tamen. ſcio enim, quantum ponderis mea commendatio ſit habitura. Quare à te peto, ut ad eam liberalitatem, qua ſine meis litteris uſus es, quàm maximis his litteris cumulus accedat. Caput autem eſt meæ commendationis, ne patiare [f] Erotem Turium, Q. Turii libertum, ut adhuc fecit, hereditatem Turianam avertere, ceteriſque omnibus rebus habeas eos commendatiſſimos. Magnam ex eorum ſplendore & obſervantia capies voluptatem. Quod ut velis, te vehementer etiam atque etiam rogo.

c *hac ep. in MSS. cohæret priori.*
d Saturninum *MS.* P. B.
e Rubellinum aut Rubelinum *MSS.*
f Eroten *MS.*

EPISTOLA XXVII.

ARG. *Aufidii, equitis Romani, Africana negotia commendat.* [A.V.C. DCCIX.] Hanc præceſſit epiſtola ſuperior, ſequitur ep. 6. lib. XI.

M. T. C. S. P. D. Q. CORNIFICIO.

SEX. Aufidius & obſervantia, qua me colit, accedit ad proximos: & ſplendore equiti Romano nemini cedit.

99. *Q. Turius.*] In libris veteribus eſt *Q. Curius*, & ita opinor legendum cum hic, tum infra *Erotem Curium*, & *hereditatem Curianam.* Urſin.

1. *C. Rubellinum.*] Non dubito, quin *C. Rubellium* legendum ſit; eſt enim Rubellius familiæ nomen in veteribus monumentis frequens. *Idem.*

2. Se-

g autem deeſt in MS. cedit. Eſt g autem ita temperatis moderatiſque moribus, ut ſumma ſeveritas ſumma cum humanitate jungatur. Cujus tibi negotia, quæ ſunt in Africa, ita commendo, ut majore ſtudio magiſve ex animo commendare non poſſim. Pergratum mihi feceris, ſi dederis operam, ut is intelligat, meas apud te litteras maximum pondus habuiſſe. Hoc te vehementer, mi Cornifici, rogo.

EPISTOLA XXVIII.

ARG. *Cornificii conſilium non probat, quia non animadverterat in quoſdam Lilybæo minantes: ſtudium ejus in remp. laudat: de omittenda gratiarum actione aſſentitur: addit de pecunia & de republica. Hirtio & Panſa Coſſ.* [A.V.C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 12. lib. x. ſequitur epiſtola proxime addita.

M. T. C. S. P. D. Q. CORNIFICIO.

P. CC.

h *hæc ep. cum priore cohæret in MS.*

i minus *MSS. & ita ſtatim bis.*

k minus gravis. *MS.*

l appellaretur *alii.*

h ASSENTIOR tibi, eos, quos ſcribis Lilybæo minari, iſtic pœnas dare debuiſſe: ſed metuiſti, ut ais, ne i nimis liber in ulciſcendo viderere. Metuiſti igitur, ne k gravis civis, ne nimis fortis, ne nimis te dignus viderere. Quòd ſocietatem reipublicæ conſervandæ tibi mecum à patre acceptam renovas, gratum eſt: quæ ſocietas inter nos ſemper, mi Cornifici, manebit. Gratum etiam illud, quòd mihi tuo nomine gratias agendas non putas. nec enim id inter nos facere debemus. 2 Senatus ſæpius pro dignitate tua l appellaret, ſi, abſentibus conſulibus, umquam, niſi ad rem novam co-

2. *Senatus ſæpius pro dignitate tua appellaretur, ſi &c.*] Nos communem lectionem ſecuti ſumus: nec tamen tacere voluimus in veteribus *appellaret* legi: ut ſenatum fortaſſe intelligat commotum gloria rerum a Cornificio geſtarum, & ſtudio in omnibus rebus illi commodandi appellaturum fuiſſe, & per ſe a nullo etiam excitatum de rebus Cornificii acturum ſi cogeretur: ſed cum abſentibus conſulibus raro, aut nunquam niſi ad rem novam cogatur, non poteſt quæ ſentit de ejus dignitate conficere. *Victorius.* Diximus olim Mediceum, & alios manuſcriptos habere *appellaret*, quam lectionem ſi tunc non contempſimus, nunc multo magis probamus, videtur enim hic Cicero dixiſſe, *Senatus appellaret:* ut in epiſtola ad Tironem: *Nobis inter has turbas Senatus tamen frequens flagitavit triumphum.* Statuant nunc eruditi. *Idem in poſter.* Recte: *appellaret* ſcilicet Conſules, ut de tua dignitate referrent, ac de ea aliquid decerneretur. *Grav.*

3. Non

cogeretur. Itaque nec de H-S xx, nec de H-S ꟾↄccꟾↄ quidquam agi nunc per ſenatum poteſt. Tibi autem ex ſenatus conſulto imperandum, mutuumque ſumendum cenſeo. In republica quid agatur, credo te ex eorum litteris cognoſcere, qui ad te acta debent perſcribere. Ego ſum ſpe bona: conſilio, cura, labore non deſum: omnibus inimicis reipublicæ eſſe me acerrimum hoſtem præ me fero. Res [m] neque nunc difficili loco mihi videtur eſſe: & fuiſſet [n] facillimo, ſi culpa à quibuſdam abſuiſſet.

m *alii* non *habent* neque.
n facillima *alii*.

EPISTOLA XXIX.

ARG. *Commendat ſtudioſe L. Lamiæ negotia, eum ſuſpectum Cornificio, quaſi cuidam S. C. contra dignitatem ejus facto affuiſſet, excuſat. Hirtio & Panſa Coſſ. vel eodem anno poſt eorum interitum.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit epiſtola ſuperior, ſequitur ep. 6. hujus libri.

M. T. C. S. P. D. Q. CORNIFICIO.

3 NON modo tibi, cui omnia noſtra notiſſima ſunt, ſed neminem in populo Romano arbitror eſſe, cui ſit ignota ea familiaritas, quæ mihi cum L. Lamia eſt. Etenim 4 magno theatro ſpectata eſt tum, cùm eſt ab A. Gabinio conſule relegatus, quòd liberè & fortiter ſalutem meam defendiſſet. Nec ex eo amor inter nos natus eſt: ſed quòd erat vetus & magnus, propterеà nullum periculum pro me adire dubitavit. Ad hæc officia, vel merita potiùs, jucundiſſima conſuetudo accedit, ut nullo prorſus plus homine [o] delecter. Non puto te jam exſpectare, quibus eum tibi verbis [p] commen-

P. 81

o delectet *MS.*
p commendarem *ed. Grav.*

3. *Non modo te, cui omnia &c.*] Veneti, *non modo tibi*, ut adſtruatur huc, *ignotam eſſe arbitror.* Camerar.

4. *Magno theatro ſpectata eſt.*] Id eſt prolata eo loco, tempore, exemplo, ut omnium òculos ad ſe converteret, ut clara ſit ac nota plurimis, quemadmodum quæ in theatro viſuntur, omnium, certè plurimorum oculis patent. Similì translatione utitur lib. v. ad Frat. ep. 1. *Quare quoniam ejuſmodi theatrum totius Aſiæ virtutibus eſt datum, celebritate refertiſſimum, &c.* Eodem alludit Ovid. Triſt. 1. eleg. 9.

Scena manet dotes grandis, amice, tuas.

Et lib. III. de Ponto eleg. 1.

Quidquid agis igitur, ſcenâ ſpectabere magna. J. F. Gron.

5. Nec

q alii causam. mendem. q cauſas enim tanti amoris intelligis: quæ verba deſideret, iis me omnibus uſum putato. Tantùm velim exiſtimes, ſi negotia Lamiæ, procuratores, libertos, familiam, quibuſcumque rebus opus erit, defenderis, gratius mihi futurum, quàm ſi ea tua liberalitas pertinuiſſet ad rem familiarem meam. Nec dubito, quin ſine mea commendatione, quod tuum eſt judicium de r hominibus, ipſius Lamiæ cauſa ſtudiosè omnia facturus ſis: quamquam erat nobis dictum, te exiſtimare, alicui ſenatus conſulto, quod contra dignitatem tuam fieret, ſcribendo Lamiam affuiſſe; qui omnino conſulibus illis numquam s fuit ad ſcribendum: deinde omnia tum falſa ſenatus conſulta deferebantur. Niſi fortè etiam illi Semproniano ſenatus conſulto me cenſes affuiſſe: qui ne Romæ quidem t tum fui, v deque eo ad te ſcripſi, re recenti. Sed hæc hactenus. Te mi Cornifici, etiam atque etiam rogo, ut omnia Lamiæ negotia, mea putes eſſe: cureſque, ut intelligat, hanc commendationem maximo ſibi uſui fuiſſe. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Cura, ut valeas.

r omnibus *MSS.*

s adfuit ſcribendo *alii.*

t fui, ut tum de eo *MS.*

v ut de eo *alii.*

EPISTOLA XXX.

ARG. *Purgat ſe Cornificio, officium litterarum requirenti: ſcribit de bello Antoniano renovato, de ſuo ſtudio in amicitia colenda, de anguſtiis pecuniæ publicæ, de Dionyſio, Lucceio, & Calviſii legatis. Poſt obitum Hirtii & Panſæ.* [A. V. C. DCCX.] Hanc præceſſit ep. 16. lib. x. ſequitur ep. 18. lib. xi.

M. T. C. S. P. D. CORNIFICIO.

x ITANE præter litigatores, nemo ad te meas litteras? multæ iſtæ quidem. tu enim perfeciſti, ut nemo ſine litteris meis tibi ſe commendatum putaret. ſed quis
P. CCI. umquam y tuorum mihi dixit eſſe, cui darem, quin dederim? aut quid z mihi jucundius, quàm, cùm coram tecum loqui non poſſim, aut ſcribere ad te, aut tuas legere litteras? Illud magis mihi ſolet eſſe moleſtum, tantis me impediri occupationibus, ut ad te ſcribendi meo arbitratu facultas nulla detur. Non enim te epiſtolis, ſed voluminibus laceſſerem; quibus quidem me à te provocari a oportebat. Quamvis enim occupatus ſis, otii tamen plus habes. Aut, ſi ne tu quidem vacas,

x ITA *MS.*

y tuorum *non habet Vict.*

z mihi *deeſt in MS.*

a oporteret *MS.*

vacas, noli impudens eſſe, [5] nec mihi moleſtiam exhibere, & à me litteras crebriores, cùm tu mihi [b] rarò mittas, flagitare. Nam cùm anteà diſtinebar maximis occupationibus, propterea quòd omnibus curis rempublicam mihi tuendam putabam: tum hoc tempore multò diſtineor vehementiùs. Ut enim graviùs ægrotant ii, qui, cùm levati morbo [c] videntur, in eum de integro inciderunt: ſic vehementiùs nos laboramus, qui, profligato bello, ac pænè ſublato, [6] renovatum bellum gerere [d] conamur. Sed hæc hactenus. Tu tibi, mi Cornifici, fac ut perſuadeas, non eſſe me tam imbecillo animo, ne dicam inhumano, ut à te vinci poſſim aut officiis, aut amore. Non dubitabam equidem: verumtamen multò mihi notiorem amorem tuum effecit [e] Cherippus. O hominem, ſemper illum quidem mihi aptum, nunc verò etiam ſuavem! Vultus mehercule tuos mihi expreſſit omnes: non ſolùm animum ac verba [f] pertulit. Itaque noli vereri, ne tibi ſuccenſuerim, quòd eodem exemplo ad me, quo ad ceteros. Requiſivi equidem proprias ad me unum litteras: ſed neque vehementer, &

[b] raras *alii.*
[c] viderentur *alii.*
[d] *alii* cogamur.
[e] Chæripp. *Grav.*
[f] protulit *alii.*

5. *Nec mihi moleſtiam exhibere.*] Etſi, *Nec*, a verbo *Noli* pendeat: ſententia tamen propter duas negationes ad affirmationem non traducitur, ſed vim retinet negandi: quod uſitatum non modo Ciceroni, ſed aliis etiam animadverti. ep. 15. lib. VII. ad Attic. *Plerique negant, Cæſarem in conditione manſurum, poſtulataque hæc ab eo interpoſita eſſe, quo minus, quod opus eſſet ad bellum, a nobis pararetur.* Quo loco ex verbo, *Negant*, elicitur primum negatio, deinde affirmatio: ut negatio referatur ad *Cæſarem in conditione manſurum*: affirmatio ad *Poſtulata interpoſita eſſe.* Sic libro tertio de Orat. *Nemo extulit eum verbis, qui ita dixiſſet, ut, qui adeſſent, intelligerent quid diceret; ſed contempſit eum, qui minus id facere potuiſſet.* Pro Roſcio Com. *Adverſaria in judicium protulit nemo: codicem protulit.* Cæſar lib. III. Bel. Civ. *L. Staberius obſides ab Apolloniatibus exigere cœpit: illi vero daturos ſe negare; neque portas conſuli præcluſuros, neque ſibi judicium ſumpturos contra atque omnis Italia populuſque R. judicaviſſet.* Horatius Sat. I.

Qui fit, Mæcenas, ut nemo, quam ſibi ſortem
Seu ratio dederit, ſeu fors objecerit, illa
Contentus vivat: laudet diverſa ſequentes.

Nam verbum, *Laudet*, non reſpicit *Nemo*, ſed incluſam in *Nemo* affirmationem. Et infra, in eadem Sat. *P. Manut.*

6. *Renovatum bellum.*] Lepidi ſcelere, qui Antonium pugna Mutinenſi fractum, inermem, fugientem recepit, & auxilio exercitus ſui confirmavit. ep. 8. 10. *Idem.*

P. B. & amanter. De ſumptu, quem te in rem militarem facere, & feciſſe dicis, nihil ſanè poſſum tibi opitulari, propterea quòd & orbus [g] ſenatus, conſulibus amiſſis, & incredibiles anguſtiæ pecuniæ publicæ: quæ [h] conquiritur undique, ut optimè meritis militibus promiſſa ſolvantur; quod quidem fieri ſine 7 tributo poſſe non arbitror. De [i] Actio Dionyſio nihil puto eſſe: quoniam mihi nihil dixit [k] Stratorius. De P. [l] Luccio nihil tibi concedo, [m] quò ſtudioſior ejus ſis, quàm ego ſum. eſt enim nobis neceſſarius. Sed à 8 magiſtris cùm contenderem de proferendo die: probaverunt mihi, ſeſe, quo minùs id facerent, & compromiſſo & jurejurando impediri. Quare veniendum arbitror Luccio. quamquam, ſi meis litteris [n] obtemperavit, cùm tu hæc leges, illum Romæ eſſe oportebit. Ceteris de rebus, maximéque de pecunia, cùm Panſæ mortem ignorares, ſcripſiſti, quæ per nos ab eo conſequi te poſſe arbitrarere. quæ te non fefelliſſent, ſi viveret. nam te diligebat. Poſt mortem autem ejus quid fieri poſſet, non videbamus. De Venulejo, Latino, Horatio, valde laudo. Illud non nimiùm probo, quod ſcribis, quo illi animo æquiore ferrent, te tuis etiam legatis lictores ademiſſe. Honore enim [o] digni cum ignominia dignis non erant comparandi: eoque ex ſenatus conſulto, ſi non decedunt, cogendos, ut decedant, exiſtimo. Hæc ferè ad eas

g eſt ſen. *Lamb.*
h conquiruntur *MS.*
i Ateio *MS.*
k Tratorius *MS.*
l Luccejo *Grav.*
m quod *alii.*
n *alii* obtemperaverit.
o digni *non eſt in ed. Manut.*

7. *Tributo.*] Quod impoſitum populo non erat poſt devictam ab Æmilio Paullo Macedoniam. libro ſecundo Off. Plutarchus in Paulli vita. in epiſtola vero ad M. Brutum: *Obdureſcunt magis quotidie boni viri ad vocem tributi: quod ex centeſima collatum, impudenti cenſu locupletum, in duarum legionum præmiis omne conſumitur.* P. Manut.

8. *Magiſtris.*] Dicuntur *magiſtri*, qui auctionibus bonorum præſunt, quæ bona inter creditores aut cohæredes debebant diſtribui. Cum enim bona alicujus auctione venirent, ut inde hæredes aut creditores partes caperent, de eorum ſententia eligebatur, qui haſtam illam, ut loquebantur, exerceret; is dicebatur *magiſter.* lib. I. ad Attic. ep. I. *Una agebant ceteri creditores, in quibus erat Lucullus & P. Scipio, & is quem putabant magiſtrum fore, ſi bona venirent.* Eleganter in Orat. pro Quint. *Ergo hercule, cujus bona ex edicto poſſidentur, de quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem certè, tacitè, obſcuréque conceditur, cui magiſtri fiunt, & domini conſtituuntur.* Tales magiſtros innuit etiam Quinctil. lib. VI. Inſtit. dum mulierem quandam inquit *ludum habuiſſe, dum vixit, magiſtros, poſtquam mortua ſit.* J. F. Gronov.

I. *Athenis*

eas litteras, quas eodem exemplo binas accepi. De reliquo, velim tibi perſuadeas, non eſſe mihi meam dignitatem tua cariorem.

M. TULLII CICERONIS P. CCII.

EPISTOLARUM

LIBER TERTIUSDECIMUS,

AD

C. MEMMIUM, ET CETEROS.

EPISTOLA I.

ARG. *Exulabat C. Memmius de ambitu biennio ante damnatus, accuſante Q. Curtio, quod ex epiſt. 2. lib.* III. *ad Q. fr. cognoſcitur. Eum Cicero, ad Ciliciæ adminiſtrationem proficiſcens, cum Athenis non reperiſſet (nam pridie Mitylenas profectus erat,) petiit ab eo per litteras, ut rediret in gratiam cum Patrone Epicureo, eique locum, ubi habitaverat Epicurus, concederet. Ser. Sulpicio Rufo, M. Claudio Marcello Coſſ.* [A. V. C. DCCII.] Hanc præceſſit ep. 4. lib. III. ſequitur quæ proxime ſubjecta eſt.

M. T. C. S. P. D. C. MEMMIO.

ETsI non ſatis mihi conſtiterat, cum aliquane animi mei moleſtia, an potiùs libenter te [1] Athenis viſurus eſſem, quòd injuria, quam [a] accepiſti, dolore me afficeret; ſapientia [b] tua, qua fers injuriam, lætitiâ: tamen vidiſſe te mallem. Nam quod eſt moleſtiæ, non ſanè multo levius eſt, cùm te non

a receпиſti *MS.* b tua *deeſt in MS.*

1. *Athenis.*] Pridie quam Cicero in Ciliciam proficiſcens Athenas venit, (ep. 10. lib. v. ad Att.) Memmius Mitylenas profectus erat: (ep. 10. ad eundem) quod animi parum amici ſignum fuit. etſi perbelle quidem id Cicero diſſimulat. ac mihi cauſſam quærenti, cur Ciceronis congreſſum vitaverit Memmius, venit in

non video. quod eſſe potuit voluptatis, certè, ſi vidiſſem te, plus fuiſſet. Itaque non dubitabo dare operam, ut te videam, cùm id ſatis [c] commodè facere potero. Intereà quod per litteras & agi tecum, &, ut arbitror, [2] confici poteſt, agam nunc. Ac te illud primum rogabo, nequid invitus meâ cauſâ facias: ſed id, quod mea intelliges, [d] tua nullam in partem multum intereſſe, ita mihi des, ſi tibi, ut id libenter facias, antè perſuaſeris. [3] Cum Patrone Epicureo [4] mihi omnia [e] ſunt: niſi quòd in philoſophia vehementer ab eo diſſentio. Sed & initio Romæ, cùm te quoque & tuos omnes obſervabat, [f] me coluit in primis: & nuper, cùm ea, quæ voluit, de ſuis commodis & præmiis conſecutus

c etiam com. *MS.*

d & tua *Grav.*

e ſunt communia *alii.*

f meme *Vict.*

mentem ſuſpicari, quia reum de ambitu Cicero defendere noluerit. nuſquam enim ſignificat, eum a ſe defenſum. quin etiam ep. 2. lib. III. ad Q. fr. bene ſentire ſe oſtendit de ejus accuſatore Curtio, quem vocat bonum & eruditum adoleſcentem; peſſime autem de ipſo Memmio, cum ſubjungit; ejus abſolutionem legum interitum fore. *P. Manut.*

2. *Confici poteſt, agam nunc. Ac te illud &c.*] Ut hic exhibetur præſtantiſſimæ quæque editiones dederunt. aliæ: *Confici poteſt, agam. Nunc a te illud &c.*

3. *Cum Patrone Epicureo omnia mihi communia ſunt.*] Nos *communia* delevimus, vocem a nobis in nullis antiquis inventam. Scimus autem hanc eſſe familiarem Ciceronis locutionem, ut *omnia cum aliquo ſibi eſſe* dicat, cum inter eos omnia intercedunt officia. In epiſt. ad C. Marcellum, *Si mihi tecum minus eſſet quam eſt cum tuis omnibus, allegarem ad te illos a quibus intelligis me præcipue diligi.* Et ad Atticum lib. XIV. *Bruto certe meo nullo loco deero, idque etiam ſi mihi cum illo nihil fuiſſet, facerem propter ejus ſingularem incredibilemque virtutem.* Victorius.

4. *Mihi omnia ſunt.*] Utrum hoc ad amicitiam, an ad mutua pertinet officia? ad amicitiam, opinor. nam officia potuit quidem Cicero in patronum, & plurima, & maxima conferre: ille in Ciceronem, Græculus homo, nullis opibus, nulla auctoritate, quæ potuit? atque etiam id, quod ſequitur: *Niſi quod in Philoſophia vehementer ab eo diſſentio:* pertinere magis ad amicitiam videtur. idem intelligitur ſubjectis exemplis. nam epiſt. 10. lib. XV. *Si mihi tecum minus eſſet, quam eſt cum tuis omnibus, allegarem ad te illos, a quibus intelligis me præcipue diligi.* Et ad Att. ep. 17. lib. XII. *Mihi ante ædilitatem meam nihil erat cum Cornificio.* Ad eundem, ep. 15. lib. XV. *Bruto meo nullo loco deero: idque etiam ſi mihi cum illo nihil fuiſſet, facerem propter ejus ſingularem incredibilemque virtutem.* In Ver. lib. V. *Non, ut quiſque maxime eſt, qui cum tibi aliquid ſit, ita tui hujuſcemodi criminis maxime eum pudet?* P. Manut.

5. At-

cutus eſt, me habuit [g] ſuorum defenſorum & amicorum ferè principem: & jam à Phædro, qui nobis, cùm pueri eſſemus, [5] antè quàm Philonem cognovimus, [h] valde, ut philoſophus, poſteà tamen, ut vir bonus, & ſuavis, & officioſus, probabatur, traditus mihique commendatus eſt. Is igitur Patro, cùm ad me Romam litteras miſiſſet, uti te ſibi placarem peteremque, [i] ut neſcio quid illud Epicuri parietinarum ſibi concederes: nihil [k] ſcripſi ad te ob eam rem, quòd ædificationis tuæ conſilium mea commendatione nolebam impediri. Idem, ut veni Athenas, cùm idem, ut ad tè ſcriberem, rogaſſet: ob eam cauſam impetravit, quòd te abjeciſſe illam ædificationem conſtabat inter omnes amicos tuos. Quod ſi ita eſt, & [l] ſi jam planè tua nihil intereſt, velim, ſi qua offenſiuncula facta eſt animi tui, perverſitate aliquorum (novi enim gentem illam) des te ad lenitatem, vel propter tuam ſummam humanitatem, vel etiam honoris mei cauſa. Equidem ſi, quid ipſe ſentiam, quæris: nec cur ille tantopere contendat, video, nec cur tu repugnes: niſi tamen multò minùs tibi concedi poteſt, quàm illi, laborare ſine cauſa. Quamquam Patronis & orationem, & cauſam tibi cognitam eſſe certò ſcio. honorem, officium, teſtamentorum jus, Epicuri auctoritatem, Phædri obteſtationem, ſedem, domicilium, veſtigia ſummorum hominum, ſibi tuenda eſſe dicit. Totam hominis vitam rationemque, quam ſequitur in philoſophia, derideamus licet, ſi hanc ejus contentionem volumus [m] reprehendere. Sed, mehercules, [n] quum illi, ceteriſque, quos illa delectant, [6] non valde inimici ſumus, neſcio

g ſociorum *MS.*

h valde *deeſt in MS.*

P. B.

i ut *deeſt in MS.*

k tibi ſcripſi ob. *MSS.*

l ſi jam *deeſt in MSS.*

m reprendere *MS.*

n quando *alii.*

5. *Antequam Philonem cognovimus.*] Bruto 89. *Eodemque tempore quum princeps Academiæ Philo cum Athenienſium optimatibus Mithridatico bello domo profugiſſet, Romamque veniſſet, totum me ei tradidi.* Manutius Epicureum facit. *J. F. Gronov.*

6. *Non valde inimici ſumus.*] Si dixiſſet, *Minime inimici ſumus*, quod erat verius: Epicuri Philoſophiam probare viſus eſſet. in quo diſcreparet a ſe ipſo. dixit enim ſupra: *Cum Patrone Epicureo mihi omnia ſunt; niſi quod in Philoſophia vehementer ab eo diſſentio.* Quare Memmio gratificans, *Non valde*, inquit, *inimici ſumus.* Tantum porro abeſt, ut Cicero Patroni & ceteris, quos Epicuri Philoſophia delectabat, valde inimicus eſſet, ut eos etiam valde diligeret. de Patrone ipſo dixit jam: *Me habuit ſuorum defenſorum & amicorum fere principem.* Atticum, Pætum, Caſſium, Panſam

neſcio an ignoſcendum ſit huic, ſi tantopere laborat: in quo etiam ſi peccat, magis ineptiis, quàm improbitate peccat. Sed, ne plura (dicendum enim aliquando eſt) Pomponium Atticum ſic amo, ut alterum fratrem. nihil eſt illo mihi nec carius, nec jucundius. Is (non ᵒquò ſit ex iſtis: eſt enim omni liberali ᵖdoctrina ⁷politiſſimus: ſed valde diligit Patronem, valde Phædrum amavit) ſic à me hoc contendit homo minimè ambitioſus, minimè in ᵠrogando moleſtus, ut nihil umquam magis: nec ʳdubitat, quin ego à te nutu hoc conſequi poſſem, etiam ſi ædificaturus eſſes. Nunc verò, ſi audierit, te ædificationem depoſuiſſe, neque tamen me à te impetraſſe; non te in me liberalem, ſed me in ſe negligentem putabit. Quamobrem peto à te, ut ſcribas ad tuos, poſſe tua voluntate decretum illud Areopagitarum, quem ὑπομνηματισμὸν illi vocant, tolli. Sed redeo ad prima. Priùs velim tibi perſuadeas, ut hoc meâ cauſâ libenter facias, quàm ut facias. ſic tamen habeto; ſi feceris, quod rogo, fore mihi gratiſſimum. Vale.

o quod *alii.*
p arte *MS.*
P. CCIII.
q rogitando *alii.*
r dubitabat *MS.*

EPISTOLA II.

ARG. *Antequam Cicero Athenis diſcederet, ſcripſit ad Memmium de Euandro quoque ſtatuario, rogans ut ei de habitatione accommodaret.* [A. V. C. DCCII.] Hanc præceſſit proxime ſuperior, ſequitur ep. 8. lib. II.

CICERO MEMMIO SAL.

⁸C. AVIANO Evandro, qui ˢhabitat in tuo ⁹ſacrario, & ipſo multum utor, & patrono ejus, M. Æmilio

s habitabat *alii.*

ſam Ciceroni cariſſimos & jucundiſſimos fuiſſe, ſcriptæ ad eos epiſtolæ demonſtrant: qui omnes quin idem, quod Epicurus, de voluptate ſenſerint, negari non poteſt. de Pæto ſatis plane cognoſcitur ex epiſt. 25. lib. IX. de Caſſio ex epiſt. 16, 17, 19. lib. XV. & ex Plutarchi Bruto: de Panſa ex epiſt. 12. lib. VII. epiſt. 19. lib. XV. ad Att. infra pluribus verbis. *P. Manut.*

7. *Politiſſimus.*] *Politus*, *Expolitus*, *Perpolitus*, dixit Cicero: *Politus e ſchola*, in Piſonem: *Politus artibus*, lib. I. de Fin. *Expolitus vita atque cultu*, in libro de Claris Oratoribus: *Perpolitus non ſolum Philoſophia, ſed etiam litteris*, in Piſonem. Varro lib. I. de Re Ruſt. *Politus omnibus virtutibus.* Idem.

8. *Cajo Aviano Euandro.*] Videtur idem eſſe in epiſt. 21. & 27. hujus

Æmilio familiariſſimè. Peto igitur à te in majorem modum, quod ſine tua moleſtia fiat, ut ei de habitatione accommodes. Nam propter opera inſtituta multa multorum, ſubitum eſt ei remigrare [10] kal. Quint. Impedior verecundia, ne te pluribus verbis rogem. Neque tamen dubito, quin, ſi tua nihil, aut non multum interſit, eo ſis animo, quo ego eſſem, ſi quid tu me rogares. mihi certè gratiſſimum feceris.

EPISTOLA III.

ARG. *Fuſium commendat, quem antea quoque præſens præſenti commendarat. Non videtur eodem anno ſcripta, ſed ſequenti: cum ad urbem Cicero revertiſſet, Memmiumque Athenis in reditu allocutus eſſet.*

M. T. C. S. P. C. MEMMIO.

A. FUFIUM, unum ex meis intimis, obſervantiſſimum ſtudioſiſſimumque noſtri, eruditum hominem, & ſumma humanitate, tuaque amicitia digniſſimum,

hujus libri, quamvis hic Euander, ibi Hammonius dicatur. *Corradus.* *C. Avieno*, hic, & infra legendum arbitror auctoribus veteribus monumentis. *Urſinus.*

9. *Sacrario.*] Parte ædium urbanarum exſulis C. Memmii. nam *ſacraria* non modo in ſacris ædibus, verum in profanis etiam eſſe poterant, loca quædam conſecrata, vel ubi ſacræ res cuſtodirentur, vel ubi ſacra gentilitia fierent. In Verrem: *Erat apud Hejum ſacrarium, cum magna dignitate in ædibus, a majoribus traditum.* Suetonius in Auguſto: *Natus eſt in regione Palatina, ad capita bubula, ubi nunc ſacrarium habetur, aliquanto poſt, quam exceſſit, conſtitutum. nam cum C. Lætorius, adoleſcens patricii generis, in deprecanda graviore adulterii pœna, præter ætatem atque natales, hoc quoque patribus conſcriptis allegaret, eſſe ſe poſſeſſorem, ac velut æditmum ſoli, quod primum divus Auguſtus naſcens attigiſſet, peteretque donari quaſi proprio ſuo ac peculiari Deo; decretum eſt, ut ea pars domus conſecraretur.* In Tiberio: *Codicillos e ſacrario Auguſti protulit.* Eam igitur ſuarum ædium partem locaverat, ante quam ab urbe diſcederet, Memmius Euandro ſtatuario. *P. Manut.*

10. *Kalend. Quinct.*] Præfinita Euandro die, qua e ſacrario migraret. Kalendæ Quinctiles in Urbe primus erat locationum dies. Ad Q. fr. epiſt. 3. lib. II. *Poſt Kal. Quinct. in tuam domum commigrabis.* h. e. finito locationis tempore demigrantibus iis, quibus eas locaveras. Suetonius in Tiberio: *Senatori latum clavum ademit, quem cognoviſſet ſub Kalend. Julii demigraſſe in hortos, quo vilius poſt eam diem ædes in urbe conduceret.* P. Manut.

P. B. mum, velim ita tractes, ut mihi coram recepiſti. Tam gratum mihi id erit, quàm quod gratiſſimum. Ipſum præterea ſummo [t] officio & ſumma obſervantia tibi in perpetuum devinxeris. Vale.

t ſtudio *MS.*

EPISTOLA IV.

ARG. *Volaterranos accurate commendat; Q. Fabio Max. C. Trebonio Coſſ. reverſo ex Hiſpania Caſare poſt devictos Pompeji liberos. quod ex eo loco ſequentis epiſtola cognoſcitur.* Hoc tempore eum Cæſar in ſenatum legit. *ſenatum enim reverſus ex Hiſpania Caſar ſupplevit, ut auctor eſt Dio.* [A. V. C. DCCVIII.] Hanc præceſſit ep. 17. lib. XII. ſequitur proxime addita.

M. T. C. Q. VALERIO, Q. F. [11] ORCÆ, LEG. PROPRÆT. S. D.

CUM municipibus [v] Volaterranis mihi ſumma neceſſitudo eſt. magno enim [x] meo beneficio affecti, cumulatiſſimè mihi gratiam retulerunt. nam nec in honoribus meis [y] nec laboribus umquam defuerunt. Cum quibus ſi mihi nulla cauſa intercederet, tamen, quòd te vehementiſſimè diligo, quodque me à te plurimi fieri ſentio, & monerem te, & hortarer, ut eorum fortunis conſuleres, præſertim cùm propè præcipuam cauſam haberent ad [z] jus obtinendum. Primùm quòd Sullani temporis acerbitatem, deorum immortalium benignitate ſubterfugerunt: deinde, quòd ſummo ſtudio populi Romani à me in conſulatu meo defenſi ſunt. [a] cùm tribuni plebis legem iniquiſſimam de eorum agris promulgaviſſent: facilè ſenatui populoque Romano perſuaſi, ut eos cives, quibus fortuna peperciſſet, ſalvos eſſe vellent. Hanc actionem meam C. Cæſar [b] primo ſuo conſulatu in lege Agraria comprobavit, agrumque Volaterranum, & oppidum omni periculo in perpetuum liberavit: ut mihi dubium non ſit, quin is, qui novas neceſſitudines adjungat, vetera ſua beneficia conſervari velit. Quamobrem eſt tuæ [c] prudentiæ, aut ſequi ejus aucto-

v Volaterraneis *MS.*
x a me *Lamb.*
y *in aliis deeſt* nec.
z jus ſuum *Lamb.*
a cum enim *alii.*
b primo *videtur gloſſa. Grav.*
c providentiæ *MS.*

11. *Orca.*] Titulum epiſtolarum ad *Quintum Valerium*, nos ex antiquis codicibus accepimus, ne parva quidem re ab illis diſcrepantes. quod præcipue notavimus, quia alii dixerunt veterem codicem ſemper *Orta* habere, nos autem in cunctis *Orca* legimus uno modo, & Mediceo & reliquis. *Victor.*

12. Or-

auctoritatem, [12] cujus ſectam atque imperium ſumma cum tua dignitate ſecutus es; aut certè illi integram omnem cauſam reſervare. Illud verò dubitare non debes, quin tam grave, tam firmum, tam honeſtum municipium tibi tuo ſummo beneficio [13] in perpetuum [d] obligare velis. Sed hæc, quæ ſuprà ſcripta ſunt, eò ſpectant, ut te horter & [e] ſuadeam. Reliqua ſunt, quæ pertinent ad rogandum: ut non ſolùm tuâ cauſâ tibi conſilium me dare putes, ſed etiam quòd mihi opus ſit, me à te petere & rogare. Gratiſſimum igitur mihi feceris, ſi Volaterranos omnibus rebus integros incolumeſque eſſe volueris. Eorum [f] ego domicilia, ſedes, rem, fortunas, quæ à diis immortalibus, & à præſtantiſſimis in noſtra republica civibus, ſummo ſenatus populique Romani ſtudio conſervatæ ſunt, tuæ fidei, juſtitiæ, bonitatique commendo. Si pro meis priſtinis opibus facultatem mihi res hoc tempore daret, ut ita defendere poſſem Volaterranos, quemadmodum conſuevi tueri meos; nullum officium, nullum denique certamen, in quo illis prodeſſe poſſem, prætermitterem. Sed, quum apud te nihilominus hoc tempore valere me confido, quàm valuerim ſemper apud omnes: pro noſtra ſumma neceſſitudine, parique inter nos, & mutua benivolentia abs te peto, ut ita de Volaterranis mereare, ut exiſtiment, eum quaſi divino conſilio iſti negotio præpoſitum eſſe, apud quem unum nos, eorum perpetui defenſores, plurimùm valere poſſumus.

P. CCIV.

[d] obligari velit *Grav.*

[e] tibi perſuad. *MS.*

[f] ergo *MS.*

EPISTOLA V.

ARG. *Et rogat, & rationibus etiam perſuadere conatur, agrum Curtii*

12. *Cujus ſectam atque imperium ſecutus es.*] Alicujus *ſectam ſequi* dicitur interdum, qui ſine ullo crimine regitur alicujus auctoritate, & ejus agendi modum imitatur. Sic lib. v. in Verr. *Hæc eadem eſt noſtra rationis regio & via, horum nos hominum ſectam atque inſtituta proſequimur.* Liv. lib. XXIX. c. 27. In precibus Scipionis Africani: *Ea mihi, populo, plebique R. ſociis, nominique Latino, qui populi R. quique meam ſectam, imperium, auſpiciumque terrâ marique amnibuſque ſequuntur.* Et lib. XXXV. *Vos ceteraſque civitates & gentes ſuam ſectam eſſe ſecuturos.* J. F. GRONOV.

13. *In perpetuum obligare liceat.*] Veneti & alii *velis*, quod verbum cur amotum, inque locum illius illud alterum repoſitum fuerit, miror. *Camer.*

Curtii non eſſe dividendum. [A. V. C. DCCVIII.] Hanc præceſſit epiſtola ſuperior, ſequitur ep. 7. hujus libri.

M. T. C. Q. VALERIO, Q. F. ORCÆ, LEG. PROPRÆT. S. P. D.

NON moleſtè fero, eam neceſſitudinem, quæ mihi tecum eſt, notam eſſe quàm plurimis; neque tamen ob eam cauſam (quod tu optimè exiſtimare potes) te [g] impedio, quo minùs ſuſceptum negotium, pro tua fide & diligentia, ex voluntate Cæſaris, qui tibi rem magnam difficilemque commiſit, gerere poſſis. Nam cùm multi à me petant multa, quòd de tua erga me voluntate non dubitent, non committo, ut ambitione mea [h] conturbem officium tuum. C. Curtio ab ineunte ætate familiariſſimè ſum uſus. Ejus & Sullani temporis injuſtiſſima calamitate [i] dolui: & cùm iis, qui ſimilem injuriam acceperant, amiſſis omnibus fortunis, reditus tamen in patriam voluntate omnium concedi videretur, adjutor incolumitatis fui. Is habet in Volaterrano poſſeſſionem, cùm in eam, tamquam [k] è naufragio, reliquias contuliſſet. Hoc autem tempore eum Cæſar in ſenatum legit: quem ordinem ille, iſta poſſeſſione amiſſa, tueri vix poteſt. Graviſſimum autem eſt, cùm ſuperior factus ſit ordine, inferiorem eſſe fortunâ: minimeque convenit, ex eo agro, qui Cæſaris juſſu dividatur, eum moveri, qui Cæſaris beneficio ſenator ſit. Sed mihi minùs libet multa de æquitate rei ſcribere, ne cauſa potiùs apud te valuiſſe videar, quàm gratia. Quamobrem te in majorem modum rogo, ut C. Curtii rem, meam putes eſſe: 14 quidquid mea cauſa faceres, ut id C. Curtii cauſa cùm feceris, [l] exiſtimes, quod ille per me habuerit, id me habere [m] abs te. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.

P. B. g impedii *MS.* h turbem *MS.* i condolui *MS.* k in *MS.* l meum exiſt. *alii.* m *alii* à te putato.

EPISTOLA VI.

ARG. *Cuſpii amicos omnes generatim commendat, nominatim L. Julium & P. Cornelium.* [A. V. C. DCCVIII.]

M. T. C.

14. *Quidquid mea cauſa faceres, &c.*] Pro *putato* alii *putabo*. Sed potius locus totus ita legendus: *Ut id C. Curtii cauſa cum feceris, me eum exiſtimes, quod ille per me habuerit, id me habere abs te. Hoc te &c.* Camer.

15. *P. Cuſpio.*

M. T. C. Q. VALERIO, Q. F. ORCÆ, [n]PROCOS. S. P. D.

P. CCV.

n PRO-PRÆT. *Gul.*

SI vales, bene eſt: valeo. Credo te memoria teneре, me & coram [o] 15 P. Cuſpio tecum locutum eſſe, cùm te proſequerer paludatum: & item poſtea [p] pluribus verbis tecum egiſſe, ut, quoſcumque tibi ejus neceſſarios commendarem, haberes eos in numero meorum neceſſariorum. Id tu pro tua ſumma erga me benivolentia, perpetuaque obſervantia mihi liberaliſſimè atque humaniſſimè recepiſti. Cuſpius, homo in omnes ſuos officioſiſſimus, mirificè quoſdam homines ex iſta provincia tuetur & diligit, propterea quòd fuit in Africa bis, cùm maximis 16 ſocietatis negotiis præeſſet. Itaque hoc ejus officium, quod [q] adhibet erga illos, ego mea facultate & gratia ſoleo, quantum poſſum, adjuvare. Quare Cuſpianorum omnium commendationis cauſam hac tibi epiſtola exponendam putavi. reliquis epiſtolis tantùm faciam, ut 17 notam apponam eam, quæ mihi tecum convenit, & ſimul ſignificem, de numero eſſe Cuſpii amicorum. Sed hanc commendationem, quam his litteris conſignare volui, ſcito eſſe omnium [r] graviſſimam.

o *alii* de P. Cuſp.

p *alii* plurimis. *malè.*

q adhibetur *MSS.*

r gratiſſimam *alii.*

15. *P. Cuſpio.*] Legendum *Ciſpio*: ita enim habent veteres libri, & opinor *Ciſpiam* familiam eam eſſe, quæ in argenteis denariis CIPIA nominatur, vetere quadam ſcribendi ratione *s* littera exploſa. *Urſin.* Sic & *L. Ciſpii* meminit Hirtius de Bello Africano. *Guilielm.*

16. *Societatis.*] Publicanorum, qui Africæ vectigalia exigebant. erant autem ſingularum provinciarum ſocietates: & Bithynica nominatur epiſt. 9. *P. Manut.* Sæpe apud Ciceronem, & alios ejus ævi ſcriptores, *ſocietas* dicitur per excellentiam de municipibus ſive publicanis, qui publica vectigalia reip. veluti portoria, agrum, tum qui frumenta locant, tum qui paſcua conducta habent. Sic infra ep. 9. *Tum imprimis amicum eſſe huic Bithynicæ ſocietati.* Magiſtri autem ſocietatis dicuntur, qui talis ſocietatis negotiis præſunt, ut lib. v. ad Attic. ep. 15. *Magiſter ſcripturæ* proprie dicitur, qui præeſt iſtis publicanis, qui agrum paſcuum conductum habent; nam illud vectigal dicitur *ſcriptura*, & ipſe ager paſcuus *ſcripturarius.* J. F. Gronov.

17. *Notam.*] Inter Ciceronem & Valerium in Africam proficiſcentem convenerat, ut, quibus litteris ei Cicero aliquem vere, atque ex intimo animi ſui ſenſu, non ex aliorum voluntate, commendaret, ſignum quoddam apponeret, ut graves commendationes a levibus diſtinguerentur. *P. Manut.*

ſimam. Nam P. Cuſpius ſingulari ſtudio contendit à me, ut tibi quàm diligentiſſimè L. Julium commendarem. Ejus ego ſtudio vix videor mihi ſatisfacere poſſe, ſi utar verbis iis, quibus, cùm diligentiſſimè quid agimus, uti ſolemus. Nova quædam poſtulat: & putat me ejus generis artificium quoddam tenere. Ei ego pollicitus ſum, me ex intima noſtra arte depromptu- rum mirificum genus commendationis. Id quum aſſequi non poſſum, tu re velim efficias, ut ille genere mearum litterarum incredibili [s] quiddam perfectum arbitretur. Id facies, ſi omne genus liberalitatis, quod & ab humanitate [t] & poteſtate tua proficiſci poterit, non modò re, ſed etiam verbis, [18] vultu denique exprompſeris: quæ quantùm in provincia valeant, vellem expertus eſſes. Sed tamen ſuſpicor, ipſum hominem, quem tibi commendo, perdignum eſſe tua amicitia: non ſolùm, quia mihi Cuſpius dicit, credo, (tametſi id ſatis eſſe debebat) ſed quia novi ejus judicium in hominibus & amicis [v] deligendis. Harum litterarum vis quanta fuerit, propediem judicabo; tibique, ut confido, gratias agam. Ego, quæ te velle, quæque ad te pertinere arbitrabor, omnia ſtudioſè diligenterque curabo. Cura, ut valeas. [x] P. Cornelius, qui tibi litteras dedit, eſt mihi à P. Cuſpio commendatus: cujus cauſa quanto opere cuperem deberemque, profectò ex me facilè cognoſti. Vehementer te rogo, ut cures, ut ex hac commendatione mihi Cuſpius quàm maximas, quàm primùm, quàm ſæpiſſimè gratias agat. Vale.

P. B. s *alii* quodam. t & à pot. *Lamb.*

v dilig. *MS.*

x *initium nova ep. in MS.*

EPISTOLA VII.

ARG. *Petit a Cluvio ne municipii Atellani vectigalis ager dividatur, ſed integram Cæſari cauſſam reſervet. Q. Fabio Max. C. Trebonio Coſſ.* [A. V. C. DCCVIII.] Hanc præceſſit ep. 5. hujus libri, ſequitur ſtatim ſubjecta.

M. T. C. CLUVIO S. P. D.

CUM in Galliam proficiſcens, pro noſtra neceſſitudine [y] tuaque ſumma in me obſervantia, ad me domum ve-

y *ſic Grav.* quæ tua *Grut.*

18. *Vultu denique exprompſeris.*] In Mediceo erat, ut notat Egnatius ad oram primæ editionis, *ex proſperis*; unde credo Victorius fecit *exprompſeris*. rectè: idque omne totis apicibus reperi in Palatino ſexto, Vaticani excerptis, eratque ſic in Stewechiano & Hittorpiano. Vulgò, *expreſſeris*. Alii addunt, *fronte, vultu denique exp.* neſcio quibus auctoritatibus. *Gebhard.*

19. *Mu-*

veniſſes, locutus ſum tecum de agro vectigali [19] municipii Atellani, qui eſſet in Gallia: quantoque opere ejus municipii cauſa laborarem, tibi oſtendi. Poſt tuam autem profectionem, cùm & maxima res municipii honeſtiſſimi, [z] mihique conjunctiſſimi, & ſummum meum officium ageretur, pro tuo animo in me ſingulari, exiſtimavi, me oportere ad te accuratiùs ſcribere: etſi non ſum neſcius, & quæ temporum ratio, & quæ tua poteſtas ſit; tibique negotium datum eſſe à C. Cæſare, non judicium, præclarè intelligo. Quare à te tantum peto, quantum & te facere poſſe, & libenter mea cauſa facturum eſſe arbitror. Et primùm velim exiſtimes, quod res eſt, municipii fortunas omnes in iſto vectigali conſiſtere: his autem temporibus hoc municipium maximis oneribus preſſum, ſummis affectum eſſe difficultatibus. Hoc etſi commune [a] videtur eſſe cum multis: tamen mihi crede ſingulares huic municipio calamitates accidiſſe. quas idcirco non commemoro, ne de miſeriis meorum neceſſariorum conquerens, homines, quos nolo, videar offendere. Itaque, niſi magnam ſpem haberem, C. Cæſari nos cauſam municipii probaturos, non erat cauſa, cur à te hoc tempore aliquid contenderem. ſed quia confido, mihique perſuaſi, illum & dignitatis municipii, & æquitatis, etiam voluntatis erga ſe, habiturum eſſe rationem: ideò à te non dubitavi contendere, ut hanc cauſam illi integram [b] conſervares. Quod etſi nihilominùs à te peterem, ſi nihil audiviſſem te tale feciſſe: tamen majorem ſpem impetrandi nactus ſum, poſteà quàm mihi dictum eſt, hoc idem à te [c] Regienſes impetraviſſe. qui etſi te aliqua neceſſitudine attingunt: tamen tuus amor in me, ſperare [d] me cogit te, quod tuis neceſſariis tribueris, idem eſſe tributurum meis: præſertim cùm ego pro his unis petam: habeam autem, qui ſimili cauſa laborent, complures neceſſarios. Hoc me non ſine cauſa facere, neque aliqua levi ambitione commotum à te contendere, etſi te exiſtimare arbitror, tamen mihi affirmanti cre-

z mihiq. conj. *deſunt in MS.*

P. CCVI.

a ei vid. *Lamb.*

b reſerv. *Lamb. è conject.*

c Rheg. *alii.*

d me *deeſt in MS.*

19. *Municipii Atellani.*] *Atella* fuit civitas Campaniæ media inter Capuam & Neapolim. Locus is hodie *S. Arpino*, ſive *S. Elpidio* dicitur, ubi civitatis veteris ruinæ & veſtigia conſpiciuntur, præſertim foſſæ, quæ olim mœnia cingebant. ut docet L. Holſtenius annot. ad Cluv. Ital. antiq. p. 260. quem vide. *Græv.*

20. *Cujus*

credas velim, me huic municipio debere plurimum; nullum umquam fuiſſe tempus neque honorum, neque laborum meorum, in quo non hujus municipii ſtudium in me exſtiterit ſingulare. Quapropter à te etiam atque etiam, pro noſtra ſumma conjunctione, proque tua in me perpetua & maxima benivolentia, majorem in modum peto atque contendo, ut, cùm fortunas agi ejus municipii intelligas, quod ſit mihi neceſſitudine, officiis, benivolentia conjunctiſſimum, id mihi des. Quod erit hujusmodi, ut, ſi à Cæſare, quod ſperamus, [e] impetrarimus, tuo beneficio nos id conſecutos eſſe judicemus. ſin minùs: pro eo tamen id habeamus, quum à te data ſit opera, ut impetraremus. Hoc [f] cùm mihi gratiſſimum feceris: tum viros optimos, homines honeſtiſſimos, eoſdemque gratiſſimos, & tua neceſſitudine digniſſimos, ſummo beneficio in perpetuum tibi tuiſque devinxeris.

P. B.

e *ita Vict. alii* impetraverimus.

f tum *Vict.*

EPISTOLA VIII.

ARG. *Rogat Rutilium, ut in agrorum diviſione Albini prædia ne attingat.* [A. V. C. DCCVIII.] Hanc præceſſit proxime præcedens epiſtola, ſequitur ep. 18. lib. XII.

M. T. C. M. RUTILIO S. P. D.

CUM & mihi conſcius eſſem, quanti te facerem, & tuam erga me benivolentiam expertus eſſem, non dubitavi à te petere, quod mihi petendum eſſet. P. [g] Seſtium quanti faciam, ipſe optimè ſcio: quanti autem facere debeam, & tu & omnes homines ſciunt. Is cùm ex aliis te [h] mei ſtudioſiſſimum eſſe [i] cognoſſet, petivit à me, ut ad te quàm accuratiſſimè ſcriberem de re C. Albinii ſenatoris: [20] cujus ex filia natus eſt L. Seſtius,

g *alii* Sextum & *ſic porro.*

h *alii* mihi.

i *alii* cognoſceret.

20. *Cujus ex familia natus eſt L. Seſtius.*] Sic fere omnes impreſſi & antiqui codices procul dubio corrupte, *ex filia* enim legendum eſt. C. autem hic Albinius ſenator, ſocer fuit P. Seſtii, ut in oratione pro P. Seſtio traditur. *Eo*, inquit, *auctore duxit honeſtiſſimi & ſpectatiſſimi viri C. Albinii filiam, ex qua hic eſt puer, & nupta jam filia, &c.* Cum autem quatuor locis in hac epiſtola nomen ejus ponat, ſemel tantum *Albinium* Mediceus codex nominat, cum primum de eo mentionem facit, *de re C. Albinii ſenatoris.* poſtea ſemper *Albanium*, mutato *i* in *a*, & una ſyllaba aucto nomine, niſi *Albini* etiam pro *Albinii* antiqua orthographiæ

Seſtius, optimus adoleſcens, filius P. Seſtii. Hoc idcirco ſcripſi, ut intelligeres, non ſolum me pro P. Seſtio laborare debere, ſed Seſtium etiam pro Albinio. Res

phiæ ratione ſcriptum ſit, ut puto: in orationibus tamen etiam aliis caſibus hoc nomen triſyllabum. *Victorius. Cujus ex filia.*] Antea, *cujus ex familia*, in omnibus impreſſis legebatur. Nos ſeptimum abhinc annum, *filia*, correximus ex oratione pro P. Seſtio, in qua C. Albini filiam P. Seſtio nupſiſſe traditur. Hunc autem locum, aliaque item multa a nobis reſtituta, & jam impreſſa qui ſibi poſtea vendicarint video fuiſſe. quam ego laudem illis vel ultro conceſſerim, modo ne iidem noſtrum librum tertio quoque verbo reprehenderent, & quod ex illo ſumpſerunt, id ſe vidiſſe diſſimularent, quodque magis doleo, Germanis acceptum referre mallent. Sed quoniam ab hoc concertationis genere natura ſemper, nunc etiam ratione abhorreo: de Germanis nihil dicam, qui, ut veterum libros ediderint multos, & optime de ſtudioſis meriti ſint, certe patri meo nunquam in hoc genere videbuntur comparandi: hunc autem, qui nos occaſione undecunque arrepta perſtringere conatur, ut etiam varias lectiones, quas olim in calcem operis rejeceram, tanquam a me probatas reprehendat, etſi de nobis male exiſtimet, amabimus tamen ut hominem diligentem, & doctum, atque etiam, ſi quid opis antiquorum ſcriptis, quæ depravata leguntur, attulerit, ex inſtituto noſtro gratias agemus. *P. Manut. in Scholiis. Cujus ex filia.*] Si aliqua in re, quæ inſcitiam literarum, ingeniique tarditatem argueret, reprehenderer, æquo animo paterer, vel potius gratias agerem: nihil enim tam cupio, quam doceri, & de ſententiis illis, quibus antea multum tribuerim, ſi falſæ ſunt, depelli. Cum autem in rebus, quæ ad vitam moreſque pertinent, injuſte accuſor, ferre non poſſum: non ſum adeo anguſto & jejuno animo, Paule, ut mihi aliorum induſtria inventas res vindicem. Ipſe potius ſi quando aliquid labore ac diligentia mea e tenebris eruo, aliis deferre conſuevi: cujus rei mihi multi teſtes eſſe poſſunt: neque enim in obſcuris locis viximus, & multorum etiam doctorum clarorumque virorum amicitia floremus. Non video cur quæ a te, ut ais, excogitata ſunt, mihi quoque in mentem venire non potuerint. Ipſe ſane arbitror, ſi quid eruditum & acutum unquam inveni, ab aliis prius id, meliuſque excogitatum fuiſſe. Quod me cupide dicis librum tuum reprehendere, falleris: nunquam enim iſtius laudis magnopere avidus fui, neque vero eſſe debui. Odioſum genus hoc eſt ſcribendi, mi Paule, nec poteſt ita tractari, ut non voluntas alicujus offendatur: neque ego hoc non videbam. Sed mos gerendus fuit amicis. Puto etiam me apud alios offendiſſe, poſtquam tu, contra quem dicere nunquam cogitavi, tam graviter tibi læſus videris. Falſum etiam illud eſt, me de te male exiſtimaſſe, quem ne notum quidem habebam: quod tua ſane culpa factum non eſt: omnia enim feciſti, ut ab omnibus cognoſcaris: neque ego tam negligens fui, ut non, edito tuo libro, de doctrina & ingenio tuo percun-

Res autem eſt hæc: A M. Laberio C. Albinius [21] prædia in [k] æſtimationem accepit: quæ prædia Laberius emerat à Cæſare de bonis Plotianis. ea ſi dicam non eſſe è republica dividi, docere te videar, non rogare. Sed tamen cùm Cæſar Sullanas venditiones & aſſignationes ratas eſſe velit, quo firmiores exiſtimentur ſuæ: ſi ea prædia dividentur, quæ ipſe Cæſar vendidit, quæ tandem in ejus venditionibus eſſe poterit auctoritas? Sed hoc quale ſit, tu pro tua prudentia conſiderabis. Ego te planè rogo, atque ita, ut majore ſtudio, juſtiore de cauſa, magis ex animo rogare nihil poſſim, ut Albinio parcas, prædia Laberiana ne [l] attingas. Magna me affeceris non modò lætitia, ſed etiam quodammodo gloria, ſi P. Seſtius homini maximè neceſſario ſatisfecerit

P. CCVII. k æſtimatione *MS.*

l *alii* tangas.

cunctatus ſim: culpa illius fuit, qui interrogatus ea mihi confirmavit, quæ ipſe falſo credebat. Poſtquam te cognovi, ac de ingenio & eruditione tua multa a melioribus auctoribus accepi, de te me hercule ſemper bene exiſtimavi, & mirifice amare cœpi, cujus rei argumentum eſſe poteſt, quod cum audiſſem te Ciceronis epiſtolarum libros imprimere, dixi me libenter tibi, ſi id ſciſſem, nonnulla traditurum fuiſſe, quæ videbar mihi non inſulſe poſt primam illam editionem animadvertiſſe: quod ſtatim tibi per viros honeſtiſſimos amiciſſimoſque tuos ſignificatum eſt. Et nunc quoque a te provocatus, ac ſcriptis laceſſitus, non poſſum tibi non amicus eſſe, ſemperque ero, dum te tanto ſtudio ſcripta antiquorum multis modis depravata caſtigare, & caſtigata ad communem fructum edere cognovero, quamvis mihi placatus non ſis. Quod ſi animum tuum, tam infenſum mihi, aut levi, aut nulla de cauſa ſciſſem, operam dediſſem, ut tibi ſatisfacerem: neque enim mihi unquam cum literatis & ingenioſis hominibus inimicitias eſſe gerendas putavi: ſed eos & amandos, & omni officio colendos perpetuo duxi. Nam quod quereris me nonnulla potius Germanis accepta referre, hoc me penitus omni culpa liberat, docetque, nunquam diſſimulaſſe, a quibus adjutus ſim. Cur enim potius Germanis, quam Italis hominibus? qui mecum nulla re, neque publice, neque privatim conjuncti ſunt. Amo ſane nationem illam, ut non minus belli artibus, quam pacis ſtudiis claram: nec tamen Italos homines odio proſequi debeo. Omnibus denique me magno beneficio obſtrictum fatebor, quicunque hanc partem literarum impigre adjuverint. Hic potiſſimum purgare nos voluimus, quia hoc in loco acerbiſſime nos accuſaveras. *Victorius in poſter.*

21. *Prædia in æſtimationem accepit.*] Hoc eſt, Laberii prædia pro debito accepit æſtimata tanti, quanti erant ante bellum civile. vide ſuperius lib. IX. ep. 16 & 18. & lib. V. ep. 20. Sic enim Cæſar ſatisfieri volebat creditoribus ab iis, qui non erant ſolvendo. vid. Suet. Jul. c. 44. *Gravius.*

22. *Se-*

fecerit [m] per me, ut ego [n] illi uni plurimum debeam. Quod ut facias, te vehementer etiam atque etiam rogo. Majus mihi dare beneficium nullum potes. Id mihi intelliges eſſe gratiſſimum.

m pro *MSS.* n illi *deeſt in MS.*

EPISTOLA IX.

ARG. *Craſſipedi, Bithyniæ quæſtori; Bithynicam publicanorum ſocietatem, in primiſque Cn. Pupium commendat.* [A. V. C. DCCII.] Hanc præceſſit ep. 47. hujus libri; ſequitur ep. 4. lib. XV.

M. T. C. CRASSIPEDI S. P. D.

QUAMQUAM tibi præſens commendavi, ut potui diligentiſſimè; [22] ſocios Bithyniæ: teque cùm [o] mea commendatione, tum etiam tua ſponte intellexi cupere ei ſocietati, quibuſcumque rebus poſſes, commodare: tamen, cùm ii, quorum res agitur, magni ſua intereſſe arbitrarentur, me etiam per litteras declarare tibi, qua eſſem erga [p] ipſos voluntate; non dubitavi hæc ad te ſcribere. Volo enim te exiſtimare; me, cùm univerſo [q] ordini publicanorum ſemper libentiſſimè tribuerim; idque [r] magnis ejus ordinis erga me meritis facere debuerim; tum in primis amicum eſſe huic Bithynicæ ſocietati: quæ ſocietas ordine ipſo; [s] hominum genere, pars eſt maxima civitatis. conſtat enim ex ceteris ſocietatibus: & caſu permulti ſunt in ea ſocietate valde mihi familiares: in primiſque is, cujus præcipuum officium agitur hoc tempore, [23] P. Rupilius, P. F. Men. [24] qui eſt magiſter in ea ſocietate. Quæ cùm ita

o ea *MSS.* p illos *MS.* q ordine *MS.* r pro magni. *MS.* P. B. s & homi. *Grav.* & *MS.*

22. *Socios Bithyniæ.*] Publicani erant ex equeſtri ordine: itaque ep. 65. *homines ampliſſimi* vocantur. ii dividebantur in plures ſocietates, quæ à provinciis, quarum vectigalia exigenda ſuſceperant, appellabantur. *P. Manut.*

23. *P. Rupilius P. F. Men.*] In vetuſtis libris ita ſcriptum offendimus, quam lectionem variare, cum nihil certe haberemus; conſilium non fuit: qua in ſententia permanemus, præſertim cum alios in hac re valde inconſtantes videamus. *Victor.*

24. *Qui eſt magiſter in ea ſocietate.*] Ex ſociis unus fuit, qui magiſter ſocietatis dictus eſt, qui Romæ ſocietati ita præerat, ut & ſocios, quaſi ſenatum cogendi, & ad eos de ſocietatis negotiis referendi poteſtatem haberet, curamque omnem gereret tabularum & rationum, quæ undique ab iis, qui publicanorum ſocietati operas dabant, Romam mitterentur. Etenim, ut inquit Cic. in

† Puppium alii.

ita ſint, in majorem modum à te peto, Cn. †Pupium; qui eſt in operis ejus ſocietatis, omnibus tuis officiis, atque omni liberalitate tueare: cureſque, ut ejus operæ, quod tibi facile factu eſt, quàm gratiſſimæ ſint ſociis: remque & utilitatem ſociorum, (cujus rei quantam poteſtatem quæſtor habeat, non ſum ignarus) per te quàm maximè defenſam & auctam velis. Id cùm mihi gratiſſimum feceris, tum illud tibi expertus promitto & ſpondeo, te ſocios Bithyniæ, ſi iis commodaris, memores eſſe, & gratos cogniturum.

EPISTOLA X.

ARG. *Cæſar, in Africam trajecturus contra Scipionem, Catonem, Jubam regem, Galliæ Ciſalpinæ M. Brutum, eum a quo poſtea eſt interfectus, nondum prætorium, & Pompeji partes antea ſecutum, præpoſuit. is cum in provinciam iviſſet, proficiſcentem ad eum M. Varronem, ejus quæſtorem, Cicero familiaris utriuſque commendat. Hæc autem commendatio quatuor in partes diſtribuitur. Primo loco, quæſtoris cum prætore ſuo neceſſitudo exponitur. Deinde, origo amicitiæ, & Varronis erga ſe officia narrantur. Sequitur de illius modeſtia, prudentia, moderatione, diligentia, induſtria teſtimonium. Claudit epiſtolam petitio generalis: ut Varronem Brutus omni liberalitate complectatur. ſcripta Cæſare* III. *& Lepido Coſſ. quod ex epiſt.* 6. *lib.* VI. *& libro, qui Orator inſcribitur, præterea ex Plutarcho, Appianoque intelligitur.* [A. V. C. DCCVII.]

CICERO BRUTO S.

CUM ad te tuus quæſtor, [25] M. Varro, proficiſceretur, commendatione egere eum non putabam. Satis enim commendatum tibi eum arbitrabar ab ipſo more

in frumentaria, *ea eſt ratio decumarum ut ſine plurimis litteris confici non poſſit. ſingula enim nomina aratorum, & cum ſingulis pactiones decumarum litteris perſequi & conficere neceſſe eſt.* Hic porro habuit quendam *pro magiſtro* in provincia, quaſi ſui muneris vicarium, & ſocietatis præfectum. Unde Cic. Planci patrem dixit *maximarum ſocietatum auctorem, plurimarum magiſtrum.* Cic. alio loco, *P. Terentius Hiſpo operas in ſcriptura pro magiſtro dat.* De eodem ad Att. *Terentius magnas operas in portu, & ſcriptura Aſiæ pro magiſtro dedit.* Et in Verrem, *In ſcriptura Siciliæ pro magiſtro eſt L. quidam Carpinatius.* Item, *L. Vibius eques Romanus, vir primarius, quem reperiebam magiſtrum fuiſſe eo anno.* Sigon. de Antiquo Jure civ. Rom. lib. II. c. 4. *Græv.*

25. *M. Varro.*] Romanorum doctiſſimus, cujus hodie libri exſtant de re ruſt. & de lingua Latina. intercidere plurimi. *P. Manut.*

26. Ut

re majorum : qui, ut te non fugit; hanc quæſturæ conjunctionem, liberorum neceſſitudini proximam voluit eſſe. Sed cùm ſibi ita perſuaſiſſet ipſe; meas de ſe accuratè ſcriptas litteras maximum apud te pondus habituras; à meque contenderet, ut quàm diligentiſſimè ſcriberem : malui facere, quod meus familiaris tanti ſua intereſſe arbitraretur. Ut igitur debere me facere hoc intelligas, cùm primùm M. Terentius in forum venit, ad amicitiam ſe meam contulit. Deinde, [26] ut ſe corroboravit, duæ cauſæ acceſſerunt, quæ meam P. CCVIII. in illum benivolentiam [v] augerent: una, quòd verſabatur in hoc ſtudio noſtro, quo etiam nunc maximè [x] delectamur, & cum ingenio, ut noſti, nec ſine induſtria; deinde, quòd maturè ſe contulit in ſocietates publicanorum : quod quidem nollem. Maximis enim damnis affectus eſt. ſed tamen cauſa communis ordinis, mihi commendatiſſimi, fecit amicitiam noſtram firmiorem. Deinde verſatus [27] in utriſque ſubſelliis optima-

v auxerunt *Grav.*

x delectatur *alii.*

26. *Ut ſe corroboravit.*] Ii dicuntur ſe corroboraſſe, qui primæ adoleſcentiæ lubricum tranſierunt, & ſunt ætate jam confirmata. In Orat. pro Cœlio : *Cum is jam ſe corroboraviſſet, ac inter viros eſſet.* De Petit. Conſul. *Natus in patris egeſtate, educatus in ſororis ſtupris, corroboratus in cæde civium.* Colum. lib. VII. c. 12. *Catulos ſex menſibus primis, dum corroborentur, emitti non oportet.* J. F. Gronov.

27. *In utriſque ſubſelliis.*] In publicis privatiſque cauſſis, id eſt, in majoribus, & minoribus. Sunt enim ſubſelliorum, ſi habetur hominum ratio, tria genera; ſi cauſſarum, duo: nam & judices, & patroni, & accuſatores in ſubſelliis conſidebant : cauſſæ vero vel de publicis rebus erant, vel de privatis: Quod autem Pedianus majores cauſſas tribunalibus & ſellis curulibus, minores autem ſubſelliis tribuit : magiſtratus, judiciis propoſitos, non judices, diſtinguit. nam judices, ſive cum tribunis pl., triumviris, quæſtoribus, ædilibus pleb., ſive cum prætoribus, & ædilibus cur. judicarent, in ſubſelliis conſidebant : magiſtratus autem vel in ſubſelliis, ut ii, qui curules non erant, quos proxime nominavi, vel in ſellis curulibus, ut ædilis cur. & prætor : & ædilis quidem ſine tribunali, prætor autem cum tribunali. Hæc videtur eſſe Pediani ſententia, cum ait : *alii, Alienum, non nomen proprium putant eſſe, ſed alienum & alterius judicii, & non ex auditorio prætoris, majorumque cauſſarum; ſed a ſubſelliis, hoc eſt, non a tribunalibus: ſunt enim ſubſellia tribunorum, triumvirorum, quæſtorum, & hujuſcemodi minora judicia exercentium; qui non in ſellis curulibus, nec tribunalibus, ſed in ſubſelliis conſidebant.* Dixit igitur Cicero, verſatum eſſe Varronem in utriſque ſubſelliis, id eſt, egiſſe cauſſas & apud eos judices,

 qui

ma & fide & fama, jam ante hanc commutationem reipublicæ, petitioni ſeſe dedit, honoremque honeſtiſſimum exiſtimavit fructum laboris ſui. His autem temporibus à me Brundiſio cum litteris & mandatis profectus ad Cæſarem eſt: qua in re & amorem ejus in ſuſcipiendo negotio perſpexi, & in conficiendo ac renuntiando fidem. Videor mihi, cùm ſeparatim de probitate ejus & moribus dicturus fuiſſem, ſi priùs cauſam, cur eum tantopere diligerem, tibi expoſuiſſem, in ipſa cauſa exponenda ſatis etiam de probitate dixiſſe. Sed tamen ſeparatim promitto, in meque recipio, fore eum tibi & voluptati & uſui. Nam & modeſtum hominem cognoſces, & prudentem; & à cupiditate omni remotiſſimum; præterea magni laboris y ſummæque induſtriæ. Neque ego hæc polliceri debeo, quæ tibi ipſi, cùm benè z cognoris, judicanda ſunt: ſed tamen in omnibus novis conjunctionibus intereſt, qualis primus aditus ſit, & qua commendatione quaſi amicitiæ fores aperiantur. quod ego his litteris efficere volui. etſi id ipſa per ſe neceſſitudo quæſturæ efficere debet. ſed tamen nihilo infirmius illud, hoc addito. Cura igitur, ſi me tanti facis, quanti & Varro exiſtimat, & ipſe ſentio, ut quàm primùm intelligam, hanc meam commendationem tantum illi utilitatis attuliſſe, quantum & ipſe ſperarit, nec ego dubitarim.

y ſummæ induſtr. *MS.*

z *alii* cognoveris.

P. B.

EPISTOLA XI.

ARG. *Commendat Bruto & ea vectigalia quæ Arpinates habebant in Gallia, & legatos, qui ad ea exigenda proficiſcebantur.* [A. V. C. DCCVII.]

M. T. C.

qui ſimul cum magiſtratu non curuli, parvis de rebus, & apud eos, qui cum curuli de majoribus cognoſcerent. Hic addam quaſi πάρεργον, tertium quoddam genus judicum fuiſſe, qui ſtantes judicarent: de quibus Cicero in Bruto, *ſi anguſte*, inquit, *& exiliter dicere, eſt Atticorum; ſint ſane Attici, ſed in Comitium veniant, ad ſtantem judicem dicant. ſubſellia grandiorem & pleniorem vocem deſiderant.* Hos opinor levi aliqua de re, a magiſtratu mandata, ſeparatim judicaſſe. nam ſtantem judicaſſe vel triumvirum, vel alium minorem magiſtratum, credibile non eſt: & Pedianus triumvirum ſediſſe oſtendit; & idem Cicero confirmat, cum ait in Cluentiana: *Hominem ante pedes Q. Manilii, qui tum erat triumvir, conſtituunt.* P. Manut.

M. T. C. BRUTO S. P. D.

Quia ſemper animadverti, ſtudioſè te operam dare, ut ne quid meorum tibi eſſet ignotum: propterea non dubito, quin ſcias, non ſolum cujus municipii ſim, ſed etiam, quàm diligenter ſoleam meos municipes Arpinates tueri. Quorum quidem omnia commoda, omneſque facultates, quibus & ſacra conficere, & ſarta tecta ædium ſacrarum locorumque communium tueri poſſint, conſiſtunt in his vectigalibus, quæ habent in provincia Gallia. Ad ea viſenda, pecuniaſque, quæ à colonis debentur, exigendas, totamque rem & cognoſcendam, & adminiſtrandam, legatos equites Romanos miſimus, Q. [a] Fufidium, Q. F. M. [b] Faucium, M. F. Q. Mamercum, Q. F. Peto à te in majorem modum, pro noſtra neceſſitudine, ut tibi ea res curæ ſit, operamque des, ut per te quàm commodiſſimè negotium municipii adminiſtretur, quàm primumque conficiatur: ipſoſque, quorum nomina ſcripſi, ut quàm honorificentiſſimè pro tua natura, & quàm liberaliſſimè tractes. Bonos viros ad tuam neceſſitudinem adjunxeris; municipiumque gratiſſimum beneficio tuo devinxeris: mihi vero [c] etiam gratius feceris, quòd cùm ſemper tueri municipes meos conſuevi, tum hic annus præcipuè ad meam curam officiumque pertinet. Nam conſtituendi municipii cauſa, hoc anno ædilem filium meum fieri volui, & fratris filium, & M. Cæſium, hominem mihi maximè neceſſarium (is enim magiſtratus in noſtro municipio, nec alius ullus, creari ſolet) quos cohoneſtaris, in primiſque me, ſi reſpublica municipii, tuo ſtudio, [d] diligentia bene adminiſtrata erit. Quod ut facias, te vehementer etiam atque etiam rogo.

[a] Suffidium *alii.*
[b] Lucium *MS.*
[c] etiam eo gr. *MS.*
P. CCIX.
[d] *alii* & dilig.

EPISTOLA XII.

ARG. *Q. Fufidium, Arpinatum legatum commendat.* [A. V. C. DCCVII.]

M. T. C. BRUTO S. P. D.

Alia epiſtola communiter commendavi tibi legatos Arpinatium, ut potui diligentiſſimè: hac ſeparatim Q. [e] Fufidium, quocum mihi omnes neceſſitudines

[e] Suffidium *MS.*

ſunt,

ſunt, diligentiùs commendo: non ut aliquid de illa commendatione [f] comminuam, ſed ut [g] hanc addam. Nam & privignus eſt M. Cæſii, mei maximè & familiaris, & neceſſarii, & fuit in Cilicia mecum tribunus militum: quo in munere ita ſe tractavit, ut accepiſſe ab eo beneficium viderer, non dediſſe. Eſt præterea (quod apud te valet plurimùm) à noſtris ſtudiis non abhorrens. Quare velim eum quàm liberaliſſimè complectare: operamque des, ut in ea legatione, quam ſuſcepit contra ſuum commodum, ſecutus auctoritatem meam, quàm maximè ejus excellat induſtria. Vult enim, id quod optimo cuique naturâ tributum eſt, quàm maximam laudem, cùm à nobis, qui eum impulimus, tum à municipio conſequi: quod ei continget, ſi hac mea commendatione tuum erga ſe ſtudium erit conſecutus.

f *alii* diminuam. *Lamb.* demin.

g ad hanc *Vict. Gebb.*

EPISTOLA XIII.

ARG. *L. Caſtronium Lucenſem commendat.* [A. V. C. DCCVII.]

M. T. C. BRUTO S. P. D.

L. CASTRONIUS Pætus, longè princeps municipii Lucenſis, eſt [28] honeſtus, gravis, plenus officii, bonus planè vir, & cùm virtutibus, tum etiam fortuna, ſi quid hoc ad rem pertinet, ornatus: meus autem eſt [29] familiariſſimus, ſic prorſus, ut noſtri ordinis obſervet neminem diligentiùs. Quare ut & meum amicum, & tua dignum amicitia, tibi commendo. Cui, quibuſcumque rebus commodaveris, tibi profectò jucundum, mihi certè erit gratum. Vale.

P. B.

EPI-

28. *Honeſtus, gravis, plenus officii.*] Nihil redundat: ſingula enim ſingulis aliquid addunt. ut enim poteſt eſſe aliquis honeſtus, nec tamen gravis, aut officii plenus: ita contra. *honeſtus* autem refertur ad genus & familiam, quod honeſto loco natus: *gravis*, ad ætatem & mores: *plenus officii*, ad probitatem & conſuetudinem vel bene merendi, vel remunerandi. *P. Manut.*

29. *Familiariſſimus, ſic prorſus.*] Ratio non videtur ferre, ut, *ſic*, cum ſuperlativo jungatur: ſed ipſa ratio refellitur exemplis: ep. 33. *Cn. Otacilio Naſone utor familiariſſime, ita prorſus, ut illius ordinis nullo familiarius.* Idem.

30. L. Ti-

EPISTOLA XIV.

ARG. *Petit ut exactionem ejus pecuniæ, quam L. Straboni P. Cornelius debet, ſuo ſtudio & diligentia curet.* [A. V. C. DCCVII.]

M. T. C. BRUTO S. P. D.

30 L. Titio Strabone, equite Romano, in primis honeſto & ornato, familiariſſimè utor. Omnia mihi cum eo intercedunt jura ſummæ neceſſitudinis. Huic in tua provincia pecuniam debet P. Cornelius. Ea res à Volcatio, qui Romæ jus dicit, rejecta in Galliam eſt. Peto à te hoc diligentiùs, quàm [h] ſi mea res eſſet, quo eſt honeſtius de amicorum pecunia laborare, quàm de ſua, ut negotium conficiendum cures. ipſe ſuſcipias, tranſigas, operamque des, [i] quoad tibi æquum & rectum videbitur, ut quàm commodiſſima conditione libertus Strabonis, qui ejus rei cauſa miſſus eſt, negotium conficiat, ad nummoſque perveniat. Id & mihi gratiſſimum erit: & tu ipſe L. Titium cognoſces amicitia tua digniſſimum. quod ut tibi curæ ſit, ut omnia ſolent eſſe, quæ me velle ſcis, te vehementer etiam atque etiam rogo.

h ſi *non eſt in MS.*

i quod *alii.*

EPISTOLA XV.

ARG. *Præcilium adoleſcentem, patre natum Cæſaris amiciſſimo, commendat. Cæſare Coſ.* IIII. *ſine collega. nam ſcripta videtur hæc epiſtola, item ut ea quæ ſequitur, eo tempore cum Cæſar adverſus Pompeji liberos in Hiſpania pugnaret. quod etiam doctis viris placuiſſe video. Et quia Cæſari Imperatori inſcribitur; licet intelligere, ſcriptam eſſe* [A. V. C. DCCVIII.] *poſt* XI. *Kal. Mart. quo die imperatorem appellatum, Ategua in Hiſpania capta, ſcribit Oppius.* Hanc præceſſit ep. 13. lib. IX. ſequitur epiſtola proxime ſubjecta.

M. T. C. C. CÆSARI IMP. S. P. D.

[k] Præcilium tibi commendo unicè, tui neceſſarii, mei familiariſſimi, viri optimi filium: quem cùm adoleſcentem ipſum propter ejus modeſtiam, humanitatem, animum & amorem erga me ſingularem, miri- P. CCX.

k P. Rutilium *MS.*

30. *L. Titione.*] *L. Titio* eſt in libris manuſcriptis, & ita omnino legendum. *Vrſin.*

rificè diligo; tum patrem ejus, re doctus, intellexi & didici mihi fuiſſe ſemper amiciſſimum. 31 En, hic ille eſt, de illis maximè, qui irridere atque 32 objurgare me ſolitus eſt, quòd me non tecum, præſertim cùm abs te honorificentiſſimè invitarer, conjungerem.

33 Ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθεν.

Audiebam enim noſtros proceres clamitantes:

Ἄλκιμος ἔσσ', ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ.

34 Ὣς νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα.

l iid. me conſolantur *Lamb.* Sed tamen l idem me conſolatur: & jam hominem 35 peruſtum etiamnum gloria, volunt incendere; atque ita loquuntur:

36 Μή

31. *En, hic eſt ille, &c.*] Mediceus codex & alii veteres *em* ſine aſpiratione, ut Politiani Terentius in Adelphis, *Em tibi reſcivit omnem rem: id nunc clamat.* Victorius. *En hic ille eſt, de illis maxime.*] Mediceus codex, & alii veteres, ut notat accuratiſſimus Victorius, *em*; ut Politiani Terentius in Adelphis, *Em tibi reſcivit omnem rem: id nunc clamat.* Quod probo. ſed quid hoc quod optimus codex Palatinus ſextus, ſicut & Hittorpianus ſcribant? *Hic ille eſt maxime qui irridere* omiſſo illo *En.* Gebhardus. Recte Manutius *hem hic ille eſt.* Suſpecta mihi ſunt *de illis*, quæ nec Hittorpianus, nec Pal. ſextus agnoſcit. Ciceronem ſcripſiſſe cenſeo, *En hic eſt ille, qui maxime irridere atque objurgare me ſolitus eſt.* Græv.

32. *Objurgare me ſoliti ſunt.*] Etſi ita quærit Latina locutio, in veteribus tamen libris legitur *ſolitus eſt*, quod defendi poterit, ſi totum locum, ut nonnulli etiam deſcripſerunt, leges, *En hic ille eſt maxime, qui irridere atque objurgare me ſolitus eſt.* Corrad.

33. Ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν.] Nunquam in animum induxi, ut me ſcilicet tecum conjungerem. *Corradus.* Ex Hom. Odyſſ. H. v. 258.

34. Ὣς νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα.] Hemiſtichium hoc Homeri in veteribus cunctis exemplaribus poſt alterum ejuſdem poëtæ verſum collocatum eſt: hoc inquam ordine, Ὣς νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα, *Sed tamen idem me conſolatur, &c.* ut primo verſu narret nunquam ſibi probaſſe Præcilium conſilium ſuum, nec ſibi perſuaſiſſe ut ſe cum Cæſare conjungeret: poſtea addat rationem, cur optimum illius conſilium neglexerit. *Audiebam enim*, inquit, *noſtros proceres clamitanteis:*

Ἄλκιμος ἔσσ' ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ.

Nunc cur accidere potuerit, ut præclarum Præcilii conſilium repudiarit, oſtendit, curque non animo ſuo ille fidem fecerit. Quoniam, inquit, atra nubes ita occulebat, ut ad eum nulla ratione penetrare potuerit. *Victorius.* Ὣς νεφέλη, &c.] Sic nebula texit, ſic imprudens ego Pompejanos ſecutus ſum. *Corradus.* Hemiſtichium iſtud ὡς νεφέλη extat Odyſſ. Ω, v. 314. Prior vero verſus ἄλκιμος ἔσσ' Odyſſ. A. v. 302.

35. Per-

36 Μὴ μὰν ἀσπουδεί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην,
Ἀλλὰ μέγα ῥέξας τὶ καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.

Sed minus [m] jam movent, ut vides. Itaque 37 ab Homeri

m me jam alii.

35. *Peruſtum, etiamnum gloria volunt incendere.*] *Etiamnum*, non placet: videtur enim abundare, cum jam dictum ſit, *Etiam*. Augent mendi ſuſpicionem veteres libri. nam pro, *Etiamnum*, tres habent, *Et intimum:* unus, *Et jam non:* duo, *Et inanem:* unus, *Et inani:* unus, quo ſum uſus adoleſcens, Vincentii Riccii, *Immani:* quod in ſcholiis noſtris olim teſtati ſumus: unus omnino, *Etiamnum*. Quæ varietas dubitationem mihi quidem non parvam affert. placuit olim, *Inani gloria:* placet idem nunc, ita ſi docti viri probant. non enim is ſum, qui meas opiniones mordicus retineam. *P. Manut.* *Peruſtum etiamnum.*] Quidam lectionem, quam antea amarant, ſine cauſſa damnant. eam nos quoque in Mediceo invenimus, ideoque tunc recepimus: ſic enim in illo eſt, *etiam hominem peruſtum, etiam num gloria.* nam aliis quoque locis animadverti in illo exemplari hanc vocem ita ſcriptam eſſe, ut in prima epiſtola ad Brutum hujus libri, *Qua etiam nunc maxime delectamur.* Ipſi quam depravati ſint libri, quibus magnam fidem habent, nolentes oſtendunt. *Victorius.* *Peruſtum inani gloria.*] Ardentem cupidine famæ. Valer. Flacc. 1, 76.

——— *Tu ſola animos mentemque peruris Gloria.* J. F. Gron.

36. Μὴ μὰν ἀσπουδεί γε] Omnes vulgati codices depravate, Ἀλλ' ἄγε πῶς μίμονας, &c. Noſtri veteres hac etiam parte incorrupti manent: ſunt autem Homeri verſus Iliad. Χ. ab Hectore pronuntiati. Eoſdem etiam in prima epiſtola x libri ad Attic. ponit Cicero. Generoſa autem & clariſſimo viro digna ſententia his verſibus continetur, & quæ ignavum etiam hominem ad gloriam excitaret & incenderet. Horum verſuum ſententiam vult Polybius Cleomenem illum fortiſſimum & glorioſiſſimum Spartæ regem ſecutum fuiſſe: cum omni ſpe deſtitutus, ne aliquid ſe indignum ſuſtineret, poſtremum illud auxilium tentavit, non tam ſpe conatum illum ad finem perducendi, quam pulchram mortem obeundi. Eſt autem locus egregie ab eo ſingulari auctore pertractatus: ideoque non inepte puto me facturum, ſi hic ejus verba, quibus totum negotium exponit, poſuero: Εἰς ἃ βλέπων ὁ Κλεομένης καὶ μοχθηρὰς ἐλπίδας ἔχων ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος παντὸς πράγματος ἔκρινε πεῖραν λαμβάνειν· οὐχ οὕτω πεπεισμένος κατακρατήσειν τῆς προθέσεως (οὐδὲν γὰρ εἶχεν τῶν εὐλόγων πρὸς τὴν ἐπιβολήν) τόδε πλέον εὐθανατῆσαι σπουδάζων καὶ μηδὲν ἀνάξιον ὑπομεῖναι τῆς περὶ αὐτοὺς προγεγενημένης τόλμης, ἅμα δὲ καὶ λαμβάνων ἐν νῷ τὸ τοιοῦτον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ προστιθέμενος ὅπερ εἴωθε συμβαίνειν πρὸς τοὺς μεγαλόφρονας, τῶν ἀνδρῶν,

Μὴ μὰν ἀσπουδεί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην,
Ἀλλὰ μέγα ῥέξας καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι. Victor.

37. *Ab Homeri magniloquentia confero me ad vera precepta* Εὐριπίδου] Quid Homerus dicat, non attendo: Euripidem audio libentius. Magnifice loquitur Homerus, quia ſuperioribus verſibus ad gloriam hortatur. *P. Manut.*

meri magniloquentia confero me ad vera præcepta Εὐριπίδου· μισῶ σοφιςὴν, ὅςις οὐχ αὑτῷ σοφός. quem verſum ſenex Præcilius laudat egregiè: & ait, poſſe eundem & 38 ἅμα πρόσσω, καὶ ὀπίσσω videre, & tamen nihilominus,

39 Αἰὲν ἀριςεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.

Sed, ut redeam ad id, unde cœpi: vehementer mihi gratum feceris, ſi hunc adoleſcentem humanitate tua, quæ eſt ſingularis, comprehenderis; & ad id, quod ipſorum Præciliorum cauſa te velle arbitror, addideris cumulum ⁿcommendationi meæ. Genere novo ſum litterarum ad te uſus, ut intelligeres, non vulgarem eſſe commendationem.

n commendationis *MSS*.

EPISTOLA XVI.

ARG. *Apollonium, P. Craſſi libertum, Cæſari bellum in Hiſpania contra Pompeji liberos gerenti, commendat.* [A.V.C. DCCVIII.] Hanc præceſſit epiſtola proxime ſuperior, ſequitur ep. 11. lib. ix.

M. T. C. C. CÆSARI IMP. S. P. D.

P. CRASSUM ex omni nobilitate adoleſcentem dilexi plurimùm: & ᵒex eo, cùm ab ineunte ejus ætate bene ſperaviſſem, tum ᵖper me exiſtimare cœpi ex iis judiciis, quæ de eo feceram, cognitis. Ejus libertum Apollonium jam tum equidem, cùm ille viveret, & magni faciebam, & probabam. Erat enim & ſtudioſus Craſſi, & ad ejus optima ſtudia vehementer aptus. itaque ab eo admodum diligebatur. Poſt mortem autem Craſſi, eo mihi etiam dignior viſus eſt, quem in fidem,

P. B.
o *ita MSS. omn. Lamb. & J. F. Gronov.* de.
p optime exiſt. *alii.*

38. Ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω *videre.*] Præterita ſimul & ſequentia inſpicere: quod qui facit, errare non poteſt. facit autem is, ajebat Præcilius, qui cum Cæſare, opibus, honoribus, gloria florentiſſimo, non contendit. Sumptum ex Homero, qui Achillem ob ereptam ſibi ab Agamemnone Briſeidem ita conquerentem inducit Il. lib. 1.

——— ἦ γὰρ ὅγ' ὀλοῇσι φρεσὶ θύει,
Οὐδέ τι οἶδε νοῆσαι ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω,
Ὅππως οἱ παρὰ νηυσὶ σόοι μαχέοιντο Ἀχαιοί.

Et in Od. lib. ult.

Τοῖσι δὲ καὶ μετέειπε γέρων ἥρως Ἁλιθέρσης
Μαςορίδης, ὁ γὰρ οἶος ὁρᾶ πρόσσω καὶ ὀπίσσω. P. Manut.

39. Αἰὲν ἀριςεύειν.] Il. Ζ. 67. & Λ. 127.

40. *Teſti-*

idem atque amicitiam meam reciperem, quòd eos à
e obſervandos & colendos putabat, quos ille dilexiſ-
et, & quibus carus fuiſſet. Itaque & ad me in Sici-
iam venit, multiſque in rebus mihi magno uſui fuit &
ides ejus & prudentia; &, ut opinor, tibi in Ale-
andrino bello, quantùm ſtudio & fidelitate conſequi
otuit, non defuit. Quod cùm ſperaret, te quoque ita
xiſtimare, in Hiſpaniam ad te, maximè ille quidem
uo conſilio, ſed etiam me auctore eſt profectus. Cui
ego commendationem non [q] ſum pollicitus, non quin q ſolum MS.
eam valituram apud te arbitrarer: ſed neque mihi egere
commendatione videbatur, qui & in bello tecum fuiſ-
ſet, & propter memoriam Craſſi de tuis unus eſſet: &
ſi uti commendationibus vellet, etiam per alios eum
videbam id conſequi poſſe. [40] Teſtimonium [r] meum de r mei Lamb.
eo judicii, quod & ipſe magni æſtimabat, & ego
apud te valere eram expertus, ei libenter dedi. Do-
ctum igitur hominem cognovi, & ſtudiis optimis dedi-
tum, idque à puero. [41] Nam domi meæ cum Diodo-
to Stoico, homine, meo judicio, eruditiſſimo, mul-
tùm à puero fuit. Nunc autem incenſus ſtudio rerum
tuarum, eas litteris Græcis mandare cupiebat. poſſe ar-
bitror: valet ingenio: habet uſum: jam pridem in eo
genere ſtudii litterarumque verſatur: ſatisfacere im- P. CCXI.
mortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit. Habes
opi-

40. *Teſtimonium mei de eo judicii.*] Ita legendum videtur, non *meum.* Ut infra, *opinionis meæ teſtimonium.* Quid ipſe de illo ſentirem, pro teſtimonio libens ei ſcripſi. *J. F. Gronov.*

41. *Nam domi meæ cum Diodoto Stoico, &c.*] Nos & hic & aliis multis locis emendavimus *Diodotum.* ſæpe enim de hoc mentionem facit, ut in epiſtola ad Varronem, cujus initium περὶ δυνατῶν, eo loco, *quam noſter Diodotus non concoquebat.* etſi eo etiam loco impreſſi omnes *Diodorus* mendoſe habebant. duobus autem his locis noſtri veteres inviolatam ſcripturam retinent: nec tantum horum auctoritate *Diodotus* ſemper ſcripſimus, ſed nullos unquam vidimus Ciceronis libros manuſcriptos, qui non hoc nomen recte ſcriptum haberent, quemadmodum contra, nullos formis excuſos, qui non contaminatum. Item in procemio primi libri de Natura deorum: *Quod & orationes declarant referta philoſophorum ſententiis, & doctiſſimorum hominum familiaritates, quibus ſemper domus noſtra floruit, & principes illi Diodotus, Philo, Antiochus, Poſidonius, a quibus inſtituti ſumus.* Diodotus autem dialecticus, de quo loquitur ſupra citata epiſtola ad Varronem, & in libello de Fato, alius ab hoc eſt, & tempore antiquior. *Victorius.*

42. *Quam*

opinionis meæ teſtimonium; ſed tu hoc faciliùs multo, pro tua ſingulari prudentia, judicabis. Et tamen, quod negaveram, commendo tibi eum. Quidquid ei commodaveris, erit id majorem in modum gratum.

EPISTOLA XVII.

ARG. *Sulpicio, juriſconſultorum principi, Achaiæ præfecto, Manium Curium, Patris negotiantem, commendat: Cæſare quartum conſule, ſine collega, pugnante in Hiſpania contra Pompeji liberos. Nam eo anno fuiſſe in Achaja Sulpicium, inde conjicio, quod Ciceronem litteris e provincia miſſis, quæ lib.* IV. *leguntur, de obitu Tulliæ filiæ conſolatus eſt. Tullia vero periit Hiſpanienſi bello, ut ex ep.* 22. *ad Att. lib.* XII. *cognoſcitur: & ex Hiſpania Cæſar ipſe ad Ciceronem conſolatorias litteras miſit, ut ex epiſt.* 20. *lib.* XIII. *ad eundem.* [A. V. C. DCCVII.]

M. T. C. SER. SULPICIO S. P. D.

s M'. *Manut.*

t venit *MSS.*

v cognoviſti *alii.*

[s] M. CURIUS, qui Patris negotiatur, multis & magnis de cauſis à me diligitur. Nam & amicitia pervetus mihi cum eo eſt, ut primùm in forum [t] veni, inſtituta: & Patris cùm aliquoties anteà, tum proximè hoc miſerrimo bello, domus ejus tota mihi patuit; qua ſi opus fuiſſet, tam eſſem uſus, quàm mea. Maximum autem mihi vinculum cum eo eſt quaſi ſanctioris cujusdam neceſſitudinis, quòd eſt Attici noſtri familiariſſimus, eumque unum præter ceteros, obſervat ac diligit. Quem ſi tu jam forte [v] cognoſti, puto me hoc, quod facio, facere ſerius. Ea eſt enim humanitate & obſervantia, ut eum tibi jam per ſe ipſum commendatum putem. Quod tamen ſi ita eſt, magnopere à te quæſo, ut ad eam voluntatem, ſi quam in illum ante has meas litteras contuliſti, [42] quàm maximus

42. *Quam maximus poſtea commendatione cumulus accedat.*] Pro, *Poſtea*, *Poteſt mea*, mihi placere, ſcholia mea in has epiſtolas, ante triginta annos edita, & ſæpe deinde impreſſa, teſtantur. itaque non diſputo, quam recte faciant, qui, quod noſtrum eſt, ad alios transferant; cum præſertim Scholia noſtra ſe vidiſſe, infitias ire non poſſint. equidem, quod ad me attinet, non laboro: minima enim hæc duco; & magis id ſpecto, ut ſtudioſis meo labore conſulam, quam ut inanem gloriam quæram: ſed iniquam noſtrorum temporum conſuetudinem notandam putavi. De correctione nihil addo. notus enim loquendi modus. uno tamen utar exemplo. epiſt. 4. lib. XV. *Quam potui maximis itineribus ad Amanum ire contendi.* P. Manut.

43. *Nec*

ximus ˣpoſtea commendatione cumulus accedat. Sin autem propter verecundiam ſuam minùs ſe tibi obtulit, aut nondum eum ſatis habes cognitum, aut ʸquæ cauſa eſt, cur majoris commendationis indigeat: ſic tibi eum commendo, ut neque majore ſtudio quemquam, neque juſtioribus de cauſis commendare poſſim. Faciamque id, quod debent facere ii, qui religioſè & ſine ambitione commendant. ſpondebo enim tibi, vel potiùs ſpondeo, in meque recipio, eos eſſe ᶻM. Curii mores, eamque tum probitatem, tum etiam humanitatem, ut eum & amicitia tua, & tam accurata commendatione, ſi tibi ſit cognitus, dignum ſis exiſtimaturus. Mihi certè gratiſſimum feceris, ſi intellexero, has litteras tantum, quantum ſcribens confidebam, apud te pondus habuiſſe.

x poſt mea *Man. Lamb. Grav.*
y ſi quæ *Lamb.*
P. R.
z M'. *Manut.*

EPISTOLA XVIII.

ARG. *Primum agit gratias de optima in Pomponium Atticum voluntate; deinde non neceſſariam commendationem addit, ut neque in Epiroticis negotiis, neque aliis in rebus Attico deſit.* [A. V. C. DCCVII.]

CICERO SERVIO S.

NON concedam, ut Attico noſtro, quem elatum lætitia vidi, jucundiores tuæ ſuaviſſimè ad eum & humaniſſimè ſcriptæ litteræ fuerint, quàm mihi. Nam etſi utrique noſtrûm propè æquè gratæ erant: tamen ego admirabar magis, te, ᵃquaſi rogatus, aut certè admonitus, liberaliter Attico reſpondiſſes, (quod tamen dubium nobis, quin ita futurum fuerit, non erat) ultro ad eum ſcripſiſſe, eique 43 nec-opinanti voluntatem tuam tantam per litteras detuliſſe. De quo non modò rogare te, ut eo ſtudioſiùs mea quoque cauſa facias, non debeo (nihil enim cumulatius fieri poteſt, quàm

a qui ſi *MS.*

43. *Nec-opinanti.*] Sic malui, quam *inopinanti. inopinatum* autem paſſive, ut Grammatici loquuntur, ſæpe dixit. Hic, *Nec* valet *Non*, ut epiſt. 4. lib. XV. *Præſentibus inſidiis nec-opinantem liberavi.* Et in eadem infra: *Pleroſque nec-opinantes oppreſſimus.* Et lib. III. de Fin. *Quod cum accidiſſet, ut alter alterum nec-opinato videremus, ſurrexit ſtatim.* Et lib. III. de Leg. *Senatori, qui nec-aderit, aut cauſſa, aut culpa eſto.* P. Manut.

44. *Quas*

quàm polliceris) ſed ne gratias quidem agere, quòd tu & ipſius cauſa, & tua ſponte feceris. Illud tamen dicam, mihi id, quod feciſti, eſſe gratiſſimum. Tale enim tuum judicium de homine eo, quem [b] unicè diligo, non poteſt mihi non ſummè eſſe jucundum. Quod cùm ita ſit, eſſe gratum neceſſe eſt. Sed tamen, [c] quum mihi, pro conjunctione noſtra, vel peccare apud te in ſcribendo licet: utrumque eorum, quæ negavi mihi [d] facienda eſſe, faciam. Nam & ad id, quod Attici cauſa te oſtendiſti eſſe facturum, tantum velim addas, quantum ex [e] noſtro amore acceſſionis fieri poteſt: &, quod modo verebar tibi gratias agere, nunc planè ago, teque ita exiſtimare volo, quibuſcumque officiis in Epiroticis reliquiſque rebus Atticum obſtrinxeris, iiſdem me tibi obligatum fore.

b ego unicè *alii.*

c *alii* quando.

d faciunda *MS.*

P. CCXII.

e meo *MS.*

EPISTOLA XIX.

ARG. *Rogat ut Lyſonem, quem antea quoque commendaverat, in fidem neceſſitudinemque recipiat.* [A. V. C. DCCVII.]

M. T. C. SER. SULPICIO S. P. D.

CUM Lyſone Patrenſi eſt mihi quidem hoſpitium vetus; quam ego neceſſitudinem ſanctè colendam puto: ſed ea cauſa [f] etiam cum aliis compluribus: familiaritas tanta nullo cum hoſpite: & ea cùm officiis ejus multis, tum etiam conſuetudine quotidiana ſic eſt aucta, ut nihil ſit familiaritate noſtra conjunctius. Is cùm Romæ annum propè ita fuiſſet, ut mecum viveret, etſi eramus in magna ſpe, te meis litteris commendationeque diligentiſſimè facturum, id quod feciſti, ut ejus rem & fortunas abſentis tuerere: tamen quòd in unius poteſtate erant omnia, & quòd Lyſo fuerat in noſtra cauſa, noſtriſque præſidiis, quotidie aliquid timebamus. Effectum tamen eſt & ipſius ſplendore, & noſtro reliquorumque hoſpitum ſtudio, ut omnia, quæ vellemus, à Cæſare impetrarentur: quod intelliges ex iis litteris, 44 quas Cæſar ad te dedit. Nunc non

f communis ei eſt cum *alii.*

44. *Quas Cæſar ad te dedit.*] Poteſt eas litteras Cæſar in Hiſpania ſcripſiſſe: ſed veriſimilius eſt, in Urbe: cum dicat Cicero, *Et noſtro, reliquorumque hoſpitum ſtudio.* quod ſi ita eſt; ivit Sulpicius

non modò non remittimus tibi aliquid ex noſtra commendatione, quaſi adepti jam omnia: ſed eo vehementiùs à te contendimus, ut Lyſonem in fidem neceſſitudinemque tuam recipias. Cujus dubia fortuna timidiùs tecum agebamus, verentes, ne quid accideret ejuſmodi, ut ne tu quidem mederi poſſes: explorata verò ejus incolumitate, omnia à te [g] ſtudia ſummâ curâ peto. Quæ ne ſingula enumerem, totam tibi domum commendo. In his adoleſcentem filium ejus, quem C. [h] Mænius Gemellus, cliens meus, cùm in calamitate exſilii ſui Patrenſis civis factus eſſet, Patrenſium legibus adoptavit: ut ejus ipſius hereditatis jus cauſamque tueare. Caput illud eſt, ut Lyſonem, quem ego virum optimum gratiſſimumque cognovi, recipias in neceſſitudinem tuam. Quod ſi feceris, non dubito, quin in eo diligendo, ceteriſque poſteà commendando, idem, quod ego, ſis judicii & voluntatis habiturus. Quod [i] cum fieri vehementer ſtudeo, tum etiam illud vereor, ne ſi minùs cumulatè [k] videbere feciſſe aliquid ejus cauſa, me ille negligenter ſcripſiſſe [l] putet, non te oblitum mei. Quanti tamen me faceres, cùm ex ſermonibus quotidianis meis, tum ex epiſtolis etiam tuis potuit cognoſcere.

g ſtudio ſummo & *MSS.* P. B.
h *ita Vict. alii* Memmius.
i tum *MS.*
k *alii* videberis. viderere *MS.*
l de ſe put. *alii.*

EPISTOLA XX.

ARG. *Commendat Aſclaponem medicum.* [A. V. C. DCCVII.]

CICERO SERVIO S.

ASCLAPONE Patrenſi, medico, utor valde familiariter, ejuſque [m] cùm conſuetudo mihi jucunda fuit, tum ars etiam, quam ſum expertus in valitudine meorum. In qua mihi [n] cùm ipſa ſcientia, tum etiam fidelitate benivolentiaque ſatisfecit. Hunc igitur tibi commendo: & à te peto, ut des operam, ut intelligat, diligenter me ſcripſiſſe de ſeſe, meamque commendationem uſui magno ſibi fuiſſe. Erit id mihi vehementer gratum.

m tum *alii.*
n tum *alii.*

EPI-

cius in Achajam, antequam in Hiſpaniam; (ep. 4. lib. IV.) manſit uſque ad exitum belli. nam, ut diximus jam, Cæſar & Sulpicius, hic ex Achaja, ille miſſis ex Hiſpania litteris, in obitu filiæ conſolati ſunt. *P. Manut.*

45. SER.

EPISTOLA XXI.

ARG. *Domum & rem familiarem M. Æmilii, maximeque C. Hammonium, libertum ejus, commendat.* [A. V. C. DCCVII.]

M. T. C. 45 SER. SULPICIO S. P. D.

o Aimilius *MS.* P. CCXIII.

p Avianius *MS.*

q *alii* Tibure.

r quod in *alii.*

M. o ÆMILIUS p Avianus ab ineunte adoleſcentia me obſervavit; ſemperque dilexit; 46 vir cùm bonus; tum perhumanus; 47 & omni genere officii diligendus. Quem ſi arbitrarer eſſe Sicyone; & niſi audirem ibi eum etiam nunc, ubi ego reliqui, q 48 Cybiræ commorari, nihil eſſet neceſſe plura me ad te de eo ſcribere. Perficeret enim ipſe profectò ſuis moribus; ſuaque humanitate, ut ſine cujuſquam commendatione diligeretur abs te non minùs, quàm & à me, & à ceteris ſuis familiaribus. Sed cùm illum abeſſe putem; commendo tibi in majorem modum domum ejus, quæ eſt Sicyone; remque familiarem, maximè Cajum Avianium Hammonium; libertum ejus: quem quidem tibi etiam ſuo nomine commendo. Nam cùm propterea mihi eſt probatus, quod eſt in patronum ſuum officio & fide ſingulari, tum etiam r in me ipſum magna officia contulit, mihique moleſtiſſimis temporibus ita fideliter; be-

45. *SER. SULPICIO.*] Huic epiſtolæ aliqui non Servii Sulpicii nomen, ſed Octavii præſcripſere; in quo, quid illos moverit, qui velit conſideret. *Camerar.*

46. *Vir cum bonus, tum perhumanus, & in omni officii genere diligendus.*] Rectum non puto, receptam lectionem cum antiquis conſentientem immutare, quæ præſertim egregium ſenſum habeat: neque enim ſemper eodem pacto loquitur Cicero, & fruſtra tam eloquens habitus eſſet, ſi elocutionem variare non potuiſſet. *In omni igitur officii genere diligendus*, qui ita ſe gerit in omni officii genere ut merito amari diligique poſſit, qui cumulatè omnibus officiis ſatisfacit: non pauci enim in hoc aut illo officio laudari, in aliquo tamen (non enim perfecti & abſoluti ſumus) non valde commendari poſſunt: ex iis erat Avianus, qui uno tenore in omnibus officiis reſponderet. *Victorius.*

47. *In omni genere officii diligens.*] Ita leg. vel *diligentiſſimus*; omnibus officii muneribus ſtudioſe fungens. Pro Cœl. 30. *Caſtiſſimo viro, atque omnis officii diligentiſſimo.* J. F. Gronov.

48. *Cybiræ.*] Eſt urbs Phrygiæ majoris ad Mæandrum, una harum trium diœceſeôn Aſiaticarum, quæ præter Ciliciam Ciceroni datæ ſunt adminiſtrandæ. vid. lib. v. ad Att. epiſt. ult. *Græv.*

49. *Varrò*

benivoléque præſtò fuit, ut ſi à me manumiſſus eſſet.
Itaque peto à te, ut eum [s]Hammonium, & in patroni ejus negotio ſic tueare, ut ejus procuratorem, quem tibi commendo, & ipſum ſuo nomine diligas habeasque in numero tuorum. hominem [t]pudentem, & officioſum cognoſces, & dignum, qui à te diligatur.

s Hamm. alii non habent.

t alii prudentem.

EPISTOLA XXII.

ARG. *T. Manlium ſuo Varroniſque Murenæ nomine commendat.*
[A. V. C. DCCVII.]

CICERO SERVIO S.

T. [v]MANLIUM, qui negotiatur Theſpiis, vehementer diligo. Nam & ſemper me coluit diligentiſſimeque obſervavit, & à ſtudiis noſtris non abhorret. Accedit eò, quòd 49 Varro Murena magnopere ejus cauſa vult omnia: qui [x]tamen exiſtimavit, etſi ſuis litteris, quibus tibi Manlium commendabat, valde confideret, tamen mea commendatione aliquid acceſſionis fore. Me quidem cùm Manlii familiaritas, tum Varronis ſtudium commovit, ut ad te quàm accuratiſſimè ſcriberem. Gratiſſimum igitur mihi feceris, ſi huic commendationi meæ tantum tribueris, quantum cui tribuiſti plurimum: id eſt, ſi T. Manlium, quàm maximè, quibuſcumque rebus honeſtè, ac pro tua dignitate poteris, juveris atque ornaveris. Ex [y]ipſiusque præterea gratiſſimis & humaniſſimis moribus confirmo tibi, te eum, quem ſoles fructum à bonorum virorum officiis exſpectare, eſſe capturum.

v Manilium *MS.*

x ita *alii.*

P. B.

y ipſius *alii.*

EPI-

49. *Varro Murena.*] Varro Terentiæ gentis, Murena Liciniæ cognomen. hic igitur vel ex Terentia in Liciniam, vel, quod magis arbitror, ex Licinia in Terentiam adoptatus, novum cognomen accepit, vetere conſervato: ut Pompeji Magni ſocer Scipio Metellus, adoptatus a Q. Cæcilio Metello Pio, cum eſſet antea Corneliæ gentis: ut Varro Lucullus, qui anno Urbis 680. Conſul fuit, accepto Terentiæ gentis cognomine, Liciniæ retento. Hunc ego Varronem Murenam facile crediderim ejus Varronis Murenæ patrem fuiſſe, qui cum Auguſto anno 730. conſulatum geſſit. *Muræna* vero ſcribendum eſſe, non *Murena*, cum a μύραινα piſce deducatur, ut alia Romanarum gentium cognomina, licet adverſante lapidum antiquorum auctoritate, libenter exiſtimaverim. *P. Manut.*

Cæ   50. *Unis-*

EPISTOLA XXIII.

ARG. *L. Coſſinium libertum commendat.* [A. V. C. DCCVII.]

CICERO SERVIO S.

z Coſinio *MS.* Coſpinio *alius MS.* a meo *alii.*

L. [z]Cossinio, amico & tribuli [a]tuo, valde familiariter utor. Nam & inter noſmetipſos vetus uſus intercedit: & Atticus noſter majorem etiam mihi cum Coſſinio conſuetudinem fecit. Itaque tota Coſſinii domus me diligit, in primiſque libertus ejus, L. Coſſinius [b]Anchialus, homo & patrono, & patroni neceſſariis, quo in numero ego ſum, probatiſſimus. Hunc tibi ita commendo, ut, ſi meus libertus eſſet, eodemque apud me loco eſſet, [c]quo & eſt apud patronum ſuum, majore ſtudio commendare non poſſem. Quare pergratum mihi feceris, ſi eum in amicitiam tuam receperis: atque eum, quod ſine moleſtia tua fiat, ſi qua in re opus ei fuerit, juveris. Id & mihi vehementer gratum erit, & tibi poſtea jucundum. Hominem enim ſumma probitate, humanitate obſervantiaque cognoſces.

b *alii* Anchilaus.
c *alii* quod.

EPISTOLA XXIV.

ARG. *Primum agit gratias Sulpicio, quod ſe totum Lyſoni remiſiſſet: deinde rogat, ut eundem omnibus officiis omnique liberalitate complectatur.* [A. V. C. DCCVII.]

F. CCXIV.

CICERO SERVIO S.

d meo *non eſt in MS.* e meminesram *alii.* f tuis *MS.*

Cum anteà capiebam ex officio [d]meo voluptatem; quòd [e]meminerim, quàm tibi diligenter Lyſonem, hoſpitem & familiarem meum, commendaſſem; tum verò poſteà quàm ex litteris [f]ejus cognovi, tibi eum falsò ſuſpectum fuiſſe, vehementiſſimè lætatus ſum, me tam diligentem in eo commendando fuiſſe. Ita enim ſcripſit ad me, ſibi meam commendationem maximo adjumento fuiſſe, quòd ad te delatum diceret, ſeſe contra dignitatem tuam Romæ de te loqui ſolitum eſſe. De quo, etſi pro tua facilitate & humanitate purgatum ſe tibi ſcribit eſſe; tamen primùm, ut debeo, tibi gratias ago, cùm tantum litteræ meæ potuerunt, ut, his lectis, omnem offenſionem ſuſpicionis, quam ha-

habueras de Lyſone, deponeres: deinde credas mihi affirmanti velim, me hoc non pro Lyſone magis, quàm pro omnibus ſcribere, hominem eſſe neminem, qui umquam mentionem tui ſine tua ſumma laude fecerit. Lyſo verò cùm mecum propè quotidie eſſet, unaque viveret: non ſolùm quia me libenter audire arbitrabatur, ſed quia libentiùs ipſe loquebatur, omnia mihi tua & facta, & dicta laudabat. Quapropter etſi à te ita tractatur, ut jam non deſideret commendationem meam, 50 uniſque ſe litteris meis omnia conſecutum putet, tamen à te peto in majorem modum, ut eum etiam atque etiam tuis officiis, liberalitate complectare. Scriberem ad te, qualis vir eſſet, ut ſuperioribus litteris feceram, niſi eum jam per ſeipſum tibi ſatis eſſe notum arbitrarer.

EPISTOLA XXV.

ARG. *Hageſaretum breviter, ſed accurate commendat.* [A. V. C. DCCVII.]

CICERO SERVIO S. P. D.

51 HAGESARETUS Lariſſæus, magnis meis beneficiis ornatus in conſulatu meo, memor & gratus fuit: meque poſtea diligentiſſimè coluit. Eum tibi magnopere commendo, ut & hoſpitem meum & familiarem; & gratum hominem, & virum bonum, & principem civitatis ſuæ, & tua neceſſitudine digniſſimum. Pergratum mihi feceris, ſi dederis operam, ut is intelligat, hanc meam commendationem magnum apud te pondus habuiſſe.

EPISTOLA XXVI.

ARG. *Commèndat Meſcinii Achaica negotia.* [A. V. C. DCCVII.]

CI-

50. *Uniſque ſe litteris meis.*] Ita olim ope noſtrorum antiquorum codicum hunc locum caſtigavimus, nonnulli tamen affirmant, ſe nunc, cum in omnibus impreſſis antea *iiſque ſe litteris* legeretur, *uniſque ſe litteris* emendaſſe: in noſtro autem libello de hac, ut plana certaque animadverſione non diſputaramus. *Victorius.*

51. *Hageſaretus Lariſſæus.*] *Heceſaretus Lariſæus* ſcribendum, Ἡγησάρατος enim Græce: & Λάρισα unico σ. ex veteribus numiſmatibus ſcribi debere alibi admonuimus. *Urſinus.*

 52. *Ma-*

CICERO SERVIO S.

g *alii* Meſſinius. L. [g] MESCINIUS ea mecum neceſſitudine conjunctus eſt, quòd mihi quæſtor fuit. Sed hanc cauſam, quam ego, ut à majoribus accepi, ſemper gravem duxi, fecit virtute & humanitate ſua juſtiorem. Itaque eo ſic utor, ut nec familiariùs ullo, nec libentiùs. Is quamquam confidere videbatur, & [h] ſua cauſa, quæ honeſtè poſſes, libenter eſſe facturum, [52] magnum eſſe tamen ſperavit apud te meas quoque [i] litteras. Id [k] cùm ipſe ita judicabat, tum pro familiari conſuetudine ſæpe ex me audierat, quàm ſuavis eſſet inter nos, & quanta conjunctio. Peto igitur à te, tanto ſcilicet ſtudio, quanto intelligis debere me petere pro homine tam [l] mihi neceſſario, & tam familiari: ut ejus negotia, quæ ſunt in Achaja, ex eo, quòd heres eſt M. Mindio, fratri ſuo, [53] qui Eli negotiatus eſt, explices, & expedias [m] cùm jure, & poteſtate, quam habes, tum etiam auctoritate, & conſilio tuo. Sic enim præſcripſimus iis, quibus ea negotia mandavimus, ut omnibus in rebus, quæ in aliquam controverſiam vocarentur, te arbitro, &, quod commodo tuo fieri poſſet, te diſceptatore uterentur. Id ut honoris mei cauſa ſuſcipias, vehementer te etiam atque etiam rogo. Illud prætereà, ſi non alienum [n] tua dignitate putabis eſſe, feceris mihi per-

h *alii* te.

i *alii* litt. pondus habituras.

k *alii* tum.

l mihi *non eſt in MS.*

m tum jure *MS.*

P. CCXV.

n *alii* a tua.

52. *Magnum tamen eſſe ſperavit apud te meas litteras pondus habituras.*] Hic tantum admonere viſum eſt, nos hunc locum ex antiquioribus codicibus, ut in noſtro legitur, emendaſſe. Quam enim cultior ſit & elegantior a nobis reſtitutus ſenſus, & modus dicendi, nullum puto dubitaturum. Cur autem non anteponam integram & genuinam lectionem novæ & contaminatæ? *Victor.*

53. *Qui Eli negotiatus eſt.*] Nonnullis viſum eſt rectius hic *Elide* legi, quam *Eli*, adeo ut in poſteriorum editionum codicibus ita fere ſcriptum ſit: quod miror, cum frequenter hujus urbis nomen in obliquis caſibus parem ſyllabarum numerum cum recto habeat. Plinius lib. XVI. *Sunt qui fœminam Ilicem vocent, atque ubi non naſcitur ilex, pro ea ſubere utuntur, ut in carpentariis præcipue fabricis, ut circa Elim & Lacedæmonem.* ſed nec multo poſt iterum. Eadem ignorantia aliqui fortaſſe decepti ita emendarunt hunc locum in III. de Natura deorum, *Venus prima Cœlo & Die nata. cujus Elide delubrum vidimus:* cum in veteribus exemplaribus ibi etiam *Eli* legatur. *Idem.*

54. Et

pergratum: ſi qui difficiliores erunt, ut rem ſine controverſia confici nolint, ſi eos, [o] quum cum ſenatore res eſt, Romam rejeceris. Quod quo minore dubitatione facere poſſis, litteras ad te à M. Lepido conſule, non quæ te aliquid juberent, (neque enim id tuæ dignitatis eſſe [p] arbitramur) ſed quodam modo [q] quaſi commendaticias ſumpſimus. Scriberem, quàm id beneficium bene apud Meſcinium poſiturus eſſes, niſi & te ſcire confiderem, & mihi peterem. Sic enim velim exiſtimes, non minùs me de illius re laborare, quàm ipſum de ſua. Sed cùm illum ſtudeo quàm facillimè ad ſuum pervenire: tum illud laboro, ut non minimum hac mea commendatione ſe conſecutum arbitretur.

o quando *alii.*
p *alii* arbitrabamur.
q & quaſi *Lamb.* è *conj.*

EPISTOLA XXVII.

ARG. *Gratias agit Sulpicio, quod Æmilium Avianum liberaliter honorificéque tractaſſet: eundemque rurſus commendat. Laudat in extremo Servium filium.* [A.V.C. DCCVII.]

CICERO SERVIO S.

LICET eodem exemplo ſæpius tibi hujus generis litteras mittam, cùm gratias agam, quòd meas commendationes tam [r] diligenter obſerves; quod feci in aliis, & faciam, ut video, ſæpius: [s] ſed tamen non parcam operæ, 54 & ut [t] vos ſoletis in formulis, ſic ego in epiſtolis 55 de eadem re alio modo. C. Avianius igi-

r diligentes *Vict.*
s *alii non habent* ſed.
t videtis in *MS.* vos in veſtris form. ſol. *alii.*

54. *Et ut vos ſoletis in formulis.*] Antea in omnibus impreſſis legebatur, *& ut vos in veſtris formulis.* corruptus eſt hac parte Mediceus codex: ita tamen corruptus, ut arbitrer ex ipſo elegantiorem vulgata lectionem elici poſſe, quam ipſe ſane probavi: an peccaverim, nunc eruditi cognita illa animadvertent, *& ut voletis in formulis.* ejus igitur auctoritatem ſecutus, tollendam cenſui dictionem *veſtris*, & ex *voletis*, *vos ſoletis*, feci. Sic etiam cum Trebatio, qui & ipſe juriſconſultus erat, locutus eſt: *Hoc (quemadmodum vos ſcribere ſoletis in veſtris libris) idem Q. Cornelio videbatur.* Victorius.

55. *De eadem re alio modo.*] Formula, qua utebantur J.C. veteres in actionibus dictandis ſive præſcribendis, cum oſtenderent ejuſdem rei conſequendæ cauſſa complures eſſe actiones comparatas, non ut omnibus eodem judicio uti liceret, ſed quo laxior agendi facultas eſſet. Ideo Cicero ſcribens ad Ser. Sulpicium JCtum.

igitur Hammonius incredibiles mihi gratias per litteras egit, & ſuo, & [v] Æmilii Aviani, patroni ſui, nomine, nec liberaliùs, nec honorificentiùs potuiſſe tractari, nec ſe præſentem, nec rem familiarem abſentis patroni ſui. Id mihi cùm jucundum eſt eorum cauſa, quos tibi ego ſumma neceſſitudine, & ſumma conjunctione adductus commendaveram, quòd M. Æmilius unus eſt ex meis familiariſſimis atque intimis, maximè neceſſarius homo, & magnis meis beneficiis devinctus, & prope omnium, qui mihi debere aliquid videntur, gratiſſimus: tum multo jucundius, te eſſe in me tali voluntate, ut plus proſis amicis meis, quàm ego præſens fortaſſe prodeſſem: credo, quòd magis ego dubitarem, quid illorum cauſa facerem, quàm tu, quid mea. Sed hoc non dubito, quin exiſtimes mihi eſſe gratum. Illud te rogo, ut illos quoque gratos homines eſſe putes: quod ita eſſe tibi promitto atque confirmo. Quare velim, quidquid habent negotii, des operam, quod commodo tuo fiat, ut, te obtinente Achajam, conficiant. Ego cum tuo Servio [x] jucundiſſimè, [y] conjunctiſſimè vivo: magnamque cùm ex ingenio ejus, ſingularique ſtudio, tum ex virtute & probitate voluptatem capio.

[v] Aimilii *MS.* P. B.

[x] jucundiſſimo *MS.*

[y] conjunctiſſimeque *alii.*

EPISTOLA XXVIII.

ARG. *Agit gratias de Meſcinio humaniſſime tractato: rogatque ut ſua in eum beneficia quibus poſſit rebus augeat. Commendat etiam Lacedæmonios; ſi modo una eſt epiſtola: quod non arbitror.* [A. V. C. DCCVII.]

CICERO SERVIO S.

ETSI libenter petere à te ſoleo, ſi quid opus eſt meorum cuipiam: tamen multo libentiùs gratias tibi ago, cùm feciſti aliquid commendatione mea; quod ſem-

celeberrimum ait, *ut vos ſoletis in formulis.* Nam *formula* interdum veteribus nihil aliud quam actiones. Eodem alludit lib. v. de Fin. *Quæ cum Zeno didiciſſet a noſtris, ut in actionibus perſcribi ſolet, de eadem re fecit alio modo.* Significat enim Zenonem conditorem philoſophiæ Stoïcæ, nihil fere mutaſſe in philoſophia peripatetica, præter certa quædam verba & terminos, ut vulgo loquimur. *J. F. Gronov.*

56. *Il-*

ſemper facis. Incredibile eſt enim, quas mihi gratias omnes agant, etiam mediocriter à me tibi commendati: quæ mihi omnia grata: ſed de L. Meſcinio gratiſſimum. Sic enim eſt mecum locutus, te, ut meas litteras legeris, ſtatim procuratoribus ſuis pollicitum eſſe omnia: multò verò plura & majora feciſſe. Id igitur (puto enim etiam atque etiam mihi dicendum eſſe) ve- P. CCXVI.
lim exiſtimes, mihi te feciſſe gratiſſimum. Quod quidem hoc vehementiùs lætor, quòd ex ipſo Meſcinio te video magnam capturum voluptatem. Eſt enim in eo cùm virtus, & probitas, & ſummum officium, ſummaque obſervantia: tum ſtudia [z] illa noſtra, quibus anteà delectabamur, nunc etiam vivimus. Quod reliquum eſt, velim augeas tua in eum beneficia omnibus rebus, quæ te erunt dignæ. Sed [a] duo, quæ te nominatim rogo: Primum, ut, ſi quid ſatisdandum erit, AMPLIUS EO NOMINE NON PETI, cures, ut ſatisdetur fide mea. Deinde, cùm ferè conſiſtat hereditas in iis rebus, quas avertit Oppia, quæ uxor Mindii fuit: adjuves ineaſque rationem, quemadmodum ea mulier Romam perducatur. quod ſi putarit illa fore, ut opinio noſtra eſt, negotium conficiemus. Hoc ut aſſequamur, te vehementer etiam atque etiam rogo. Illud, [56] quod ſuprà ſcripſi, id tibi confirmo in meque recipio,

z illa *non habet Vict.*

a duo quidem te *Vict.* duo ſunt quæ *alii.*

56. *Illud quod ſupra ſcripſi, id * in meque recipio.*] Sic vulgati omnes nulla defectus ſuſpicione. Nos ex vetuſtis exemplaribus cognovimus verbum aliquod deſiderari: nec tamen id auſi ſumus (quod non difficile fuiſſet) reſtituere: maluimus locum qua conſuevimus nota ſignare, & ita videmur officio noſtro ſatisfeciſſe. Qui locum mancum eſſe, ferre non poteſt, is *promitto, in meque recipio* legat, ut ipſe in epiſtola, qua M. Varronen Bruto commendat, loquitur: vel *ſpondeo, in meque recipio*, ut in ea qua Sulpicio Curium: vel ut alii locum hunc ſuppleverunt *confirmo, in meque recipio.* Nos in re tam parva fidem fallere noluimus, quam dedimus ſtudioſis omnibus, nunquam de noſtro aliquid, niſi certiſſimus argumentis ductos, repoſituros: atque id quidem raro admodum, nec ſine teſtificatione licentiæ, qua uſi erimus. *Victorius.* *Illud quod ſupra ſcripſi, id tibi confirmo.*] *Id* non abundat, ſed additum confirmationis gratia: ut epiſtola quinquageſima ſeptima: *Illud, quod tecum & coram, & per litteras diligentiſſime egi, id & nunc etiam atque etiam rogo.* Et lib. VII. epiſt. 26. *Lex ſumptuaria, quæ videtur λιτότητα attuliſſe, ea mihi fraudi fuit.* Et pro Cœlio: *Illud tempus ætatis, quod ipſum ſua ſponte infirmum, aliorum libidine infeſtum eſt, id hoc loco defendo.* Plau-

pio, te ea, quæ feciſti Meſcinii cauſa, quæque feceris, ita bene collocaturum, ut ipſe judices, homini [b]te gratiſſimo, [c]jucundiſſimo benignè feciſſe. Volo enim, ad id, quod mea cauſa feciſti, hoc etiam accedere. Nec Lacedæmonios dubitare arbitror, quin ipſi ſua majorumque ſuorum auctoritate ſatis commendati ſint fidei & juſtitiæ tuæ: & ego, qui te optimè noviſſem, non dubitavi, quin tibi notiſſima & jura, & merita populorum eſſent. Itaque cùm à me peteret Philippus Lacedæmonius, ut tibi civitatem commendarem: etſi memineram, me ei civitati omnia debere: tamen reſpondi, commendatione Lacedæmonios apud te non egere. Itaque ſic velim exiſtimes, me omnes Achajæ civitates arbitrari pro horum temporum perturbatione felices, quòd his tu præſis: eundemque me ita judicare, te, quod unus optimè noſſes, non noſtra ſolùm, ſed etiam Græciæ monumenta omnia, tua ſponte amicum Lacedæmoniis & eſſe, & fore. Quare tantum à te peto, ut, cùm ea facies Lacedæmoniorum cauſa, quæ tua fides, amplitudo, juſtitia poſtulat: [d]ut his, ſi tibi videbitur, ſignifices, te non moleſtè ferre, quòd intelligas, ea quæ facias, mihi quoque grata eſſe. Pertinet enim ad officium meum, eos exiſtimare, curæ mihi ſuas res eſſe. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.

b *alii non habent* te.

c & juc. *alii.*

P. B.

d *alii non habent* ut.

EPISTOLA XXIX.

ARG. *Capitonem diligentiſſime commendat pro hereditate Antiſtii.* [A. V. C.

tus in Pſeud. *Tibicinam illam, tuus quam gnatus deperit, eam circumducam lepide.* Varro lib. III. de Re Ruſt. *Thebæ, quæ ante cataclyſmon Ogygi conditæ dicuntur, eæ tamen circiter duo millia annorum & centum ſunt.* Duo verba, *tibi confirmo*, ſumpſimus ex antiquis libris: quod ideo teſtificamur, quia, locum ex ingenio ſuppletum, alii crediderunt, hoc argumento ducti, quod in ſuo vetere libro deeſſe aliquid cernerent. *P. Manut.* Secuti ſumus Victorium hunc locum ut mancum notantem. In Palatino ſexto, ut vulgò editus eſt, ſcribitur, *id tibi confirmo, in meque recipio.* ſed ut ex optimo libro deſcriptus eſt, ita non admodum vetus eſt, ut monachus qui lacunam viderit, eam aliunde exemplaribus inſpectis implerit. prima editio: *illud quod ſupra ſcripſi, id in me recipio.* Palatinus primus: *id illud in me recipio.* Gebhard. Ego autem non dubitavi vulgatam antè lectionem poſtliminio quaſi revocare, auſpiciis & ductu magni Grævii. *Verburg.*

57. Re

[A. V. C. DCCVII.] Hanc præceſſit ep. 15. lib. IV. ſequitur ep. 1. lib. VI.

M. T. C. [e] L. PLANCO S. D. e *alii* Cn.

NON dubito, quin ſcias, in iis neceſſariis, qui tibi à patre relicti ſunt, me tibi eſſe vel conjunctiſſimum, non his modò cauſis, quæ ſpeciem [f] habeant f *alii* habeat. magnæ conjunctionis, ſed iis etiam, quæ familiaritate & conſuetudine tenentur: quam ſcis mihi jucundiſſimam cum patre tuo, & ſummam fuiſſe. Ab his initiis noſter in te amor profectus, auxit paternam neceſſitudinem, & eo magis, quòd intellexi, ut primùm per ætatem judicium facere potueris, quanti quiſque tibi faciendus eſſet, me à te in primis cœptum eſſe obſervari, coli, diligi. Accedebat non mediocre vinculum cùm ſtudiorum, quod ipſum eſt per ſe grave; tum eorum ſtudiorum, earumque artium, quæ per ſe [g] ipſæ g ipſas *MSS.* eos, qui voluntate eadem ſunt, etiam familiaritate devinciunt. Exſpectare te arbitror, hæc tam longè repetita principia quò ſpectent. Id primum ergo habeto, non ſine magna juſtaque cauſa hanc à me commemorationem eſſe factam. C. Atejo Capitone utor familia- DCCXVII. riſſimè. Notæ tibi ſunt varietates meorum temporum. in omni genere [h] & honorum & laborum meorum, & h & *non eſt in MS.* animus, & opera, & auctoritas, & gratia, etiam [57] res familiaris C. Capitonis præſtò fuit, & patuit & temporibús, & fortunæ meæ. Hujus propinquus fuit T. Antiſtius: qui cùm forte quæſtor Macedoniam obtineret, neque ei ſucceſſum eſſet, Pompejus in eam provinciam

57. *Res familiaris C. Capitonis præſto fuit, & paruit & temporibus & fortunæ meæ.*] *Patuit* pro *paruit* ſcriptum eſt in veteribus libris, meliore, ut mihi videtur, ſententia. *Urſinus.* *Etiam res familiaris C. Capitonis præſtò fuit & patuit.*] Sic in libris ſuis reperit Urſinus: in noſtris tamen omnibus, Palatinis ſex, Gruteriano, editione primâ, *paruit.* ſed quoniam *patuit* admiſit Victorius, & ex eo Lambinus, exſtetque in Vaticani excerptis, non admodum incommodum viſum fuit eſſe ſententiæ, præſertim cùm illi reſpondeat in officiis: *Nec ita claudenda eſt res familiaris, ut eam benignitas aperire non poſſit.* Ego interim non damno τὸ *paruit*, imò jam melius placet: at quoniam in hac editione præcipuè æmulamur Victorium; non licuit hic ab ipſo devertere. Dicam cum Deo alibi plura ſuper hac re. *Gebhard.*

 58. *Sed*

vinciam cum exercitu venit. Facere Antiſtius nihil potuit. Nam, ſi potuiſſet, nihil ei fuiſſet antiquius, quàm [i] ad Capitonem, quem ut parentem diligebat, reverti: præſertim [k] cum ſciret, quanti is Cæſarem faceret, ſemperque feciſſet. Sed oppreſſus, tantum attigit [l] negotii, quantum recuſare non potuit. Cùm ſignaretur argentum Apolloniæ, non poſſum dicere, eum præfuiſſe, neque poſſum negare [m] affuiſſe, [58] ſed non plus duobus, an tribus menſibus. Deinde abfuit [n] à caſtris: fugit omne negotium. hoc mihi, ut teſti, velim credas. meam enim ille mœſtitiam in illo bello videbat, mecum omnia communicabat. Itaque abdidit ſe in intimam Macedoniam, quò potuit longiſſimè à caſtris, non modò ut non præeſſet ulli negotio, ſed etiam ut ne intereſſet quidem. Is poſt prœlium ſe ad hominem neceſſarium, [59] A. Plautium, in Bithyniam contulit. Ibi eum Cæſar cùm vidiſſet, nihil aſperè, nihil acerbè dixit. Romam juſſit venire. Ille in morbum continuò incidit: ex quo non convaluit. Æger Corcyram venit: ibi eſt mortuus. teſtamento, quod Romæ Paullo & Marcello conſulibus fecerat, heres ex parte dimidia & tertia eſt Capito. in ſextante ſunt ii, quorum pars ſine ulla cujuſquam querela [60] publica poteſt eſſe: ea eſt ad H-S. xxx. [61] Sed de hoc Cæſar viderit. Te, mi Plance, pro paterna neceſſitudine, pro noſtro amore, pro [o] ſtudiis, & omni curſu [p] noſtro to-

i ut *MS.* ut ad *alius MS.*
k cum *non eſt in MSS.*
l negotium *MS.*
m eum aff. *alii.*
n à *non eſt in MS.*
P. B.
o ſtudio *MS.*
p noſtræ *Lamb.*

58. *Sed non plus duobus &c.*] Veneti eleganter: *Duobus an tribus menſibus.* Et alibi quoque ſimiliter Cicero, ut hoc: *Annis an menſibus.* Camerar.

59. *A. Plancium.*] Non dubito quin *A. Plautium* legendum ſit: opinorque A. Plautium deſcribi, qui Ædilis Curulis fuit, cujuſque mentio eſt in antiquis denariis. *Urſinus.*

60. *Publica poteſt eſſe.*] Antiſtii bona, ut Pompejani, publica eſſe, victore Cæſare, debebant. partem Capitoni relictam Cicero conſervare conatur, adjutore Planco. reliquum ſextantem, ait, poſſe Cæſarem capere, nulla cujuſquam querella, fortaſſe quod ii, quibus ſexta hereditatis pars legata fuerat, Pompejanarum partium fuiſſent: cum Capito abſtinuiſſet omnino ab armis, Cæſaremque potius quam Pompejum dilexiſſet. *P. Manut.*

61. *Sed de hoc Cæſar viderit.*] Ad quem id pertinet. *Corradus.* Hujus rei curam Cæſari relinquamus. Ovid. II. de Arte:

Viderit Atrides: Helenen ego crimine ſolvo.

Cic. de perfecto Oratore: *Sed Græci viderint: nobis, ne ſi cupiamus quidem, diſtrahere voces conceditur.* Græv.

62. *Is*

totius vitæ ſimillimo, rogo, & à te ita peto, ut majore cura, majore ſtudio [q] nullo poſſim, ut hanc rem [q nullus *Gul.*] ſuſcipias: meam putes eſſe: enitare, contendas, efficias, ut mea commendatione, tuo ſtudio, Cæſaris beneficio, hereditatem propinqui ſui C. Capito obtineat. Omnia, quæ potui in hac ſumma tua gratia ac potentia à te impetrare, ſi [r] petiiſſem, ultro te ad me [r potuiſſem *MSS.*] detuliſſe putabo, ſi hanc rem impetravero. Illud fore tibi adjumento ſpero, cujus ipſe Cæſar eſſe optimus judex poteſt: ſemper Cæſarem Capito [s] coluit & dilexit. [s *ita MSS: alii aliter.*] Sed ipſe hujus rei teſtis eſt: novi hominis memoriam. Itaque nihil te doceo. tantum tibi ſumito pro Capitone apud Cæſarem, quantum ipſum meminiſſe ſenties. Ego, quod in meipſo experiri potui, ad te deferam. In eo quantum ſit ponderis, tu videbis. Quam partem in republica cauſamque defenderim, per quos homines ordineſque ſteterim, quibusque munitus fuerim, non ignoras. Hoc mihi velim credas: ſi quid fecerim hoc ipſo in bello minùs ex Cæſaris voluntate, quod [t] intellexerim ſcire ipſum Cæſarem, me invitiſſimum feciſſe; id feci aliorum conſilio, hortatu, auctoritate: [t intellexi *alii.*] quòd [v] fuerim moderatior temperatiorque, [v fui *alii.*] quàm in ea parte quiſquam, id me feciſſe maximè auctoritate Capitonis; cujus ſimiles ſi reliquos neceſſarios habuiſſem, reipublicæ fortaſſe nonnihil, mihi certè plurimùm profuiſſem. Hanc rem, mi Plance, ſi effeceris, meam de tua erga me benivolentia ſpem confirmaveris: [x] ipſum Capitonem, gratiſſimum, officioſiſſimum, optimum virum, ad tuam neceſſitudinem, tuo [x ipſumque *alii.*] ſummo beneficio adjunxeris.

EPISTOLA XXX.

ARG. *L. Manlium familiariſſimum ſuum in hereditate fraterna omnibuſque rebus commendat: & quo magis commendatio valeat, ornat eum probitatis & doctrinæ laudibus.* [A. V. C. DCCVII.]

M. T. C. ACILIO PROC. S. P. D.

Pag. CCXVIII.

L. MANLIUS eſt [y] Soſis. [62] is fuit Catinenſis: ſed eſt [y *alii* Suſis.] unà cum reliquis Neapolitanis civis Romanus factus,

62. *Is fuit Catinenſis.*] Eſſe deſiit, poſteaquam in municipium Nea-

ctus, decurioque Neapoli. erat enim adſcriptus in id municipium ante civitatem ſociis & Latinis datam. Ejus frater Catinæ nuper mortuus eſt. Nullam omnino arbitramur de ea hereditate controverſiam eum habiturum; & 63 eſt hodie in bonis. Sed, z quum habet prætereà negotia vetera in Sicilia ſua; & hanc hereditatem fraternam, & omnia ejus tibi commendo, in primiſque ipſum virum optimum, mihique familiariſſimum, a his ſtudiis litterarum doctrinæque b præditum, quibus ego maximè delector. Peto igitur abs te, ut eum, ſive c aberit, ſive non venerit in Siciliam, in meis intimis, maximeque neceſſariis ſcias eſſe, itaque tractes, ut intelligat, meam commendationem ſibi magno adjumento fuiſſe.

z *alii* quando.
a iis *alii.*
b deditum *alii.*
c abierit *MSS.*

EPISTOLA XXXI.

ARG. *Flavium, Piſonis generi ſui, cum viveret, perneceſſarium, commendat.* [A. V. C. DCCVII.]

M. T. C. ACILIO PROC. S. P. D.

C. Flavio, honeſto & ornato equite Romano, utor valde familiariter. Fuit enim generi mei, 64 C. Piſonis, perneceſſarius: meque diligentiſſimè obſervat & ipſe, & L. Flavius, frater ejus. Quapropter velim honoris mei cauſa, quibus rebus honeſtè, & pro

Neapolitanum adſcriptus eſt. civis enim duarum civitatum eſſe nemo poteſt. Nepos in Attici vita. Catina in Sicilia: oppidum locuples, honeſtum, copioſum Cicero appellat lib. IV. in Verrem. *P. Manut.*

63. *Eſt hodie in bonis.*] Eſt in poſſeſſione bonorum. Sic *eſſe in ſuis nummis.* Cic. IV. in Verrem, *Hominem video auctionem feciſſe nullam, vendidiſſe præter fructus nihil unquam, non modo in ære alieno nullo, ſed in ſuis nummis multis eſſe ac ſemper fuiſſe.* D. Paullus in epiſt. ad Philip. IV. 11. ἐγὼ γὰρ ἔμαθον, ἐν οἷς εἰμι, αὐτάρκης εἶναι. *Ego enim didici, in quibus ſum, ſufficiens eſſe.* ut bene vertit interpres vetus, quem recentiores perperam corrigunt. *Gravius.*

64 *C. Piſonis.*] Calpurniæ gentis. ep. 2. ad Att. lib. I. *Tulliolam C. Piſoni L. F. Frugi deſpondimus.* Hic primis fuit Ciceronis gener: alter Craſſipes, qui nominatur ep. 7. lib. I. & epiſt. 5. lib. II. ad Q. fr. tertius Dolabella, de quo epiſt. 16. lib. II. ep. 12. lib. III. ep. 6. & 12. & lib. VIII. & alibi. *P. Manut.*

65. In

pro tua dignitate poteris, quàm honorificentiſſimè, & quàm liberaliſſimè C. Flavium tractes. Id mihi ſic erit gratum, ut gratius eſſe nihil poſſit. Sed præterea tibi affirmo, neque id ambitione [d] adductus facio, ſed cùm familiaritate & neceſſitudine, tum etiam veritate, te ex C. Flavii officio, & obſervantia, & præterea ſplendore, atque inter ſuos gratia, magnam voluptatem eſſe capturum.

[d] ductus MS. P. R.

EPISTOLA XXXII.

ARG. *Commendat hoſpites ſuos, Archagathum & Philonem.* [A. V. C. DCCVII.]

M. T. C. ACILIO PROC. S. P. D.

65 IN Haleſina civitate, tam [e] lauta, [f] tamque nobili, conjunctiſſimos habeo & hoſpitio, & familiaritate M. & C. Clodios, 66 Archagathum & Philonem. ſed vereor, ne, quia complures tibi præcipuè commendo, exæquare videar ambitione quadam commendationes meas. quamquam à te quidem cumulatè ſatisfit & mihi, & meis omnibus. Sed velim ſic exiſtimes, hanc familiam, & [g] hos, mihi maximè eſſe conjunctos vetuſtate, officiis, benivolentia. Quamobrem peto à te [h] in majorem modum, [i] ut his, omnibus in rebus, quantum tua fides dignitasque patietur, commodes. Id ſi feceris, erit mihi vehementiſſimè gratum.

[e] laudata duo MSS.
[f] quam alii.
[g] hos homines alii.
[h] maj. in mod. alii.
[i] ut deeſt in MSS.

EPISTOLA XXXIII.

ARG. *Naſonis libertos & negotia commendat.* [A. V. C. DCCVII.]

M. T. C.

65. *In Haleſina civitate.*] *Haleſa*, quæ & *Aleſa* & *Halaſa* ſcribitur, urbs Siciliæ eſt ad fluvium *Halaſum* in colle octo ſtadiis a mari remoto. hodie non niſi rudera & veſtigia quædam ejus urbis ſuperſunt, de qua vide Diodor. Sic. lib. XIV. *Græv.*

66. *Archagathum & Philonem.*] M. Clodium Archagathum, C. Clodium Philonem. horum cognomina Græca ſunt, prænomina vero & nomina Romana. primum enim Siculi cum eſſent, civitatis Romanæ jus adepti, ſimul appellationem ſuſceperunt, vetere nomine retento, more libertorum. Sic *L. Manlius Soſis*, ep. 30. *P. Manut.*

67. *Cn.*

M. T. C. ACILIO PROC. S. P. D.

67 CN. Otacilio Naſone utor familiariſſimè, ita pro ſus, ut k 68 illius ordinis nullo familiarius. Nam humanitate ejus, & probitate in conſuetudine quotidi na magnopere delector. Nihil jam opus eſt exſpecta te, quibus eum verbis tibi commendem, quo l utar, ut ſcripſi. Habet is in provincia tua negoti quæ procurant liberti, m Hilarus, Antigonus, Dem ſtratus: quos n tibi, negotiaque omnia Naſonis, nc ſecus commendo, ac ſi mea eſſent. Gratiſſimum mi feceris, ſi intellexero, hanc commendationem magnu apud te pondus habuiſſe.

k uſſi *MS.*
l *alii* utor.
m *alii* Hilarius.
n tibi omnes *MS.*
P. CCXIX.

EPISTOLA XXXIV.

ARG. *Commendat Lyſonem, hoſpitem ſuum.* [A. V. C. DCCVI

M. T. C. ACILIO PROC. S. P. D.

AVITUM mihi hoſpitium eſt cum Lyſone, Lyſo filio, o Lilybætano, valdeque ab eo obſervo cognovique dignum & patre, & avo. eſt enim nobili ma familia. Quapropter commendo tibi p majore in modum rem domumque ejus: magnoque ope abs te peto, q cures, ut r is intelligat, meam comme dationem s maximo ſibi apud te, & adjumento, & namento fuiſſe. Vale.

o Lilybetano *Vict.*
p in maj. mod. *MS.*
q cures *non eſt in MSS.*
r is *deeſt in MSS.*
s max. ſibi ap. te adjumento fuiſſe. *MS.*

EPISTOLA XXXV.

ARG. *Commendat hoſpitem & familiarem ſuum Philoxenu* [A. V. C. DCCVII.]

M. T.

67. *Cn. Otacilio.*] Antiqua ſcribendi conſuetudo poſcit ut *Ot cilio* ſcribatur: & infra *Hilarus* pro *Hilarius*, quod eſt libe cognomen in veteribus monumentis frequens. *Urſin.*

68. *Illius ordinis.*] Non hic ſenatorius, aut equeſtris ordo ſig ficatur, ſed conditio quædam. ut enim diverſa hominum gene ſic diverſi ordines. ep. 2. lib. I. *Cum ejus familiares omnium or num video.* Et lib. III. Off. *qui eſſet, ut argentarius, apud om ordines gratioſus.* Et de Amic. *Numquam ſe ille Philo, numqu Rupilio antepoſuit, numquam inferioris ordinis amicis.* P. Manut.

69.

M. T. C. ACILIO PROC. S. P. D.

C. Avianius Philoxenus, antiquus [t] eſt hoſpes meus, & præter hoſpitium, valdè etiam familiaris: quem Cæſar meo beneficio [69] in Novocomenſes retulit. Nomen autem [v] Avianii [x] ſecutus eſt, quod homine nullo plus eſt uſus, quàm Flacco [y] Avianio, meo, quemadmodum te ſcire arbitror, familiariſſimo. Quæ ego omnia collegi, ut intelligeres, non vulgarem eſſe commendationem hanc meam. Peto igitur abs te, ut omnibus rebus, quod ſine moleſtia tua facere poſſis, ei commodes habeaſque in numero tuorum: perficiaſque, ut intelligat, has litteras meas magno ſibi uſui fuiſſe. Erit id mihi majorem in modum gratum.

[t] eſt non eſt in *MS.* [v] Aviani *alii.* [x] *MS.* hic ſecutus. *alius MS.* conſecutus. [y] Aviano *alii.*

EPISTOLA XXXVI.

ARG. *Commendat Demetrium Megam in jure civitatis, omnibuſque in rebus.* [A. V. C. DCCVII.]

M. T. C. ACILIO PROC. S. P. D.

CUM Demetrio Mega mihi [z] vetuſtum hoſpitium eſt: familiaritas autem tanta, quanta cum Siculo nullo. Ei Dolabella rogatu meo civitatem à Cæſare impetravit: qua in re ego interfui. Itaque nunc P. Cornelius vocatur. Cumque propter quoſdam ſordidos homines, qui Cæſaris beneficia vendebant, tabulam, in qua nomina civitate donatorum inciſa eſſent, revelli juſſiſſet: eidem Dolabellæ, me audiente, Cæſar dixit, nihil eſſe, quod [a] de Mega vereretur; beneficium ſuum in eo manere. Hoc te ſcire volui, ut eum in civium Romanorum numero haberes. Ceteriſque in rebus tibi eum ita commendo, ut majore ſtudio neminem commendarim. Gratiſſimum mihi feceris, ſi eum ita tractaris.

[z] vetus *MS.* vetuſtiſſimum *alius MS.* P. B. [a] Demetrio gravaretur *MSS.*

69. *In Novocomenſes retulit.*] In eos, quos Novumcomum deductos in primo conſulatu civitate donavit. ii fuere quinque millia, & Græci maxime illuſtres quingenti. Philoxenus autem Græcus, quia Siculus. Suetonius & Strabo. poſtea vero dictator idem Cæſar transpadanos omnes, ut ait Dio, civitate donavit. *P. Manut.*

70. Pæ-

ſtaris, ut intelligat, meam commendationem mag

b ſibi orn. *alii.* b ornamento fuiſſe.

EPISTOLA XXXVII.

ARG. *Commendat Hippiam in liberatione bonorum.* [A. V. DCCVII.]

M. T. C. ACILIO PROC. S. P. D.

c Calatinum *alii.* d maj. in mod. *alii.* e Calatinorum *alii.*

HIPPIAM, Philoxeni filium, c Calactinum, hoſtem & neceſſarium meum, tibi commendo d majorem modum. Ejus bona, quemadmodum ad 1 delata res eſt, 70 publicè poſſidentur alieno nomin contra leges e Calactinorum. Id ſi ita eſt, etiam ſi mea commendatione ab æquitate tua res ipſa imp trare debet, ut ei ſubvenias. Quoquo modo autem res habet, peto à te, ut honoris mei cauſa, eum e pedias, tantumque ei commodes & in hac re, & ceteris, quantum tua fides dignitaſque patietur. mihi vehementer gratum erit.

EPISTOLA XXXVIII.

ARG. *Bruttii negotia procuratoreſque commendat.* [A. V. DCCVII.]

M. T. C. ACILIO PROC. S. P. D.

f Brutus *MS. & ſic deinde.*

P. CCXX.

L. f BRUTTIUS, eques Romanus, adoleſcens omn bus rebus ornatus, in meis familiariſſimis eſt, m que obſervat diligentiſſimè: cujus cum patre mag mihi fuit amicitia jam inde à quæſtura mea Sicilien Omnino nunc ipſe Bruttius Romæ mecum eſt: ſe tamen domum ejus, & rem familiarem, & procur tores tibi ſic commendo, ut majore ſtudio commenda non poſſim. Gratiſſimum mihi feceris, ſi curaris, u intelligat Bruttius, id quod ei recepi, hanc meam com mendationem ſibi magno adjumento fuiſſe.

E P

70. *Publice poſſidentur.*] Legem apud Calactinos fuiſſe crediderim, quæ vetaret, ne quidquam publice niſi publico nomi poſſideretur. Hippiæ autem bona alieno nomine, puta cujuſpia abſentis, vel pupilli, publice poſſidebantur. *P. Manut.*

71. Qu

EPISTOLA XXXIX.

ARG. *Commendat Titurnium Rufum.* [A. U. C. DCCVII.]

M. T. C. ACILIO PROC. S. P. D.

CUM familia Titurnia neceſſitudo mihi intercedit vetus: [g] ex qua reliquus eſt M. [h] Titurnius Rufus, qui mihi omni diligentia atque officio eſt tuendus. Eſt igitur in tua poteſtate, ut ille in me ſatis ſibi praeſidii putet eſſe. Quapropter eum tibi commendo [i] in majorem modum: & abs te peto, efficias, ut is commendationem hanc intelligat ſibi magno adjumento fuiſſe. Erit mihi vehementer gratum.

g in qua *MSS.*
h Tyburnius *MS.*
i maj. in mod. *alii.*

EPISTOLA XL.

ARG. *L. & C. Aurelios fratres commendat: Pompejo Magno & M. Craſſo ſecundum conſulatum gerentibus, vel Domitio & Appio Coſſ. nam opinor epiſtolam hanc ad eum Ancharium ſcriptam eſſe, qui Macedoniae poſt Piſonem praefuit, ut Ciceronis oratio declarat. Piſo autem, auctore Pediano, e provincia rediit Pompejo & Craſſo Coſſ.*

M. T. C. Q. [k] ANCHARIO, Q. F. PROC. S. P. D.

k *alii* Atchario, *aut* Achario.

L. ET C. Aurelios, L. filios, quibus & ipſis, & patre eorum, viro optimo, [l] familiariſſime utor, commendo tibi majorem in modum, adoleſcentes omnibus optimis artibus ornatos, meos perneceſſarios, tua amicitia digniſſimos. Si ulla mea apud te commendatio valuit; 71 quod ſcio multas plurimum valuiſſe; [m] haec ut valeat, rogo. Quod ſi eos honorifice liberaliterque tractaris: & tibi gratiſſimos optimoſque adoleſcentes adjunxeris, & mihi gratiſſimum feceris. Vale.

l familiariſſimo *MS.*
m haec valeat *MS.*

EPISTOLA XLI.

ARG. *Gratias agit & ſuo & Pompeji nomine de Lucceio benigniſſime tractato: eundemque denuo commendat.* [Incerto anno; ſed tamen ante bellum Pompejanum.]

M. T. C.

71. *Quod ſcio multas.*] Poteſt legi *quas ſcio*: poteſt & τὸ *plurimum* deleri. poteſt & *quod* accipi ſupervacuum, ut in *quod niſi*, *quod ſi*, *quod utinam*. Nam Manutius errat. *J. F. Gronov.*

tuam erga me benivolentiam. L. Oppius, M. F. [y] Philomeli negotiatur, homo mihi familiaris. eum tibi unicè commendo: eoque magis, quòd cùm [z] ipſum diligo, tum [a] quòd negotia procurat L. Egnatii Rufi: quo ego uno equite Romano familiariſſimè utor, & qui [b] conſuetudine quotidiana, tum officiis plurimis maximiſque mihi conjunctus eſt. Oppium igitur præſentem ut diligas, Egnatii abſentis rem ut tueare, æquè à te peto, ac ſi mea negotia eſſent. Velim memoriæ tuæ cauſa des litterarum aliquid, quæ tibi in provincia reddantur: ſed ita conſcribas, ut tum, cùm eas leges, facilè recordari poſſis hujus meæ commendationis diligentiam. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.

y Philomeni *MS.*
z per ſe ipſum *Lamb.*
a quo *MS.*
b cum conſ. *alii.*

EPISTOLA XLIV.

ARG: *Eundem Oppium rurſus eidem commendat.*

CICERO GALLIO S.

Etsi ex tuis, [c] & ex L. [d] Oppii, [e] familiariſſimi, litteris cognovi, te memorem commendationis meæ fuiſſe, idque pro tua ſumma ega me benivolentia, proque noſtra neceſſitudine minimè ſum admiratus: tamen etiam atque etiam tibi L. Oppium præſentem, & L. Egnatii, mei familiariſſimi, abſentis negotia commendo. Tanta mihi cum eo neceſſitudo eſt familiaritaſque, ut, ſi mea res eſſet, non magis laborarem. Quapropter gratiſſimum mihi feceris, ſi curaris, ut is intelligat, me à te tantum amari, quantum ipſe exiſtimo.

c & deeſt *in aliis.* P. B.
d Opii *MSS.*
e famil. mei *alii.*

ut & Seb. Corrad. ad Brutum. Sed procul dubio rectius ſcribitur, *Quintio Gallo.* Quintius enim nomen familiæ eſt, *Gallus* vero cognomen. Cognominum λῆξις raro eſt *jus*, ut norunt docti. Sed vetus lapis apud Gruterum inprimis facit huic ſcriptioni probandæ:

DIVO. AUG.
SACR.
L. QUINTIUS. C. F.
GALLUS
TESTAMENTO PONI
JUSSIT.

Ex hoc ſaxo loca, in quibus *Quintiorum Gallorum* mentio fit, ſunt reſtituenda. *Gravius.*

76. Qui

mo. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Idque ut facias, vehementer te rogo.

EPISTOLA XLV.

ARG. *Egnatii & ſervum Anchialum & negotia Appulejo commendat. Incertus annus.*

M. T. C. APPULEIO [f] PROQUÆSTORI S. P. D.

f Pro quæſtore *alii.*

L. EGNATIO uno equite Romano vel familiariſſimè utor. Ejus [g] Anchialum ſervum, negotiaque, quæ habet in Aſia, tibi commendo, non minore ſtudio, quàm ſi rem meam commendarem. Sic enim exiſtimes velim, mihi cum eo non modò quotidianam conſuetudinem ſummam intercedere, ſed etiam officia magna & mutua noſtra inter nos eſſe. Quamobrem etiam atque etiam à te peto, ut cures, [h] ut intelligat, me ad te ſatis diligenter ſcripſiſſe. nam de tua erga me voluntate non [i] dubitabat. Id ut facias, te etiam atque etiam rogo.

g Anchilaum *alii.*
h ut is int. *alii.*
i dubitat *MSS.*

EPISTOLA XLVI.

ARG. *Noſtium coheredem ſuum commendat.*

M. T. C. APPULEJO PROQUÆSTORI S. P. D.

L. NOSTIUS [k] Zoilus eſt coheres meus: heres autem patroni ſui. ea re utrumque ſcripſi, ut & mihi cum illo cauſam amicitiæ ſcires eſſe, & hominem probum exiſtimares, [76] qui patroni judicio ornatus eſſet. Eum

k Coilus *MS.* Etrilius *alii.*
P. CCXXII.

76. *Qui patroni judicio ornatus eſſet.*] Qui ex teſtamento alicujus quid cepit ſive partem hæreditatis, ſive legatum, dicitur eleganter *ornatus*, & contrà judicio alicujus *improbatus* vel *notatus* dicitur, qui præteritus eſt in teſtamento. In Orat. pro Sextio: *Sororis filium Poſthumium adoleſcens gravis ſenili judicio notavit.* Seneca lib. II. de Ira cap. 7. *Hæc tot millia ad forum prima luce properantia, quàm turpes lites, quanto turpiores advocatos habent, alius judicia patris accuſabat, quæ mereri ſatius fuit, &c.* Ubi *judicia patris accuſare* nihil aliud eſt quam querela de inofficioſo, ut vocant, ad reſcindendum teſtamentum patris inſtituta. Tacitus in libello de Vita Agricolæ: *Satis conſtabat, lecto teſtamento Agricolæ, qui coheredem optimæ uxori, & piiſſimæ filiæ ſcrip-*

Eum tibi igitur ſic commendo, ut unum ex noſtra domo. Valde mihi gratum erit, ſi curaris, ut intelligat, [l] hanc commendationem ſibi apud te magno adjumento fuiſſe.

l hanc meam com. *alii.*

EPISTOLA XLVII.

ARG. *Egnatium, communem amicum, commendat.* [A. V. C. DCCII.] Hanc præceſſit ep. 65. hujus libri, ſequitur ep. 9. eodem hoc libro.

M. T. C. SILIO S. P. D.

QUID ego tibi commendem eum, quem tu ipſe diligis? Sed tamen, ut ſcires, eum à me non diligi ſolùm, verùm etiam amari, ob eam rem tibi hæc ſcribo. Omnium tuorum officiorum, quæ & multa, & magna ſunt, mihi gratiſſimum fuerit, ſi ita tractaris Egnatium, ut ſentiat, & ſe à me, & me à te amari. Hoc te [m] vehementer etiam atque etiam rogo. Illa noſtra ſcilicet ceciderunt. Utamur igitur vulgari conſolatione. Quid ſi melius hoc? Sed hæc coram. Tu fac, quod facis, ut me ames, teque amari à me ſcias.

m vementer *MS.*

EPISTOLA XLVIII.

ARG. *Omnes Cyprios, maximeque Paphios commendat. in quo eſt admonitio quædam tecta verbis amorem ſignificantibus, ne quid inſtituat quod alii non probent; ſed, lege Lentuli obſervata, laudi ſuæ conſulat.* [A. V. C. DCXCVIII.] Hanc præceſſit ep. 1. lib. VII. ſequitur ep. 8. lib. V.

M. T. C. [n] C. SEXTILIO RUFO, QUÆST. S. P. D.

n *alii omittunt* C.

OMNES tibi commendo Cyprios, ſed magis Paphios: quibus tu quæcumque [o] commodaris, erunt mihi gratiſſima. [p] Eoque facio libentiùs, ut eos tibi com-

o commodaveris *MS.*

p Eoque *non eſt in MS.*

ſit; latatum enim velut honore judicioque. Sed & ipſum teſtamentum *κατ' ἐξοχὴν ſupremum judicium* vocabant. Plin. lib. VII. ep. 20. *Cum tot vinculis nos ſtudia, mores, fama, ſuprema denique hominum judicia conſtringant.* Et ep. 31. *Idem quam reverenter, quam fideliter amicos colat, multorum ſupremis judiciis credere po*[...]. Apul. in Apol. *De pietate ſua & ſupremo judicio nihil metuerit.* [...]. Gronov.

commendem, [q] quòd & tuæ laudi, cujus ego fautor ſum, conducere arbitror, 77 cùm [r] primus in eam inſulam quæſtor veneris, ea te inſtituere, quæ ſequantur alii: quæ, ut ſpero, faciliùs conſequere, ſi & P. Lentuli, neceſſarii tui, legem, & ea, quæ à me [s] conſtituta ſunt, ſequi volueris. Quam rem tibi confido magnæ laudi fore.

q quo & tuæ, aut quo tuæ MSS.
r primum alii.
s inſtituta MS.

EPISTOLA XLIX.

ARG. *Commendat Q. Pompejum.*

CICERO [t] CURIO, PROC. S. P. D.

t Curioni P. R. MS.

Q. POMPEJUS, Sext. F. multis & veteribus cauſis neceſſitudinis mihi conjunctus eſt. Is, cùm anteà meis commendationibus & rem, & gratiam, & auctoritatem ſuam tueri conſuerit; nunc profectò, te provinciam obtinente, meis litteris aſſequi debet, ut nemini ſe intelligat commendatiorem umquam fuiſſe. Quamobrem à te majorem in modum peto, ut, cùm omnes meos æquè ac tuos obſervare pro noſtra neceſſitudine debeas, hunc in primis ita in tuam fidem recipias, ut ipſe intelligat, nullam rem ſibi majori uſui, aut ornamento, quàm meam commendationem eſſe potuiſſe.

EPISTOLA L.

ARG. *Petit ut M. Curium ab omni incommodo, detrimento, moleſtia ſincerum integrumque conſervet. C. Cæſare* V. *& Antonio Coſſ.* [A. V. C. DCCIX.] Hanc præceſſit ep. 30. lib. VII. ſequitur ep. 19. lib. XII.

M. T. C. 78 AUCTO, PROC. S. D.

SUMPSI hoc mihi pro tua in me obſervantia, quam penitus perſpexi, quamdiu Brundiſii fuimus, ut ad te fa-

77. *Cum primum in eam inſulam &c.*] Veneti *primus*, verius; nam Cyprus Ciceronianis temporibus in ditionem, & ſub poteſtatem populi R. fuit redacta, adempta regi Ptolemæo. *Camerar.* *Cum primus in eam inſulam quæſtor veneris.*] Antea enim Cyprus regnum fuerat, non provincia. ſed cum in eam lege Clodia M. Cato veniſſet; rexque Ptolemæus, audito ejus adventu, mortem ſibi conſciviſſet; regno publicato, provincia prætoria facta eſt, man-

v qua Vict. familiariter, & quaſi pro meo jure ſcriberem, ſi v qua
x alii M. res eſſet, de qua valde laborarem. x M'. Curius, qui Patris negotiatur, ita mihi familiaris eſt, ut nihil poſſit eſſe conjunctius. Multa illius in me officia: multa
y & quod add. vett. quodque alii. in illum mea quoque: y maximum eſt, ſummus inter nos amor & mutuus. Quæ cùm ita ſint, ſi ullam in amicitia mea ſpem habes: ſi ea, quæ in me officia & ſtudia Brundiſii contuliſti, vis mihi etiam gratiora efficere, quamquam ſunt gratiſſima: ſi me à tuis omnibus amari vides: hoc mihi da, atque largire, ut M'. Curium, 79 ſartum & tectum, ut ajunt, ab omni incommodo, detrimento, moleſtia ſincerum inte-
Pag. ccxxiii. grumque conſerves. Et ipſe ſpondeo, & omnes hoc
z ea am. H. Steph. tibi tui pro me recipient, ex z mea amicitia, & ex tuo in me officio maximum te fructum ſummamque voluptatem eſſe capturum.

EPISTOLA LI.

ARG. *P. Meſſienum commendat.*

M. T. C. P. CÆSIO S. D.

80 P. MESSIENUM, equitem Romanum, omnibus rebus ornatum, meumque a perfamiliarem, ut com-

a familiarem MS.

manſitque ad Strabonis ætatem; ut ipſe lib. decimoquinto ſcriptum reliquit. *P. Manut.*

78. *AUCTO.*] *Aucto*, volunt ſcriptam fuiſſe hanc epiſtolam veteres libri, non *Ariſto.* ſic enim eſt in illis ejus inſcriptio, *Cicero S. D. Aucto Procos.* Nos nihil hic a vulgatis diſceſſimus, ſed tamen licet parvam & minutam ſilentio prætereire noluimus, cum parvo noſtro labore noſtræ & antiquorum librorum fidei rationem habere poſſimus. *Victorius.*

79. *Sartum & tectum, ut ajunt.*] Quod rei eſt inanimatæ, ad hominem tranſtulit. nam *ſarta tecta*, ut ait Feſtus, vocabantur, *quia locabant cenſores, ut ea deinde integra exigerent.* ep. 11. *Sarta tecta ædium ſacrarum* nominantur. cum vero, addita copula, dicitur, *ſartum & tectum*, pleniorem eſſe locutionem ait Aſconius; quid autem hic Cicero ſignificet, ſequentibus verbis oſtendit. *P. Manut.*

80. *P. Meſſianum.*] Alii *D.* pro *P.* ſubſtituunt, ſed *D.* natum ex Epigraphe. nam in Palatino ſexto, & Hittorpiano: *Cicero P. Cæſio S. D. Meſſienum.* Rectius *Meſſienus* non *Meſcienus*, ut à *Meſſius Meſſienus*, ſic ab *Alliis Allienus.* Stewechianus legit, *Meſſienum*: alii duo Gulielmio inſpecti, *P. Moſcennium* Nos quod in Palatinis & editione Victorii reperimus, repræſentavimus. *Gebhard.*

81. P.

mendo ea commendatione, quæ poteſt eſſe dili-
tiſſima. Peto à te & pro noſtra, & pro paterna icitia, ut eum in tuam fidem recipias, ejuſque rem amque tueare. Virum bonum, tuàque amicitia num tibi adjunxeris, mihique gratiſſimum feceris.

EPISTOLA LII.

R. G. *Hoſpitem ſuum Ariſtotelem commendat. Incertus annus: poſt Africanum bellum ſcriptam eſſe conſtat, cum dicat Cicero:* c ego a Cæſare liberavi: *&*, Diutius in cauſſa eſt, quam nos, moratus.

CICERO [81] REGI S. D.

LICINIUS Ariſtoteles, [82] Melitenſis antiquiſſimus eſt hoſpes meus, & præterea [b] conjunctus magno familiaritatis. Hæc cùm ita ſint, non dubito, quin ſatis commendatus ſit. Etenim ex multis cognoſco, am commendationem plurimùm apud te valere. c ego à Cæſare liberavi. Frequens enim fuerat no- um: atque [c] etiam diutius in cauſa eſt, [d] quàm nos, moratus: quò meliùs te de eo exiſtimaturum arbi- . Fac igitur, mi Rex, ut intelligat, has ſibi litte- plurimùm profuiſſe.

b mihi conj. *Lamb.*

c etiam *deeſt in MS.*

d qua nos, *aut* qua vos *MSS.*

EPI-

81. Regi.] Cognomen gentis Marciæ: ut e Salluſtio, Valerio, onio conſtat, addito etiam teſtimonio Ciceronis ep. 14. ad . lib. 1. & Plutarchi in vita Ciceronis. Abſurde nonnulli pu- hunc eſſe Dejotarum regem: cum tamen, *Dejotaro regi*, ſit in titulo, ſed tantum *regi*. præterea inepta familiaritas eſſet in iis verbis, quæ infra: *Fac igitur, mi Rex, &c.* P. . Adde Horatium lib. 1. Serm. 7.

82. *Melitenſis.*] *Melita* eſt inſula inter Africam & Siciliam, ho- *Malta*. de qua Ovidius Faſt. III.

Fertilis eſt Melite, ſterili vicina Coſuræ,
Inſula quam Libyci verberat unda freti.

& alia ejuſdem nominis inſula inter Epirum & Italiam in o mari, quæ & ipſa *Malta* nunc dicitur. Sed cum illa cole- a Græcis, & longe cultior eſſet & celebrior, vero ſimile nunc *Ariſtotelem* fuiſſe hujus Libycæ Melites incolam, quæ & ſu Pauli & Rhodiorum equitum ſede nobilis eſt. quod & en *Ariſtotelis* in illius plagæ terris & inſulis non inſolens vi- innuere. ſic Battus Cyrenæorum Rex fuit dictus Ariſtoteles: lius Ariſtoteles Cyrenæus Pyctes, cujus continentiam laudat mens Alexand. III. Stromat. *Gravius.*

familiariter, & quaſi pro meo jure ſcriberem, ſi v quæ res eſſet, de qua valde laborarem. x M'. Curius, qui Patris negotiatur, ita mihi familiaris eſt, ut nihil poſſit eſſe conjunctius. Multa illius in me officia: multa in illum mea quoque: y maximum eſt, ſummus inter nos amor, & mutuus. Quæ cùm ita ſint, ſi ullam in amicitia mea ſpem habes: ſi ea, quæ in me officia & ſtudia Brundiſii contuliſti, vis mihi etiam gratiora efficere, quamquam ſunt gratiſſima: ſi me à tuis omnibus amari vides: hoc mihi da, atque largire, ut M'. Curium, 79 ſartum & tectum, ut ajunt, ab omnique incommodo, detrimento, moleſtia ſincerum, integrumque conſerves. Et ipſe ſpondeo, & omnes hoc tibi tui pro me recipient, ex z mea amicitia, & ex tuo in me officio maximum te fructum ſummamque voluptatem eſſe capturum.

v qua *Vict.*
x *alii* M.
y & quod *add. vett.* quoddque *alii.*
Pag. CCXXIII.
z ea am. *H. Steph.*

EPISTOLA LI.

ARG. *P. Meſſienum commendat.*

M. T. C. P. CÆSIO S. D.

80 P. MESSIENUM, equitem Romanum, omnibus rebus ornatum, meumque a perfamiliarem, tibi com-

a familiarem *MS*,

manſitque ad Strabonis ætatem; ut ipſe lib. decimoquinto ſcriptum reliquit. *P. Manut.*

78. *AVCTO.*] *Aucto*, volunt ſcriptam fuiſſe hanc epiſtolam veteres libri, non *Ariſto.* ſic enim eſt in illis ejus inſcriptio, *Cicero S. D. Aucto Rrocos.* Nos nihil hic a vulgatis diſceſſimus, rem tamen licet parvam & minutam ſilentio prætelire noluimus, cum parvo noſtro labore noſtræ & antiquorum librorum fidei rationem habere poſſimus. *Victorius.*

79. *Sartum & tectum, ut ajunt.*] Quod rei eſt inanimatæ, ad hominem tranſtulit. nam *ſarta tecta*, ut ait Feſtus, vocabantur, *quia locabant cenſores, ut ea deinde integra exigerent.* ep. II. *Sarta tecta ædium ſacrarum* nominantur. cum vero, addita copula, dicitur, *ſartum & tectum*, pleniorem eſſe locutionem ait Aſconius, quid autem hic Cicero ſignificet, ſequentibus verbis oſtenditur. *P. Manut.*

80. *P. Meſſienum.*] Alii *D.* pro *P.* ſubſtituunt. ſed *D.* natum ex Epigraphe. nam in Palatino ſexto, & Hittorpiano: *Cicero P. Cæſio S. D. Meſſienum.* Rectius *Meſſienus* non *Meſcienus*, ut à *Meſſiis Meſſienus*, ſic ab *Alliis Allienus.* Stewechianus legit, *Meſſiennum*: alii duo Gulielmio inſpecti, *P. Moſcennium* Nos quod in Palatinis & editione Victorii reperimus, repræſentavimus. *Gebhard.*

81. Re-

commendo ea commendatione, quæ poteſt eſſe diligentiſſima. Peto à te & pro noſtra, & pro paterna amicitia, ut eum in tuam fidem recipias, ejuſque rem famamque tueare. Virum bonum, tuàque amicitia dignum tibi adjunxeris, mihique gratiſſimum feceris.

EPISTOLA LII.

ARG. *Hoſpitem ſuum Ariſtotelem commendat. Incertus annus: ſed poſt Africanum bellum ſcriptam eſſe conſtat, cum dicat Cicero:* Hunc ego a Cæſare liberavi: *&*, Diutius in cauſſa eſt, quam nos, commoratus.

CICERO [81] REGI S. D.

A. Licinius Ariſtoteles [82] Melitenſis antiquiſſimus eſt hoſpes meus; & præterea [b] conjunctus magno uſu familiaritatis. Hæc cùm ita ſint, non dubito, quin tibi ſatis commendatus ſit. Etenim ex multis cognoſco, meam commendationem plurimùm apud te valere. Hunc ego à Cæſare liberavi. Frequens enim fuerat nobiſcum: atque [c] etiam diutius in cauſa eſt, [d] quàm nos, commoratus: quò meliùs te de eo exiſtimaturum arbitror. Fac igitur, mi Rex, ut intelligat, has ſibi litteras plurimùm profuiſſe.

b mihi conj. *Lamb.*

c etiam *deeſt in MS.*

d qua nos, *aut* qua vos *MSS.*

EPI-

81. *Regi.*] Cognomen gentis Marciæ: ut e Salluſtio, Valerio, Suetonio conſtat, addito etiam teſtimonio Ciceronis ep. 14. ad Attic. lib. I. & Plutarchi in vita Ciceronis. Abſurde nonnulli putant hunc eſſe Dejotarum regem: cum tamen, *Dejotaro regi*, non ſit in titulo, ſed tantum *regi.* præterea inepta familiaritas illa eſſet in iis verbis, quæ infra: *Fac igitur, mi Rex, &c.* P. Manut. Adde Horatium lib. I. Serm. 7.

82. *Melitenſis.*] *Melita* eſt inſula inter Africam & Siciliam, hodie *Malta*. de qua Ovidius Faſt. III.

Fertilis eſt Melite, ſterili vicina Coſura,
Inſula quam Libyci verberat unda freti.

Eſt & alia ejuſdem nominis inſula inter Epirum & Italiam in Ionio mari, quæ & ipſa *Malta* nunc dicitur. Sed cum illa coleretur a Græcis, & longe cultior eſſet & celebrior, vero ſimile eſt hunc *Ariſtotelem* fuiſſe hujus Libycæ Melites incolam, quæ & appulſu Pauli & Rhodiorum equitum ſede nobilis eſt. quod & nomen *Ariſtotelis* in illius plagæ terris & inſulis non inſolens videtur innuere. ſic Battus Cyrenæorum Rex fuit dictus Ariſtoteles: & alius Ariſtoteles Cyrenæus Pyctes; cujus continentiam laudat Clemens Alexand. III. Stromat. *Gravius.*

 83. Quod

EPISTOLA LIII.

ARG. *Curvum in omnibus rebus, præcipue vero in Helleſpontiis negotiis commendat. Scripta eſt vel Ser. Sulpicio, M. Marcello Coſſ. vel anno ſequenti, Paullo & Marcello. quo enim tempore proconſul Cicero Cilicia, eodem Aſia Thermus præerat: ut apparet ex ep. 54. 55, 57, & ep. 18. lib. II.* [A. V. C. DCCII.] Hanc præceſſit ep. 32. lib. VII. ſequitur ep. 56. eodem hoc libro.

CICERO THERMO, PROPR. S.

e Gemicilio *alii.* P. B.

f pridem *MS.*

L. [e] GENUCILIO Curvo [f] jampridem utor familiariſſimè, optimo viro, & homine gratiſſimo. Eum tibi penitus commendo atque trado. Primùm, ut omnibus in rebus ei te commodes, quoad fides tua dignitaſque patietur: patietur autem in omnibus. nihil enim abs te umquam, quod ſit alienum tuis, aut etiam ſuis moribus, poſtulabit. Præcipuè autem tibi commendo negotia ejus, quæ ſunt in Helleſponto, primùm, ut obtineat id juris in agris, [83] quod ei Pariana civitas decrevit & dedit, & quod ſemper obtinuit ſine ulla controverſia: deinde, ſi quid habebit cum aliquo Helleſpontio controverſiæ, ut in illam διοίκησιν rejicias. Sed non mihi videor, cùm tibi totum hominem diligentiſſimè commendarim, ſingulas ad te ejus cauſas perſcribere debere. Summa illa ſit: quidquid officii, beneficii, honoris, in Genucilium contuleris, id te exiſtimabo in me ipſum, atque in rem meam contuliſſe.

EPISTOLA LIV.

ARG. *Primum agit gratias Thermo, quod Marcilium liberaliſſime tractaverit. deinde petit, operam det ne Marcilii ſocrus rea fiat. Paullo & Marcello Coſſ.* [A. V. C. DCCIII.] Hanc præceſſit ep. 11. lib. II. ſequitur ep. 57. hujus libri.

M. T. C.

83. *Quod ei Patriana civitas decrevit.*] Nos *Pariana* ſcripſimus cum antiquis codicibus. *Parium* autem civitas in Helleſponto, Stephano, Straboni, reliquis. Parianam coloniam his locis nominat Plinius. Miror hoc mendum tanto tempore non ſublatum eſſe; cum enim negotia quæ in Helleſponto contraxerat, commendet, quid hoc ad Patras Achaiæ urbem pertinet? ſi ulla ratione a Patris Patrianus deduci poſſet. *Victorius.*

M. T. C. THERMO, PROPR. S. D.

UM multa mihi grata ſunt, quæ tu adductus mea commendatione feciſti: tum in primis, quòd M. Marcilium, amici atque interpretis mei filium, libe-ꝯ g Mar-
iſſimè tractaviſti. Venit enim Laodiceam, & tibi cellum
ud me, mihique propter te, gratias maximas egit. MS.
uare, quod reliquum eſt, à te peto, h quum apud h quando
atos homines beneficium ponis, ut eo libentiùs his Vict.
ommodes: operamque des, quoad fides tua patietur, t ſocrus adoleſcentis rea ne fiat. Ego cùm anteà ſtu-
ioſè commendabam Marcilium, tum multò nunc ſtu-
ioſiùs, quòd in longa i apparitione, ſingularem & i appara-
ropè incredibilem patris Marcilii fidem, abſtinentiam tione alii.
odeſtiamque cognovi.

EPISTOLA LV.

ARG. *Commendat Annejum, legatum ſuum, in controverſia ardiana.* [A. V. C. DCCII.] Hanc præceſſit proxime ſequens, quitur ep. 61. eodem hoc libro.

M. T. C. THERMO, PROPR. S. D. Pag. CCXXIV.

ETsi mihi videor intellexiſſe, cùm tecùm Epheſi de re [84] M. k Anneii, legati mei, locutus ſum, te ip- k Anicii
ius cauſa vehementer omnia velle: tamen & M. Anne- alii, & ſic
um tanti facio, ut mihi nihil putem prætermittendum, deinceps.
uod illius interſit: & me à te tanti fieri puto, ut non dubitem, quin ad tuam voluntatem magnus cumulus accedat commendationis meæ. Nam cùm jam diu di-
igerem M. Annejum, deque eo ſic exiſtimarem, ut es declarat, quòd ultrò ei detulerim legationem, l cùm l quam
multis petentibus denegaſſem: tum verò poſteà quàm Lamb.
mecum in bello, atque in re militari fuit, tantam in eo virtutem, prudentiam, fidem, tantamque erga me benivolentiam cognovi, ut hominem neminem pluris faciam. Eum cum Sardianis habere controverſiam ſcis: cau-

84. *M. Anneji, legati mei.*] Quattuor legatos habuit Cicero in provincia, Q. fr. C. Pontinium, utrumque prætorium, Pontinium etiam triumphalem, præterea L. Tullium, M. Annejum. ep. 4. lib. xv. & ep. 15. libro ſecundo, & alibi. *P. Manut.*

85. *Pro*

cauſam tibi expoſuimus Epheſi: quam tu tamen coram faciliùs meliùſque cognoſces. De reliquo mihi, [m] mehercule, diu dubium fuit, quid ad te potiſſimùm ſcriberem. Jus enim quemadmodum dicas, clarum, & magna cum tua laude notum eſt. Nobis autem in hac cauſa nihil aliud opus eſt, niſi te jus inſtituto tuo dicere. Sed tamen cùm me non fugiat, quanta ſit in prætore auctoritas, præſertim iſta integritate, gravitate, clementia, qua te eſſe inter omnes conſtat: peto [n] abs te [85] pro noſtra conjunctiſſima neceſſitudine, plurimiſque officiis paribus ac mutuis, ut voluntate, auctoritate, ſtudio tuo perficias, ut M. Annejus intelligat, te, & ſibi amicum eſſe, quod non dubitat: (ſæpe enim [o] mecum locutus eſt) & multò amiciorem his meis litteris eſſe factum. In tuo toto imperio atque provincia nihil eſt, quod mihi gratius facere poſſis. Jam, apud ipſum gratiſſimum hominem, atque optimum virum, quàm bene poſiturus ſis ſtudium tuum atque officium, dubitare te non exiſtimo.

m hercule MS.

n à MSS. duo.

o mecum deeſt in MSS. P. B.

EPISTOLA LVI.

ARG. *Negotia commendat Cluvii Puteolani. Sulpicio & Marcello Coſſ.* [A. V. C. DCCII.] Hanc præceſſit ep. 53. hujus lib. ſequitur proxime præcedens.

M. T. C. THERMO, PROPR. S. D.

[p] CLUVIUS Puteolanus valde me obſervat, valdeque eſt mihi familiaris. Is ita ſibi perſuadet, quod in tua provincia [q] negotii habeat, niſi te provinciam obtinente, meis commendationibus confecerit, id ſe in perditis & deſperatis habiturum. Nunc, quum mihi ab amico officioſiſſimo tantum oneris imponitur, ego quoque tibi imponam pro tuis in me ſummis officiis: ita tamen, ut tibi nolim moleſtus eſſe. [86] Mylaſeis & Ala-

p C. Livius alii, & ſic porro.

q negotia MS.

85. *Pro noſtrâ conjunctiſſimâ neceſſitudine.*] Sæpius in mſſ. pro hoc, *neceſſitate* reperi, ſicut hîc quoque in Palatino ſexto & Hittorpiano, & credibile eſt ita Ciceronem *neceſſitatem* extuliſſe, quum ita Cæſar locutus eſſe deprehendatur in fragmentis. *Gebhard.*

86. *Mylaſii & Alabandenſes.*] Nos auctoritate vetuſtorum codicum *Mylaſeis* & *Alabandeis* ſcripſimus. Sunt autem Græca declinatione a ſingulari recto *Μυλασεὺς* & *'Αλαβανδεὺς* deducti. *Victorius.*

Alabandeis pecuniam Cluvio debent. Dixerat mihi Euthydemus, cùm Epheſi eſſem, ſe curaturum, ut [87] ecdici [r] Mylaſii Romam mitterentur. Id factum non eſt. Legatos audio miſſos eſſe. ſed malo ecdicos, ut aliquid confici poſſit. Quare peto à te, ut & eos, & Alabandeis jubeas ecdicos Romam mittere. Præterea [s] Philotes Alabandenſis ὑποθήκας Cluvio dedit. hæ commiſſæ ſunt. Velim cures, ut aut [88] de hypothecis decedat, eaſque procuratoribus Cluvii tradat; aut pecuniam ſolvat. Præterea Heracleotæ, & Bargyletæ, qui item debent, aut pecuniam ſolvant, aut fructibus ſuis ſatisfaciant. Caunii præterea debent: ſed ajunt ſe depoſitam pecuniam habuiſſe. Id velim cognoſcas: &, ſi intellexeris, eos neque ex edicto neque ex decreto depoſitam habuiſſe, des operam, ut uſuræ Cluvio, inſtituto tuo conſerventur. His de rebus eo magis laboro, quòd agitur res Cn. Pompeji, etiam noſtri neceſſarii: & quòd is magis etiam mihi laborare videtur, quàm ipſe Cluvius: cui ſatisfactum eſſe à nobis valde volo. His de rebus te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

r à Mylaſinis MSS.

s Philocies, aut Philoties MSS.

P. CCXXVI.

EPISTOLA LVII.

ARG. *Petit a Thermo ut Annejum, legatum ſuum, remittat; eumque commendat in negotio ſuo. Paullo & Marcello Coſſ.* [A. V. C. DCCIII.] Hanc epiſtolam præceſſit ep. 54. hujus libri; ſequitur ep. 13. lib. 11.

CICERO THERMO, PROPR. S.

QUO magis quotidie ex litteris nuntiiſque bellum magnum eſſe in Syria cognoſco, eò vehementiùs à te

Victorius. *Mylaſa* & *Alabanda* ſunt Cariæ urbes in Aſia minore. Vide Plin. lib. v. cap. 28 & 29. *Grav.*

87. *Ecdici Mylaſii.*] *Ecdicus* Juſtiniano defenſor civitatis appellatur, vindex reipublicæ, qui inprimis publicas pecunias curabant & perſequebantur. Aliter dicitur Syndicus. Plin. lib. x. ep. 111. *Ecdicus nomine Amiſenorum civitatis petebat apud me a Julio Piſone denariorum circiter* XL. *millia donata ei publice ante annos viginti, & Bule, & Eccleſia conſentiente.* dicebantur & *cognitores.* Gloſſæ: *Cognitor*, ἔκδικος. de quo vide Gronov. lib. IV. de Pec. vet. c. 3. *Idem.*

88. *De hypothecis decedat.*] Quum hypothecæ ſunt res obligatæ de-

à te pro noſtra neceſſitudine contendo; ut mihi M. Annejum legatum primo quoque tempore remittas. Nam ejus opera; conſilio; ſcientia rei militaris, vel maximè intelligo; me; & rempublicam adjuvari poſſe. Quòd niſi tanta res ejus ageretur; nec ipſe adduci potuiſſet; ut à me diſcederet; neque ego; ut eum à me dimitterem. Ego in Ciliciam proficiſci cogito circiter kal. † Maj. Ante eam diem Annejus ad me redeat oportet. Illud; quod tecum & coram; & per litteras diligentiſſimè egi; id ♥ & nunc etiam atque etiam rogo, curæ tibi ſit, ut ſuum negotium, quod habet cum populo Sardiano; pro cauſæ veritate, & pro ſua dignitate conficiat. Intellexi ex tua oratione, cùm tecum Epheſi locutus ſum, te ipſius M. Anneii cauſa omnia velle. Sed tamen ſic velim exiſtimes; te mihi nihil gratius facere poſſe, quàm ſi intellexero, per te; illum ipſum negotium ex ſententia confeciſſe. Idque quàm primùm ut efficias; te etiam atque etiam rogo.

† Majas *alii.*

♥ te *alii.*

EPISTOLA LVIII.

ARG. *Commendat L. Cuſtidium. ſcripſit hanc epiſtolam cum eſſet in provincia.* [A. V. C. DCCIII.] Hanc præceſſit ep. 14. lib. II. ſequitur ſtatim ſubjecta.

M. CICERO C. TITIO L. F. RUFO, PR. URBANO S.

L. * Custidius eſt tribulis; & municeps; & familiaris meus. Is cauſam habet, quam cauſam ad te deferet. Commendo tibi hominem; ſicuti tua fides; & meus pudor poſtulat: tantùm; ut faciles ad te aditus habeat: quæ æqua poſtulabit, ut ẏ libente te impetret: ſentiatque meam ſibi amicitiam, etiam cùm longiſſimè abſim; prodeſſe in primis apud te.

* Custodius *MSS.* P. B.

ẏ jubente *alii.*

EPISTOLA LIX.

ARG. *Commendat M. Fabium Curtio prætori.* [A. V. C. DCCIII.] Hanc epiſtolam præceſſit ſuperior, ſequitur ep. 9. lib. III.

M. T. C.

debitori ad eum ſecurum præſtandum de debito; *decidere de hypothecis* ſignificat rerum obligatarum poteſtatem creditori facere, ut iis diſtractis recipiat debitum. *J. F. Gronov.*

§9. Ser-

M. T. C. C. CURTIO PEDUCÆANO, PRÆTORI S. D.

M. Fabium unicè diligo, ſummaque mihi cum eo conſuetudo & familiaritas eſt pervetus. In ejus controverſiis [z] quid decernas, à te non peto (89 ſervabis, ut tua fides & dignitas poſtulat, edictum & inſtitutum tuum) ſed ut quàm facillimos ad te aditus habeat: quæ erunt æqua, [a] libente te impetret: ut meam amicitiam ſibi, etiam cùm procul abſim, prodeſſe ſentiat, præſertim apud te. Hoc [b] te vehementer etiam atque etiam rogo.

z *fortè* aliquid *Lamb.*
a jubente *alii.*
b *alii non habent* te.

EPISTOLA LX.

ARG. *Commendat Livinejum libertum.* [Paullo poſt exilium.]

M. T. C. MUNATIO, C. F. S. D.

L. Livinejus Trypho eſt omnino L. Reguli, familiariſſimi mei, libertus: cujus calamitas etiam officioſiorem me facit in illum. nam benivolentior, quàm ſemper fui, eſſe non poſſum. Sed ego libertum ejus per ſe ipſum diligo. ſumma enim ejus erga me officia extiterunt 90 his noſtris temporibus, quibus facillimè [c] bonam benivolentiam hominum & fidem perſpicere potui. Eum tibi ita commendo, ut homines grati & memores bene meritos de ſe commendare debent. Pergratum mihi feceris, ſi ille intellexerit, ſe, quòd pro ſalute mea multa pericula adierit, ſæpe hieme ſumma [d] navigarit, pro tua erga me benivolentia gratum etiam tibi feciſſe.

c *alii* beniv. homi. & bonam fidem.
Pag. CCXXVI.
d navigaverit *MS.*

EPI-

89. *Servabis edictum & inſtitutum tuum.*] Nihil facies aliter atque edixiſti, & adhuc ſolitus es. Solebant autem Prætores & in urbe publicè proponere, & provinciales, antequam in provinciam venirent, præmittere edictum de ſummis capitibus juriſdictionis. Superius VI. 9. ad Att. V, 21. *Poſſumne contra meum edictum?* Erat C. Curtius Peducæanus Prætor peregrinus, quum C. Titius Ruffus Prætor urbanus eſſet. *J. F. Gronov.*

90. *Iis noſtris temporibus.*] Cum exſularet. quod hic dicitur, comprobatur teſtimonio ep. 17. ad Att. lib. III. *Levinejus*, inquit, *L. Reguli libertus, ad me a Regulo miſſus venit, &c. P. Manut.*

91. Rem

EPISTOLA LXI.

ARG. *Commendat Pinnium in exactione pecuniæ, quam ei Nicaenſes debent. Scripta a proconſule Cicerone: quod ex ep. 64. intelligitur.* [A. V. C. DCCII.] Hanc præceſſit ep. 55. hujus libri; ſequitur proxime ſubjecta.

M. T. C. P. SILIO, PROPR. S. D.

[e] T. Pinnio familiariſſimè me uſum eſſe, ſcire te arbitror: quod quidem ille teſtamento declaravit; qui me [f] cùm tutorem, tum etiam ſecundum heredem [g] inſtituerit. Ejus filio mirè ſtudioſo, & erudito; & modeſto; pecuniam Nicæenſes grandem debent, ad H-S. octogies: &, ut audio, in primis volunt ei ſolvere. Pergratum igitur mihi feceris, [h] quando non modò reliqui tutores, qui ſciunt, quanti me facias, ſed etiam puer ipſe ſibi perſuaſit, te omnia mea cauſa facturum eſſe, ſi dederis operam, quoad tua fides dignitaſque patietur, ut quàm [i] plurimum pecuniæ Pinnio ſolvatur Nicæenſium nomine.

e *alii* C.
f *alii* tum.
g inſtituit *MS.*
h quum *Vict.*
i primum pecuniæ *alii.*

EPISTOLA LXII.

ARG. *Primum de Atilio gratias agit, deinde Q. Fratrem commendat.* [A. V. C. DCCII.] Hanc præceſſit proxime ſuperior, ſequitur ſtatim ſubjecta.

M. T. C. P. SILIO, PROPR. S. D.

[k] Et in Atilii negotio te amavi: cùm enim ſerò veniſſem, tamen honeſtum equitem Romanum beneficio tuo conſervavi: & mehercule ſemper ſic in animo habui, te in meo ære eſſe propter Lamiæ noſtri conjunctionem, & ſingularem neceſſitudinem. Itaque primùm tibi ago gratias, quòd me omni moleſtia liberas: deinde impudentia proſequor: ſed idem ſarciam. Te enim [l] ſemper ſic colam, & tuebor, ut [m] quem diligentiſſimè. Quintum fratrem meum, ſi me diligis, eo numero cura ut habeas, quo me. Ita magnum beneficium tuum magno cumulo auxeris.

k Et ſi *edd. vett.*
l mihi ſemper *MS.* mihi crede; ſemper. *Grav.*
m quam *MS.*

EPISTOLA LXIII.

ARG. *Commendat ſtudioſe in primis M. Lælium.* [A. V. C. DCCII.]

DCCII.] Hanc epiſtolam præceſſit proxime ſuperior, ſequitur quæ ſtatim ſubjecta eſt.

M. T. C. P. SILIO, PROPR. S. P. D. P. B.

NON putavi fieri poſſe, ut mihi verba deeſſent: ſed tamen in M. Lænio commendando deſunt. Itaque
91 rem tibi exponam paucis verbis: ſed tamen, [n] ut plane perſpicere poſſis voluntatem meam. Incredibile eſt, quanti faciamus & ego & frater meus, qui mihi cariſſimus eſt, M. Lænium. id fit cùm plurimis ejus officiis, tum ſumma [o] probitate & ſingulari modeſtia. Eum ego à me invitiſſimus dimiſi, [p] cum propter familiaritatem & conſuetudinis ſuavitatem; tum quòd conſilio ejus fideli [q] ac bono libenter utebar. Sed vereor, ne jam mihi ſupereſſe verba putes; quæ dixeram defutura. Commendo tibi hominem, ſicut intelligis, me, de quo ea [r] ſuprà ſcripſerim, debere commendare. A teque vehementer etiam atque etiam peto, ut, quod habet in tua provincia negotii, expedias: quod tibi videbitur rectum eſſe, ipſi dicas. Hominem facillimum liberaliſſimumque cognoſces. Itaque te rogo, ut eum ſolutum, [s] liberum, confectis ejus negotiis per te, quàm primùm ad me remittas. Id mihi fratrique meo gratiſſimum feceris.

n ita, ut *Grav. è conj.*
o ejus prob. *alii.*
p tùm *Vict.*
q atque etiam *Lamb.*
r ſuprà *deeſt in MSS.*
s liberumque *MSS.*

EPISTOLA LXIV.

ARG. *Agit gratias de Nerone honorificentiſſime tractato, & eundem Neronem omnibus in rebus, praetereaque familiares ejus Niſaeos & Strabonem Servilium commendat.* [A. V. C. DCCII.] Hanc præceſſit proxime præcedens, ſequitur ſtatim ſubjuncta.

M. T. C. P. SILIO, PROPR. S. D.

NERO meus mirificas apud me tibi gratias egit; prorſus incredibiles, ut nullum honorem ſibi haberi potuiſſe diceret, qui à te prætermiſſus eſſet. Magnum fructum ex ipſo capies. nihil eſt enim illo adoleſcente gratius. Sed mehercule mihi quoque gratiſſimum feciſti.

91. *Rem tibi exponam paucis verbis.*] Videtur inſiticium & delendum eſſe τὸ *verbis.* J. F. Gronov.

Pag. CCXXVII.

t ejus deeſt in MSS.

v quò MS.

x nec alii.

y tùm Vict.

z ejus Idem.

ſti. Pluris enim [92] ex omni nobilitate neminem facio. Itaque, ſi ea feceris, quæ ille per me tecum agi voluit, gratiſſimum mihi feceris. Primùm de Pauſania Alabandenſi, ſuſtentes rem, dum Nero veniat. Vehementer [t] ejus cauſa cupere eum intellexi. Itaque hoc valde te rogo. Deinde [93] Nyſæos, quos Nero in primis habet neceſſarios, diligentiſſimeque tuetur ac defendit, habeas tibi commendatiſſimos: ut intelligat illa civitas, ſibi in Neronis patrocinio ſummum eſſe præſidium. Strabonem Servilium tibi ſæpe commendavi: nunc eò facio id [94] impenſius, [v] quòd ejus cauſam Nero ſuſcepit. Tantum à te petimus, ut agas eam rem, [x] ne relinquas hominem innocentem ad alicujus tui diſſimilis quæſtum. Id [y] cùm gratum mihi erit; tum etiam exiſtimabo, te humanitate tua eſſe uſum. Summa [z] hujus epiſtolæ hæc eſt, ut ornes omnibus rebus Neronem, ſicut inſtituiſti atque feciſti. [95] Magnum theatrum habet iſta provincia, non ut hæc noſtra, adoleſcentis nobilis, ingenioſi, abſtinentis [96] commendationem atque gloriam. Quare, ſi te fautore uſus erit, ſicuti

92. *Ex omni nobilitate.*] Nerones Claudii, & Pulchri, patricii; Marcelli vero plebeji. Sed nobilitas non a genere patricio, (multi enim patricii nullos geſſere, aut male geſſere, magiſtratus: itaque nobiles non fuere.) ſed a parentum aut majorum virtute ſumitur, unde plebeji multi nobiles. ep. 16. *P. Craſſum ex omni nobilitate, adoleſcentem dilexi plurimum.* P. Manut.

93. *Niſæos.*] Scribendum *Nyſæos* ex veteribus Græcis numiſmatibus, in quibus eſt ΝΥΣΑΙΩΝ. *Urſinus.* *Nyſa* hæc Lydiæ Mæoniæ urbs; opulentis & claris civibus celebris. vide Strabonem lib. x. Fuerunt autem plures hujus nominis urbes, de quibus Steph. de Urbibus. *Græv.*

94. *Impenſius.*] Vehementius. unde *Impenſum pretium*, pro magnum, dixit & hic noſter ep. 13. lib. XIV. ad Att. & Cæſar lib. IV. bel. Gal. *P. Manut.*

95. *Magnum theatrum.*] Plus ex iſta provincia petit Tiberius, quam ex noſtra, magiſque in illa conſpicietur, quam hic, ubi aſſecutus eſt ſane quæ poteſt adoleſcens. Vel valde conſpectum te facit & illuſtri loco ponit hæc provincia: vel, quam celſus & potens es, quum adoleſcens ſummo genere natus, ingenio florentiſſimo, ſanctis & priſcis moribus in tua provincia peregrinatur, & per te producitur atque oſtentatur, digna ipſo gloria, apud avitos familiæ clientes: ut 12, 29. *J. F. Gronov.*

96. *Commendationem ad gloriam.*] Ita lego. II. de Offic. 13. *Prima igitur eſt adoleſcenti commendatio ad gloriam, ſi qua ex bellicis rebus comparari poteſt.* J. F. Gronov.

97. Opt-

ſicuti [a] profectò & utetur & uſus eſt; [b] ampliſſimas clientelas acceptas à majoribus confirmare poterit, & beneficiis ſuis obligare. Hoc in genere ſi eum adjuveris eo ſtudio, quo oſtendiſti, apud ipſum præclariſſimè poſueris; ſed mihi etiam gratiſſimum feceris.

a *alii* & prof. utetur.
b ampliſſime *alii*.

EPISTOLA LXV.

ARG. *Hiſponem in eo commendat, ut pactiones cum civitatibus conficiat.* [A. V. C. DCCII.] Hanc præceſſit proximè ſuperior, ſequitur ep. 47. hujus libri.

M. T. C. P. SILIO, PROPR. S. D.

CUM P. Terentio Hiſpone, qui 97 operas in ſcriptura pro magiſtro dat, mihi ſumma familiaritas conſuetudoque eſt: multaque & magna inter nos officia paria & mutua intercedunt. Ejus ſumma exiſtimatio agitur in eo, ut pactiones cum civitatibus reliquis conficiat. Non me præterit, nos eam rem Epheſi expertos eſſe; neque ab Epheſiis ullo modo impetrare potuiſſe. Sed [c] quum, quemadmodum omnes exiſtimant, & ego intelligo, [d] tua cùm ſumma integritate, tum ſingulari humanitate & manſuetudine conſecutus es, ut libentiſſimis Græcis, nutu, quod velis, conſequare: peto [e] à te in majorem modum, ut honoris mei cauſa, hac laude Hiſponem affici velis. Præterea cum ſociis ſcripturæ mihi ſumma neceſſitudo eſt, non ſolùm ob eam cauſam, quòd ea ſocietas univerſa in mea fide eſt, ſed etiam quòd pleriſque ſociis utor familiariſſimè. Ita & Hiſponem meum per me ornaris, & ſocietatem mihi conjunctiorem feceris: tuque ipſe & ex hujus obſervantia, gratiſſimi hominis, & ex ſociorum gratia, hominum ampliſſimorum, maximum fructum capies; & me ſummo beneficio affeceris. Sic enim velim exiſtimes, ex tota tua provincia, omnique iſto imperio, nihil eſſe, quod mihi gratius facere poſſis.

P. S.
c quando *alii*.
d tùm *MS*.
e à te *non eſt in MS*.

EPI-

97. *Operas in ſcriptura pro magiſtro dat.*] Negotia publicanorum curat. Eodem ſenſu dixit epiſt. 9. *Eſt in operis ſocietatis.* *Scriptura* vero eſt ratio tota publicanorum, qui vel decumas, vel portoria, vel paſcua redimunt. Sed hic Terentius videtur non in decumis aut paſcuis, verum in portu tantum operas dediſſe: nam epiſtola 10. lib. 11. ad Att. *P. Terentius, meus neceſſarius, operas in portu, & ſcriptura Aſiæ pro magiſtro dedit.* P. Manut.

98. In

EPISTOLA LXVI.

ARG. *Cæcinam in colligendis Aſiaticæ negotiationis reliquiis commendat. Cæſare III. Lepido Coſſ.* [A. V. C. DCCVII.]

M. T. C. P. SERVILIO, PROPR. S. D.

A. CÆCINAM, maximè proprium clientem familiæ veſtræ, non commendarem tibi, cùm ſcirem, qua fide in tuos, qua clementia in calamitoſos ſoleres eſſe; niſi me & patris ejus, quo ſum familiariſſimè uſus, memoria, & hujus fortuna ita moveret, ut hominis, omnibus mecum ſtudiis officiiſque conjunctiſſimi, movere [f] debebat. A te hoc omni contentione peto, ſic, ut majore cura, majore animi labore petere non poſſim: ut ad ea, quæ tua ſponte ſine cujuſquam commendatione faceres 98 in hominem tantum, & talem, [g] 99 calamitoſum, aliquem afferant cumulum meæ litteræ, quo ſtudioſiùs eum, quibuſcumque rebus poſſis, juves. Quòd ſi Romæ fuiſſes, etiam ſalutem A. Cæcinæ eſſemus (ut opinio mea fert) per te conſecuti. De qua tamen magnam ſpem habemus, freti clementia collegæ tui. Nunc, [h] quum tuam juſtitiam ſecutus, tutiſſimum ſibi portum provinciam iſtam eſſe duxit: etiam atque etiam [i] te rogo atque oro, ut eum & [1] in re-

[f] debeat *alii.*

Pag. CCXXVIII.

[g] & calam. *Lamb. è conj.*

[h] quando *alii.*

[i] te *non eſt in MS.*

98. *In hominem tantum, & talem:*] Sic omnes vulgati & antiqui codices. Quia tamen audivi nonnullos eruditos viros aliter hunc locum legiſſe, quemadmodum illi ſubtiliter magis quam vere (ni fallor) corrigebant, exponam. Legebant, inquam, illi *tam tuum*, *& tam calamitoſum*, maxime (ut opinor) in hoc conſilium impulſi, quod ſupra dicit ipſum *proprium clientem* ipſorum *familiæ.* Nos receptam & in cunctis veteribus noviſque eandem lectionem nunquam rejiceremus. *Tantum* autem eum appellare credimus, quoniam fuit vere ſummus vir, & maxima ingenii famâ: *talem* autem, ut ingenuos & probatos mores intelligat. Laudatur autem mirifice cunctis locis à Cicerone. Seneca quantopere eum admiretur & celebret, omnibus notum eſſe arbitror. Sic etiam Balbus locutus eſt in epiſtola ad Ciceronem, *Atque hoc non ſolum in te tali & tanto viro ſatis habebit, ſed etiam mihi ipſe ſua conceſſit bonitate, &c.* Victorius.

99. *Calamitoſum.*] Opinor hanc vocem gloſſam alicujus eſſe, qui locum explicatione illuſtrare voluerit: nec enim in omnibus libris reperitur. *Urſinus.*

1. *In reliquiis veteris negotiationis colligendis.*] Miror hunc locum tam-

reliquis veteris negotiationis colligendis juves, & [k] ceteris rebus tegas, atque tueare. Hoc mihi gratius facere nihil potes. k in cet. Lamb. è conj.

EPISTOLA LXVII.

ARG. *Commendat Andronem Laodicenſem.* [A.V.C. DCCVII.]

M.T.C. P. SERVILIO, PROPR. S. D.

[2] EX provincia mea Cilicienſi, cui ſcis τρεῖς διοικήσεις Aſiaticas attributas fuiſſe, nullo ſum familiariùs uſus, quàm [3] Androne, Artemonis filio, Laodicenſi: eumque habui in ea civitate cùm hoſpitem, tum vehementer ad meæ vitæ rationem & conſuetudinem accommodatum. Quem quidem multò etiam pluris poſteà, quàm deceſſi, facere cœpi, quòd multis rebus expertus ſum gratum hominem meique memorem. Itaque eum Romæ libentiſſimè vidi. Non te enim fugit, qui plurimis in iſta provincia benignè feciſti, [l] quàm multi grati reperiantur. Hæc propterea ſcripſi, [m] ut l quàm non multi MS.

tamdiu in mendo cubuiſſe, cum & ejus emendatio ſit facilis, & ſcriptura vulgata abſurda, & multi libri veteres veram lectionem oſtendant. Nam & in Palat. ſex. & in Mentel. & in meo ſecundo ſcribitur recte: *in reliquis veteris negotiationis colligendis.* *Reliqua* enim, ut notum, ſunt quæ rationibus ſubductis debita ſolvenda remanent, ut & penſiones, ac vectigalia ad diem non ſoluta. nobis *reſtantes.* Cic. XVI. ad Att. ep. 2. *Sed cum videas quantum de jure noſtro deceſſerimus, qui de reſiduis* CCCC HS, CC *præſentia ſolverimus, reliqua perſcribamus.* Mox: *quanquam enim reliqua ſatis apta ſint ad ſolvendum; tamen fit ſæpe, ut ii, qui debent, non reſpondeant ad tempus.* Et lib. XVI. ep. 3. *Maxime autem me angit ratio reliquorum meorum.* In Pandectis: *Reliqua vectigalis, reliqua conductionis.* & *reliquari* ac *reliquatores* de iis qui non ad diem ſolvunt vectigal, penſionem. *Grav.*

2. *Ex provincia mea Cilicienſi.*] *Cilicienſi*, non *Cilicia*, dixit, quia non Cilicia tantum, ſed Aſiæ quoque pars ad ejus imperium pertineret. ipſe τρεῖς διοικήσεις Aſiaticas vocat. eæ fuere, Laodicea, Cibyra, Apamea, quas Appius quoque rexerat, ut ex epiſtolis lib. III. licet intelligere. quattuor præterea διοικήσεις cum ea provincia tum fuere, Cilicia ipſa, unde tota adminiſtratio nomen accipiebat, Pamphylia, Lycaonia, & Phrygiæ majoris pars ultra Mæandrum: qua de re diximus uberius ep. I. lib. V. ad Att. *P. Manut.*

3. *Androne Arthemonis filio.*] Delenda aſpirationis nota ex nomine *Artemonis*, quod Græci Ἀρτέμων ſcribunt. *Urſin.*

m alii ut me non. n alii & ut tu.

m ut & me non ſine cauſa laborare intelligeres, n & tu ipſe eum dignum hoſpitio tuo judicares. Feceris igitur mihi gratiſſimum, ſi ei declararis, quanti me facias: id eſt, ſi receperis eum in fidem tuam, & quibuſcumque rebus honeſtè, ac ſine moleſtia tua poteris, adjuveris. Hoc mihi erit vehementer gratum: idque ut facias, te etiam atque etiam rogo.

EPISTOLA LXVIII.

ARG. *Significat quam ſibi gratum fuerit curſus illius navigationis cognoſcere: petit ut de ſtatu provinciæ inſtitutiſque ſuis perſcribat. poſtremo ſuum officium ad omnia pollicetur. hanc epiſtolam ceteris ad eundem Servilium ſcriptis præponendam eſſe, ex ipſo facile intelligitur argumento.* [A. V. C. DCCVII.] Hanc præceſſit epiſt. 3. lib. IV. ſequitur ep. 13. ejuſdem libri.

P. B.

M. T. C. P. SERVILIO ISAURICO, PROC. COLLEGÆ, S. D.

o etiam deeſt in MS.

p republica MS. Lamb. & Grav.

q autem non eſt in MSS.

GRATÆ mihi vehementer tuæ litteræ fuerunt; ex quibus cognovi curſus navigationum tuarum. Significabas enim memoriam tuam noſtræ neceſſitudinis, qua mihi nihil poterat eſſe jucundius. Quod reliquum eſt, multò o etiam erit gratius, ſi ad me de republica, id eſt, de ſtatu provinciæ, de inſtitutis tuis familiariter ſcribes. Quæ quamquam ex multis pro tua claritate audiam, tamen libentiſſimè ex tuis litteris cognoſcam. Ego ad te 4 de p reipublicæ ſumma quid ſentiam, non ſæpe ſcribam, propter periculum ejuſmodi litterarum. Quid agatur q autem, ſcribam ſæpius. Sperare tamen videor, 5 Cæſari, collegæ noſtro, fore curæ, & eſſe, ut habeamus aliquam rempublicam, cujus conſiliis magni referebat te intereſſe. Sed, ſi tibi utilius eſt, id eſt, glorioſius, Aſiæ præeſſe, & iſtam partem reipublicæ malè affectam tueri: mihi quoque idem, quod tibi, & laudi tuæ profuturum eſt, optatius debet eſſe. Ego, quæ ad tuam dignitatem pertinere arbitrabor, ſummo ſtudio diligentiaque curabo: in primiſque tuebor

4. *De Reip. ſumma quid ſentiam.*] Lego, *de Rep. ſumma.* de univerſo ſtatu imperii Romani, quid mihi videatur. *J. F. Gronov.*

5. *Cæſari collegæ noſtro.*] Erant augures Cicero, Servilius & Cæſar. Servilii autem auguratus indicatur litui ſigno in veteribus Serviliæ gentis denariis. *Urſin.*

6. Ut

bor omni obſervantia clariſſimum virum, patrem tuum; quod & pro vetuſtate neceſſitudinis, & pro beneficiis veſtris, & pro dignitate ipſius facere debeo.

EPISTOLA LXIX.

ARG. *Petit ut C. Curtium in fidem recipiat habeatque in numero ſuorum.* [A. V. C. DCCVII.]

M. T. C. P. SERVILIO, COLLEGÆ, S. D.

C. CURTIUS [r] Mithres, eſt ille quidem, ut ſcis, libertus [s] Poſtumi, familiariſſimi mei: ſed me colit & obſervat æquè atque illum ipſum patronum ſuum. Apud eum ego ſic Epheſi fui, quotieſcumque fui, tamquam domi meæ. Multaque acciderunt, in quibus & benivolentiam ejus erga me [t] experirer & fidem. Itaque ſi quid aut mihi, aut meorum cuipiam in Aſia opus eſt, ad hunc ſcribere conſuevi; hujus cùm opera, & fide, tum domo, & re uti, tamquam mea. Hæc ad te eò pluribus ſcripſi, [6] ut intelligeres, me non [v] vulgarè, nec ambitiosè, ſed [x] ut pro homine intimo ac mihi perneceſſario, ſcribere. Peto igitur à te, ut in ea controverſia, quam habet de fundo cum quodam Colophonio, & in ceteris rebus, quantum fides tua patietur, quantumque tuo commodo poteris, tantum [y] & honoris mei cauſa commodes: etſi, ut ejus modeſtiam cognovi, gravis tibi nulla in re erit. Si & mea commendatione, & ſua probitate aſſecutus erit, [7] uti de ſe bene exiſtimes, omnia ſe adeptum arbitrabitur. Ut igitur eum recipias in [z] fidem habeaſque in numero tuorum,

r Michares *MS.*

s *alii* Poſtumii.

Pag. ccxxix.

t expertus ſum *MS.*

v *ita MSS.* vulgariter *Grav. & alii.*

x ut *non eſt in MS.*

y *alii* ei.

z fidem tuam *Lamb.* è *conj.*

6. *Ut intelligeres me non vulgariter, nec ambitioſe.*] Omnia vetera exemplaria *vulgare*, non *vulgariter*. Quod licet non receperimus, (nec enim alibi hoc adverbium legimus) tamen hic adnotare rectum putavimus. Nam aliis etiam nominibus pro adverbiis uſos eſſe antiquos compertum eſt, ut *ſublime* pro *ſublimiter*, & *recens* pro *recenter*. Quare non mirum eſſet, ſi hic quoque *vulgare* pro *vulgariter* ſumptum eſſet. *Victor.*

7. *Uti de ſe bene exiſtimes.*] Id eſt non tantum bene ſentias, ſed etiam loquaris. Ita paſſim *bene exiſtimare* in his epiſtolis adhibetur. Infra lib. XVI. ep. 4. *De medico & tu bene exiſtimari ſcribis, & ego ſic audio.* Huic contrarium eſt *male exiſtimare*, de quo vide Pontanum ad Macrob. Saturn. lib. II. c. 4. *Verburg.*

tuorum, te vehementer etiam atque etiam rogo. Ego, quæ te velle, quæque ad te pertinere arbitrabor, omnia ſtudioſè diligenterque curabo.

EPISTOLA LXX.

ARG. *Commendat libertum Balbi Menandrum.* [A. V. C. DCCVII.]

M. T. C. P. [a]SERVILIO, COLLEGÆ, S. P. D.

QUIA non eſt obſcura tua in me benivolentia, ſic fit, ut multi per me tibi velint commendari. Ego autem tribuo nonnumquam in vulgus: ſed plerumque neceſſariis [b]in hoc tempore. Nam [8]cum T. Ampio Balbo mihi ſumma familiaritas neceſſitudoque eſt. Ejus libertum, T. Ampium Menandrum, hominem frugi, & modeſtum, & patrono, & nobis vehementer probatum, tibi commendo majorem in modum. Vehementer mihi gratum feceris, ſi, quibuſcumque rebus ſine tua moleſtia poteris, ei commodaris. Quod ut facias, [c]te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

a *alii* Serv. Sulpitio.

b ut *alii*.

c *alii non habent* te.

EPISTOLA LXXI.

ARG. *T. Agusium commendat, veterem amicum.* [A. V. C. DCCVII.]

M. T. C. P. SERVILIO, COLLEGÆ, S. D.

MULTOS tibi commendem neceſſe eſt, [d]quum omnibus nota noſtra neceſſitudo eſt, tuaque [e]erga me benivolentia. Sed [f]tamen etſi omnium cauſa, quos commendo, velle debeo: tamen cum omnibus non eadem mihi cauſa eſt. T. [g]Aguſius, & comes meus fuit illo miſerrimo tempore, & omnium itinerum, navigationum, laborum, periculorum meorum ſocius: neque hoc tempore diſceſſiſſet à me, niſi ego ei permiſiſſem. Quare ſic tibi eum commendo, ut unum de meis domeſticis, & maxime neceſſariis. Pergratum mihi

d quoniam *MSS.* quando *alia edd.*

e in *alii.*

f tametſi *alii.*

g Auguſius *MSS.*

8. *Cum T. Appio Balbo.*] Nos *Ampio* ſcripſimus & hic & paullo poſt, ſed aliis etiam multis locis, eorundem codicum incontaminatam fidem ſecuti. *Victor.*

9. Ce-

mihi feceris, ſi eum ita tractaris, ut intelligat, hanc commendationem ſibi magno [h] uſu atque adjumento fuiſſe. h *ita Vict.* uſui *alii.*

EPISTOLA LXXII.

ARG. *Petit a Servilio, ut omnibus rebus Cerellia benigne faciat.* [A. V. C. DCCVII.]

M. T. C. P. SERVILIO, COLLEGÆ, S. D.

9 CÆRELLIÆ, neceſſariæ meæ, rem, nomina, poſſeſſiones Aſiaticas commendavi tibi præſens in hortis tuis, quàm potui diligentiſſimè: tuque mihi, pro tua conſuetudine, [i] proque tuis in me perpetuis maximiſque officiis omnia [k] te facturum liberaliſſimè recepiſti. Meminiſſe te id ſpero. ſcio enim ſolere. Sed tamen Cærelliæ procuratores ſcripſerunt, te, propter magnitudinem provinciæ multitudinemque negotiorum, etiam atque etiam eſſe commonefaciendum. Peto igitur, ut memineris, te omnia, quæ tua fides pateretur, mihi cumulatè recepiſſe. Equidem exiſtimo, habere te magnam facultatem (ſed hoc eſt tui conſilii & judicii)

i pro *alii.* k te eſſe *MS.*

P. CCXXX.

9. *Cerellia neceſſaria mea.*] Hæc eſt *Cerellia* illa, cum qua familiaritatem habuit ſenex Cicero, ut non ceſſarint adverſarii hunc amorem, laſcivaſque epiſtolas ad illam ſcriptas ei exprobrare, maximeque Q. Fuſius Calenus perpetuus Ciceronis hoſtis, ea oratione quam apud Dionem lib. XLVI. habet, dum Antonium defenderet, criminaque in illum a Cicerone conlata dilueret: cujus verba non importune hic ponam, cum videantur nonnihil lucis rebus Ciceronis adferre. Eadem autem acerbitate petulanter in Ciceronem invectus eſt Calenus, qua Cicero ante Antonii peſſima conſilia & atrocia ſcelera ſenatui expoſuit. Sunt autem hæc verba Caleni, vel Dionis potius, ex libris quos Antonius contra Philippicas orationes edidit (ut puto) collecta. τίς δ' οὐκ οἶδεν ὅτι τὴν μὲν γυναῖκα τὴν προτέραν τὴν τεκοῦσάν σοι δύο τέκνα ἐξέβαλες, ἑτέραν δὲ ἐπεισηγάγου παρθένον ὑπεργήρως ὤν, ἵν' ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῆς τὰ δανείσματα ἀποτίσῃς· καὶ οὐδ' ἐκείνην μέντοι κατέσχες, ἵνα Κερελλίαν ἐπ' ἀδείας ἔχῃς, ἣν τοσούτῳ πρεσβυτέραν σαυτοῦ οὖσαν ἐμοίχευσας, ὅσῳ νεωτέραν τὴν κόρην ἔγημας, πρὸς ἣν καὶ αὐτὴν τοιαύτας ἐπιστολὰς γράφεις οἵας ἂν γράψειεν ἀνὴρ σκωπτόλης, ἀθυρόγλωσσος, πρὸς γυναῖκα ἑβδομηκοντοῦτιν πληκτιζόμενος. Nam quod epiſtolas Cic. Cerelliæ ſcripſerit, etiam Quintil. l. VI. narrat his verbis: *Etiam illud quod Cicero Cerellia ſcripſerit, reddens rationem cur illa C. Cæſaris tempora tam patienter tolerares: Hæc aut animo Catonis ferenda ſunt, aut Ciceronis ſtomacho.* Victor.

cii) ex eo ſenatus conſulto, quod in heredes C. [l] Venonii factum eſt, Cærelliæ commodandi. [m] id ſenatus conſultum tu interpretabere pro tua ſapientia. Scio enim, ejus ordinis auctoritatem ſemper apud te magni fuiſſe. Quod reliquum eſt, ſic velim exiſtimes, quibuſcumque rebus Cærelliæ [n] benignè feceris, mihi te gratiſſimum eſſe facturum.

l *alii* Venonii, *aut* Unonii.
m idem *MS.*
n bene *MSS.*

EPISTOLA LXXIII.

ARG. *Gratulatur Philippo quod incolumi fama & rep. ſalvus ad urbem revertiſſet: de Egnatio & Oppio gratias quodam modo agit: petit ut Antipatri filios ſibi condonet. Incertus annus: & hac epiſtola videtur poſt ſequentem fuiſſe collocanda. hac enim ſcripta, reverſo ad urbem Philippo: illa, provinciam adminiſtrante.*

M. T. C. Q. PHILIPPO, PROCOS. S. D.

GRATULOR tibi, quòd ex provincia ſalvum te ad tuos recepiſti incolumi fama & republica. [10] Quòd ſi Romæ fuiſſem, te vidiſſem, coramque gratias egiſſem, quòd tibi L. Egnatius, familiariſſimus meus, abſens, L. Oppius, præſens, curæ fuiſſet. Cum Antipatro Derbete mihi non ſolùm hoſpitium verùm etiam ſumma familiaritas intercedit. Ei te vehementer ſuccenſuiſſe audivi, & moleſtè tuli. De re nihil poſſum judicare, niſi illud mihi certè perſuadeo, te, talem virum, nihil temerè feciſſe. A te autem, pro vetere noſtra neceſſitudine, etiam atque etiam peto, ut ejus filios, qui in tua poteſtate ſunt, mihi potiſſimùm condones: niſi quid exiſtimas in ea re violari exiſtimationem tuam. Quod ego ſi arbitrarer, numquam te rogarem; mihique tua fama multò antiquior eſſet, quàm illa neceſſitudo eſt. Sed mihi ita perſuadeo (poteſt fieri, ut fallar) eam rem laudi tibi potiùs, quàm vituperationi fore. [o] Quid fieri poſſet, & quid mea cauſa facere poſſis (nam, quid velis, non dubito) velim, ſi tibi grave non erit, certiorem me facias.

o Quid fieri, & *alii.*

EPI-

10. *Quod ſi Romæ fuiſſem, te vidiſſem, coramque gratias egiſſem.*] Sic Hittorp. Pal. ſex. nonnullique alii libri. quos ſequi ratio jubet. Amſtelod. cum vulgatis, *Quod ſi Romæ te vidiſſem, coram gratias egiſſem.* Vict. ed. & Gebhardi *quod ſi Romæ: te vidiſſem, coramque gratias egiſſem.* GRÆV.

11. P. SUL-

EPISTOLA LXXIV.

ARG. *Oppium præſentem, & Egnatii abſentis negotia commendat.*

M.T.C. Q. PHILIPPO, PROCOS. S.D. P. R.

ETSI non dubito, pro tua in me obſervantia, proque noſtra neceſſitudine, quin commendationem meam memoria teneas: tamen etiam atque etiam eundem tibi L. Oppium, familiarem meum præſentem, & L. Egnatii, familiariſſimi mei, abſentis, negotia commendo. Tanta p mihi cum eo neceſſitudo eſt familiaritaſque, ut, ſi mea res eſſet, non magis laborarem. Quapropter gratiſſimum mihi feceris, ſi curaris, ut is intelligat, me à te tantum amari, quantum ipſe exiſtimo. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Idque ut facias, te vehementer rogo.

p enim mihi *MS.*

EPISTOLA LXXV.

ARG. *Commendat Avianum Flaccum. Cum ſcripta ſit hæc epiſtola anno ſequenti poſt frumentariam Pompeji Magni curationem; quod ex ipſa liquet; & Pompejus ei muneri quinquennium præfuerit; quod Cicero epiſt.* I. *lib.* IV. *ad Attic. & Dio lib.* XXXIX. *teſtantur; apte videtur in* DCCI. *annum* A.V.C. *referri poſſe, quo conſules fuere Pompejus* III. *& Q. Cæcilius Metellus, aut initio conſulatus Sulpicii & Marcelli.* Hanc præceſſit ep. 18. lib. v. ſequitur ep. 2. lib. VII.

M.T.C. T. TITIO, T.F. LEGATO, S.D.

ETSI non dubito, quin apud te q mea commendatio prima ſatis valeat, tamen obſequor homini familiariſſimo, C. r Aviano Flacco: cujus cauſa omnia s tum cupio, tum mehercule etiam debeo. De quo & præſens tecum egi diligenter, cùm tu mihi humaniſſimè reſpondiſti; & ſcripſi ad te accuratè anteà: ſed putat intereſſe ſua, me ad te quam ſæpiſſimè ſcribere. Quare velim mihi ignoſcas, ſi illius voluntati obtemperans, minùs videbor meminiſſe conſtantiæ tuæ. A te idem illud peto, ut de loco, t quò deportet frumentum, & de tempore, Aviano commodes: quorum utrumque per eumdem me obtinuit triennium, dum Pom-

q meâ obſervantiâ comm. *MS.*
r *ita Grav.* Avianio *Gebh. & alii.*
s cum *Grav.*
t quoque *MS.*

Pompejus iſti negotio præfuit. Summa eſt, in quo mihi gratiſſimum facere poſſis, ſi curaris, ut Avianus, v quum ſe à me amari putat, me à te amari ſciat. Erit id mihi pergratum. Vale.

v quando alii.

EPISTOLA LXXVI.

ARG. *Petit ut C. Valgius emptam in agro Fregellano poſſeſſionem, liberam immunemque habeat. Incertus annus.*

R. CCXXXI.

M. T. C. QUATTUOR VIRIS, ET DECURIONIBUS S. D.

TANTÆ mihi cum Q. Hippio cauſæ neceſſitudinis ſunt, ut nihil poſſit eſſe conjunctius, quàm nos inter nos ſumus. Quod niſi ita eſſet, uterer mea conſuetudine, ut vobis nulla in re moleſtus eſſem. Etenim vos mihi optimi teſtes eſtis, cùm mihi perſuaſum eſſet, nihil eſſe, quod à vobis impetrare non poſſem, numquam me x tamen gravem vobis eſſe voluiſſe. Vehementer igitur vos etiam atque etiam rogo, ut honoris mei cauſa y liberaliſſimè C. z Valgium Hippianum tractetis, remque cum eo conficiatis, ut, quam poſſeſſionem habet in agro Fregellano, à vobis emptam, eam liberam & immunem habere poſſit. Id ſi à vobis impetraro, ſummo me beneficio veſtro affectum arbitrabor.

x tam *MS.*
y quam lib. *MS.*
z Valignium, *aut* Vallium *MSS.*

EPISTOLA LXXVII.

ARG. *Narrat officium ſuum in ſupplicatione decernenda; ſeque nunquam ei defuturum pollicetur: commendat M. Bolanum: petit ut ſibi ſervum ſuum fugitivum Dionyſium reſtituendum curet. Caſare IIII Cos. ſine collega, confecto Hiſpanienſi bello: ex quo revertit in urbem, ut ait Vellejus, menſe Octobri.* [A. V. C. DCCVIII.] Hanc præceſſit ep. 8. lib. IX. ſequitur ep. 19. lib. VI.

M. T. C. [11] P. SULPICIO, IMP. S. D.

CUM his temporibus non ſanè in ſenatum ventitarem; tamen, ut tuas litteras legi, non exiſtimavi, me

11. *P. SULPICIO.*] Rutilius & Corradus, *P. Vatinio*, ex lib. V. epiſt. 9, 10, 11. contra quos diſputat Manutius. Placet conjectura Rutilii & Corradi. Vatinium enim tum Illyrico, Sulpicium Achaiæ

ne [12] ſalvo jure noſtræ veteris amicitiæ, multorumque inter nos officiorum, facere poſſe, ut honori tuo deeſſem. Itaque affui, ſupplicationemque tibi libenter decrevi: nec reliquo tempore ullo, aut rei, aut exiſtimationi, aut dignitati tuæ deero. Atque, hoc ut tui neceſſarii ſciant, hoc me animo erga te eſſe, velim facias eos per litteras certiores, ut, ſi quid tibi opus ſit, ne dubitent mihi jure ſuo denuntiare. M. [a] Bolanum, virum bonum, & fortem, & omnibus rebus ornatum, meumque veterem amicum, tibi magnopere commendo. Pergratum mihi feceris, ſi curaris, ut is intelligat, hanc commendationem ſibi magno adjumento fuiſſe. [b] Ipſumque virum optimum gratiſſimumque cognoſces. Promitto tibi, te ex ejus amicitia magnam voluptatem eſſe capturum. Præterea à te peto in majorem modum, pro noſtra amicitia, & pro tuo perpetuo in me ſtudio, ut in hac re etiam elabores. Dionyſius, ſervus meus, qui meam bibliothecen multorum nummorum tractavit, cùm multos libros ſurripuiſſet, nec ſe impunè laturum putaret, aufugit. Is eſt in provincia tua. Eum & M. Bolanus, familiaris meus, & multi alii [c] Naronæ viderunt. Sed cùm ſe à me manumiſſum eſſe diceret, crediderunt. Hunc tu ſi mihi reſtituendum curaris, non poſſum dicere, quàm mihi gratum futurum ſit. Res ipſa parva, ſed animi mei dolor magnus eſt. Ubi ſit, & quid fieri poſſit, Bolanus te docebit. Ego ſi hominem per te reciperaro, ſummo me à te beneficio affectum arbitrabor.

a Bollanum *alii; & ſic deinde.* P. B.

b Ipſum *Lamb.*

c Naronæ *Vict.*

EPISTOLA LXXVIII.

ARG. *Petit ut Democritum Sicyonium in ſuam fidem recipiat: Cæſare* III. *& Lepido Coſſ.* [A. V. C. DCCVII.] Hanc præceſſit ep. I. lib. VI. ſequitur quæ ſtatim ſubjecta eſt.

M. T. C. [13] ALLIENO, PROCOS. S. D.

DEMOCRITUS Sicyonius, non ſolùm hoſpes meus eſt, ſed etiam, quod non multis contingit, Græcis præ-

Achaiæ præfuiſſe, præter adducta loca oſtendunt lib. IV. ep. 5. & 6. *J. F. Gronov.*

12. *Salvo jure noſtræ veteris amicitiæ.*] Hoc convenire in Vatinium negat Manutius, ut & *pro tuo perpetuo in me ſtudio:* ſed ſic etiam

præſertim; valde familiaris. Eſt enim in eo ſumma probitas; ſumma virtus, ſumma in hoſpites liberalitas & obſervantia: [d] meque præter ceteros & colit, & obſervat; & diligit. Eum tu non modò ſuorum civium; verùm pæne Achajæ principem cognoſces. Huic ego tantummodò [14] aditum ad tuam cognitionem patefacio & munio. Cognitum, per te ipſum, quæ tua natura eſt, dignum tua amicitia atque hoſpitio judicabis. Peto igitur à te, ut, his litteris lectis, recipias eum in tuam fidem; pollicearé, omnia te facturum mea cauſa. De reliquo; ſi, id quod confido, fore dignum eum tua amicitia hoſpitioque cognoveris: peto, ut eum complectare, diligas, in tuis habeas. Erit id mihi majorem in modum gratum. Vale.

d præ ceteris *alii.*

P.CCXXXII.

EPISTOLA LXXIX.

ARG. *Cajum & Marcum Avianos fratres commendat.* [A. V. C. DCCVII.] Hanc præceſſit ſuperior epiſtola, ſequitur epiſt. 3. lib. VI.

M. T. C. ALLIENO, PROCOS. S. P. D.

ET te ſcire arbitror, quanti fecerim C. Avianum Flaccum: & ego ex ipſo audieram, optimo & gra-

etiam loquebantur, qui amici olim, dein inimici fuiſſent, poſt reconciliatam gratiam, quaſi medio odiorum tempore memoriæ exemto. *J. F. Gronov.*

13. *ALLIENO PROCOS.*] In Sicilia, id quod ex epiſtola ſequenti, & ex Oppii commentario de bello Africano facile diſcas. Nec moveor ſane, quod hic Democritum *Achajæ principem* vocet: quoniam is quoque in Sicilia eſſe potuit. Itaque dictum recte fuerit in ſequenti epiſtola, *Illius dignitatem præſentis ornes.* quamvis aliter in Quæſtura, aliud ſecuti, dixerimus. *Corrad.* In vetuſtis ALLIENI denariis, quos cum Siciliam obtineret, ſignavit A. ALLIENUS PROCOS. inſcriptum eſt. *Urſin.*

14. *Aditum ad tuam cognitionem patefacio & munio.*] Hanc lectionem elegantiſſimam reſtituo ex Palatinis, Vaticani excerptis, editione prima atque Victorii. Palatinus tamen ſextus majore varietate, ad quam quoque alludit Hittorpianus *patefacto* ſuo: *aditu ad tuam cognitionem patefacto.* Sed malo vulgatum, niſi putes Hittorpiani codicis ſcripturam veram & verbum frequentativum, ut vocant, *patefacto:* quod non memini. Elegantiſſimum autem eſt, *Aditum munire,* ſic ipſe Tullius pro Cluentio: *Tamen ut ad hoc nefarium facinus accederet; aditum ſibi aliis ſceleribus ante munivit;*

Et

gratiſſimo homine, quàm à te liberaliter eſſet tractatus. Ejus filios digniſſimos illo patre, meoſque neceſſarios, quos ego unicè diligo, commendo tibi ſic, ut majore ſtudio nullos commendare poſſim. C. Avianus in Sicilia eſt. Marcus eſt nobiſcum. Ut illius dignitatem præſentis omnes, rem utriuſque defendas, te rogo. Hoc mihi gratius in iſta provincia facere nihil potes. Idque ut facias, te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

Et ſic variè ipſe Tullius. Vulgatum eſt, *patefacio & innuit* Gebhard.

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARUM

[1] LIBER QUARTUSDECIMUS, AD TERENTIAM UXOREM.

EPISTOLA I.

ARG. *Pulſus e patria, P. Clodii tribuni pl. rogatione iniquiſſima, deflet ſuam ſuorumque calamitatem, culpam conferens in amicorum conſilia. De reditu in patriam, licet obſtent multa, ſtudio tamen fretus tribunorum pleb. Lentuli conſulis, Pompeji & Cæſaris, non deſperat. Subjungit de familia, de peſtilentia, de Plancii, Macedoniæ quæſtoris, erga ſe officio, de Piſonis, generi ſui, humanitate, virtute, amore in ſe ſuoſque omnes. Purgat ſe de Q. fratre. Gratias a ſe per litteras iis eſſe actas dicit, quibus agendas eſſe Terentia ſcripſerat. Vici venditionem prorſus improbat.* [A.V.C. DCXCV.] Hanc præceſſit quæ proxime ſubjecta eſt, ſequitur ep. 3. hujus libri.

TUL-

1. *LIBER XIV.*] In hoc libro hoc in primis adnotandum exiſtimo, nullo certo ordine epiſtolas quas continet, collocatas eſſe, quod ignoratum magnopere improvidum lectorem perturbare poſſet: & quantum ego perſpexi, tria ſunt tempora, quibus ad

Te-

TULLIUS [2] TERENTIÆ SUÆ, TULLIOLÆ SUÆ, CICERONI SUO S. D.

ET litteris multorum & ſermone omnium perfertur ad me, incredibilem tuam virtutem & fortitudinem eſſe: teque nec animi, nec corporis laboribus defatigari. Me miſerum! te iſta virtute, fide, probitate, humanitate, in tantas ærumnas propter me incidiſſe! Tulliolamque noſtram, ex quo patre tantas voluptates capiebat, ex eo tantos percipere luctus! Nam quid ego de Cicerone dicam? qui cùm primùm ſapere cœpit, acerbiſſimos dolores miſeriaſque percepit. Quæ ſi, ut tu ſcribis, fato facta putarem, ferrem paullo faciliùs: ſed omnia ſunt mea culpa commiſſa, qui ab his me amari putabam, qui invidebant: [3] eos non ſequebar, qui petebant. Quòd ſi noſtris conſiliis uſi eſſemus, neque apud nos tantùm valuiſſet ſermo, aut ſtultorum amicorum, aut improborum; beatiſſimi viveremus. nunc, quum ſperare nos amici jubent, dabo operam, ne mea valitudo tuo labori deſit. Res quanta ſit, intelligo; quantoque fuerit faciliùs manere domi, quàm redire. Sed tamen, ſi omnes tribunos plebis habemus, ſi Lentulum tam ſtudioſum quàm videtur, ſi verò etiam Pompejum, & Cæſarem, non eſt deſperandum. De familia, quomodo placuiſſe amicis ſcribis, [a] faciemus. De loco [b] nunc quidem jam abiit peſtilentia: ſed quamdiu fuit, me non attigit. Plancius, homo officioſiſſimus, me cupit eſſe ſecum: & adhuc retinet. Ego volebam loco magis deſerto eſſe in

P. B.

a faciendum *alii.*
b nunc *non eſt in MS.*

Terentiam epiſtolas ſcripſit Cicero: de his loquor quæ nunc inveniuntur: cum in exilium pulſus eſt: cum in Provinciam Ciliciam Procos. miſſus, cum bellum civile inter Cæſarem Pompejumque exortum ac geſtum eſt: nam poſt adverſum in Pharſalia prœlium, cum in Italiam rediiſſet, non multo poſt uxori nuntium remiſit: primas quatuor ſine dubitatione ſcripſit, cum à Clodio è patria ejectus eſt. *Victorius.*

2. *Terentiæ.*] Hæc quater nupſit, Ciceroni, Salluſtio hiſtorico, Meſſallæ Corvino, Vibio Rufo. Dio lib. LVII. & divus Hieronymus lib. I. adverſus Jovinianum. Vixit annos CIII. Plin. lib. VII. cap. 48. *P. Manut.*

3. *Eos non ſequebar, qui petebant.*] L. Lucullum præcipue ſignificat.

in Epiro, [4] quò neque [c] Hiſpo veniret, nec milites: ſed adhuc Plancius me retinet. ſperat poſſe fieri, ut mecum in Italiam decedat. Quem ego diem ſi videro, & ſi in veſtrum complexum venero; ac ſi & vos, & me ipſum recuperaro, ſatis magnum mihi fructum videbor percepiſſe & veſtræ pietatis & meæ. Piſonis humanitas, virtus, amor in omnes nos, tantus eſt, ut nihil ſuprà [d] poſſit. Utinam ea res ei voluptati ſit! gloriæ quidem video fore. De Q. fratre nihil ego te accuſavi: ſed vos, cùm præſertim tam pauci ſitis, volui eſſe quàm conjunctiſſimos. Quibus me voluiſti agere gratias, egi, & me à te certiorem factum eſſe ſcripſi. [5] Quòd ad me, mea Terentia, ſcribis, te vicum venditurum: quid, obſecro te, (me miſerum!) quid futurum eſt? Et, ſi nos premet eadem fortuna; quid puero miſero fiet? Non queo reliqua ſcribere (tanta vis lacrymarum eſt) [e] neque te in eumdem fletum adducam. Tantùm ſcribo: ſi erunt in officio amici, pecunia non deerit. ſi non erunt; tu efficere tua pecunia non poteris. Per fortunas miſeras noſtras, [6] vide, ne pue-

c ipſe *MS.*

d poſſit eſſe *alii.*

Pag. CCXXXIII.

e ne *Græv.*

ficat, qui ſuaſit, ut armis cum Clodio decertaret potius, quam in exſulium iret. Plutarchus. Vel hoc de Cæſare dixit: á quo delatam legationem accipere noluit. ep. 3. *Meum fuit officium, legatione vitare periculum.* & ad Atticum ep. 18. lib. II. *P. Manut.*

4. *Quo neque Hypſo veniret, nec milites.*] Nos vulgatorum codicum lectionem non mutavimus, quia nihilo meliorem in vetuſtis invenimus. Eſt autem nobis obſcurum quis hic *Hypſo* fuerit quem fugiebat. Mediceus & Petrarchæ codex *ipſo* habent pro *Hypſo*, eruditiores hunc locum diligentius videbunt. *Victorius.*

5. *Quod ad me, mea Terentia, ſcribis, te vicum venditurum.*] Hanc elegantiam & in ſuperioribus ex manuſcriptis reddidi Tullio, & hic eandem vindicant Palatinus primus, Vaticani excerpta, Victorii editio. Plebejè Magiſtelli fecerunt; *vendituram.* Paullò poſt ſcripſi: *neque te in eumdem fletum adducam.* ex Pall. prima editione, Hittorp. Stewech. Victorio. *neque* reſolveris, *& ne te &c.* Gebhard.

6. *Vide ne puerum perditum perdamus.*] Hæc eſt omnium codicum ſcriptura: adnotatque hûc Egnatius illud Virgilii, *ſubmerſaſque obrue puppes.* Andreas verò Schottus Nod. lib. III. cap. I. pertendit legendum, *nè puerum perditum eamus:* quæ quidem conjectura auctori blanditur, & alii fortaſſe primâ facie: mihi excuſſa, non poteſt: imò vel decem vincam rationibus, hûc non pertinere. Paullò poſt Peckio excerpta per notas ſcribunt, *Tulliola & Ciceroni S. D.* quas ille interpretatur, *ſalutem dico.* in his ſalus Græciæ, ut puto, non vertitur. *Idem.* *Perditum perdere*, dicitur eleganter pro, illi qui jam eſt in graviſſima calamitate novam cladem addere:

puerum perditum perdamus. cui ſi aliquid erit: ne egeat, mediocri virtute opus eſt, & mediocri fortuna, ut cetera conſequatur. Fac valeas, & ad me tabellarios mittas, ut ſciam, quid agatur; & vos quid agatis. Mihi omnino jam brevis exſpectatio eſt. Tulliolæ, & Ciceroni ſalutem [f] dic. Valete. D. a. d. VI. kalendas Decembres, Dyrrachii. Dyrrachium veni, quòd & libera civitas eſt, & in me officioſa, & proxima Italiæ. Sed ſi me offendet loci celebritas, aliò me conferam, [g] ad te ſcribam.

f dicito *MS.* dices *alii.*

g & ad *alii.*

EPISTOLA II.

ARG. *Brevitatem ſuarum litterarum excuſat: Piſonis generi officia erga ſe laudat. Terentiæ vicem dolet; rogat ut ſumptus de ſuo ne faciat, & valetudini ſerviat.* [A. V. C. DCXCV.] Hanc præceſſit ep. 4. hujus libri, ſequitur proxime præcedens.

TULLIUS TERENTIÆ SUÆ, TULLIOLÆ, ET CICERONI SUIS, S. D.

NOLI putare, me ad quemquam longiores epiſtolas ſcribere, niſi, ſi qui ad me plura ſcripſit, cui puto reſcribi oportere. Nec enim habeo, qui ſcribam: 7 nec hoc tempore quidquam difficilius facio. Ad te verò, & ad noſtram Tulliolam non queo ſine plurimis lacrymis ſcribere. Vos enim video eſſe miſerrimas, quas ego beatiſſimas ſemper eſſe volui, idque præſtare debui: &, niſi tam timidi [h] fuiſſemus, præſtitiſſem. Piſonem noſtrum merito [l] ejus amo plurimum. Eum, ut

h eſſemus *MSS.* P. B.

l ejus *non eſt in MS.*

dere. Sic apud Nonium refertur dictum Plauti, cum in injurioſum hominem jocaretur: *terebratum quid pertundis.* Sic apud Eundem Capt. II. ſc. 8. *Tum inventum inveni.* Et Men. III. ſc. 1. *Hæc re homines occupatos occupat:* Et apud noſtrum in epiſt. ad Attic. XV. 15. *Impeditum impedire.* Sed ſenſu magis conveniunt illud apud Cornific. lib. IV. ad Heren. *Parce, & per ea quæ tibi dulciſſima ſunt, miſerere noſtri; & noli extinguere extinctos:* Et apud Petron. *Genua ego perſeverantis amplector, ne morientes vellet occidere.* Simile eſt & illud in Sacris, *calamum contritum infringere*; quo ita Andronicum Comnenum uſum legimus apud Nicetam. lib. II. *J. F. Gronov.*

7. *Nec hoc tempore quicquam difficilius facio.*] Hittorpianus *difficilius facto.* Palatinus ſext. *factu.* paullo poſt ex Palatino primo, Vaticani excerptis, lego: *ut tantis tuis miſeriis mea miſeria ſublevaretur!* Gebhard.

8. In

ut potui, per litteras cohortatus ſum, gratiaſque egi, ut debui. 8 In novis tribunis plebis intelligo ſpem te habere. id erit firmum; ſi Pompeji voluntas [k] erit. ſed Craſſum tamen metuo. A te quidem omnia fieri fortiſſimè & amantiſſimè video: nec miror: ſed mæreo caſum ejuſmodi, ut tantis tuis miſeriis meæ miſeriæ [l] ſubleventur. Nam ad me P. Valerius, homo officioſus, ſcripſit, id quod ego maximo cum fletu legi, quemadmodum 9 à Veſtæ, 10 ad tabulam Valeriam ducta eſſes. Hem, mea lux, meum deſiderium, unde omnes opem petere ſolebant! te nunc, mea Terentia, ſic vexari, ſic jacere in lacrymis & ſordibus! idque fieri mea culpa, qui ceteros ſervavi, ut nos periremus! Quod de domo ſcribis, hoc eſt, de area: ego verò tum denique mihi videbor reſtitutus, ſi [m] illa nobis erit reſtituta. Verùm hæc non ſunt in noſtra manu. Illud doleo, quæ impenſa facienda eſt, in ejus partem, [n] te miſeram & deſpoliatam venire. Quod ſi con-

k acceſſerit *Lamb.* è *conj.*

l ſublevantur *MSS.*

m villa *alii. malè.*

n *in MSS. non eſt* te.

8. *In novis Trib. pleb. intelligo ſpem te habere.*] Auxilio hujus maxime loci & alterius qui in ſequenti epiſt. huic par eſt, emendatur locus inquinatiſſimus in epiſtola ad Q. Fratrem, qui in cunctis & impreſſis & manuſcriptis codicibus eodem pacto depravatus eſt. *Denotius autem Trib. pleb. eſt ille quidem in me officioſiſſimus Seſtius, & ſpero, &c.* Sic enim legendum eſt: *De novis autem Trib. pleb. eſt ille quidem in me officioſiſſimus Seſtius.* Quamvis conjectura tantum ac judicio ductus ita legendum eſſe viderim: non arbitror, propter claritatem quam res habet, me temerarium judicatum iri, qui omnino affirmem ita legi debere. *Victor. In novis.*] Deſignatis in proximum annum. *J. F. Gronov.*

9. *A. veſta.*] Nota quidem ſermonis figura ἐλλειπτικὴ, ut ἐν ᾅδου. Sed Veneti *a Veſta* habent, ut Virgilius:

Et formidatus nautis aperitur Apollo.

item:

Attollit ſe diva Lacinia contra. Camer.

10. *Ad Tabulam Valeriam.*] Locus in foro fuit, quò tribuni pleb. convenire ſoliti ſunt. In Vatinium: *Cum eum tu conſulem in vincula duceres, & a Tabula Valeria collega tui mitti juberent.* Fuit etiam *Tabula Sextia*, quæ nominatur in oratione pro Quinctio, his verbis: *Ipſe ſuos neceſſarios ab atriis Liciniis, & a faucibus macelli corrogat, ut ad Tabulam Sextiam ſibi adſint hora ſecunda poſtridie. veniunt frequentes: teſtificatur iſte, P. Quinctium non ſtitiſſe, & ſe ſtitiſſe. tabula maxima ſignis hominum nobilium conſignantur. diſceditur.* Quibus verbis locum fuiſſe cognoſcitur, ubi jus diceretur. quod ſi ita eſt: de Tabula Valeria idem exiſtimare poſſumus. *P. Manut.*

conficitur negotium, omnia conſequemur. ſin eadem
o vos *MS.* [o] nos fortuna premet, [11] etiamne reliquias tuas [p] miſeras
p miſera *Vict. & alii.* projicies? Obſecro te, mea vita, quod ad ſumptum
attinet, [q] ſine alios, qui poſſunt, ſi modò volunt, ſu-
q & ſine *alii.* ſtinere: & valitudinem iſtam infirmam, ſi me amas,
noli vexare. Nam mihi ante oculos dies noctesque
r ne *alii.* verſaris. Omnes labores te excipere video. timeo, [r] ut
s ut & id *MS.* ſuſtineas. ſed video in te eſſe omnia. Quare, [s] ut id,
t niſi aut ad *alii.* quod ſperas, & quod agis, conſequamur, ſervi valitu-
dini. Ego, ad quos ſcribam, neſcio [t] niſi ad eos, qui
v quoniam *alii.* ad me ſcribunt, aut ad eos, de quibus ad me vos ali-
quid ſcribitis. Longiùs, [v] quum ita vobis placet, non
Pag. CCXXXIV. diſcedam: ſed velim, quàm ſæpiſſimè litteras mittatis,
præſertim ſi quid eſt firmius, quod ſperemus. Valete,
mea deſideria, valete. a. d. III. nonas Octobr. Theſſa-
lonicâ.

EPISTOLA III.

ARG. *Sua culpa factum eſſe dolet, ut & ipſe & omnes ſui maximas in miſerias inciderint. deinde ad varia litterarum Terentiæ capita reſpondet; ſed ita dolenter ut ideo a nonnullis, jure fortaſſe, tanquam mollis reprehendatur.* [A. V. C. DCXCV.] Hanc præceſſit ep. 1. hujus libri, ſequitur ep. 4. lib. v.

TULLIUS TERENT. ET TULL. ET CICERONI SUIS, S. D.

x *alii* tres. ACCEPI ab Ariſtocrito [x] tris epiſtolas, quas ego la-
crymis prope delevi. Conficior enim mærore, mea
y magis *non habet Vict.* plus *alii.* Terentia: nec meæ me miſeriæ [y] magis excruciant,
quàm tuæ, veſtræque. Ego autem hoc miſerior ſum,
quàm tu, quæ es miſerrima, quòd ipſa calamitas
com-

11. *Etiamne reliquias tuas miſeras projicies?*] *Projicere* hoc loco eſt vili vendere. Et ſic accipiendum exiſtimo apud Florum II, 6. *Quid ſignorum, quid veſtium, quid tabularum raptum, incenſum atque projectum eſt?* Vulgo hic locus non recte accipitur. Dicit enim milites Romanos ignorantes pretium ſtatuarum & picturarum, viliſſimo eas vendidiſſe pretio. pro hoc frequentius dicitur *abjicere.* Plautus Moſtell. III, 3.

TR. *Num nimio empta tibi videntur?*
TH. *Nunquam edepol me ſcio*
Vidiſſe uſquam abjectas ædes, niſi modo hasce.

Phædrus lib. IV. *Agros abjiciet mœcha.* Grævius.

12. Li-

communis eſt utriuſque noſtrûm: ſed culpa mea propria eſt. Meum fuit officium, vel 12 legatione vitare periculum; vel diligentia & copiis reſiſtere; vel cadere fortiter. hoc miſerius, turpius, indignius [z] nobis nihil fuit. 13 Quare cùm dolore conficiar, tum etiam pudore. Pudet enim me uxori meæ optimæ, ſuaviſſimis liberis, virtutem & [a] diligentiam non præſtitiſſe. [b] Nam mî ante oculos dies nocteſque verſatur ſqualor veſter, & mæror, & infirmitas valitudinis tuæ: ſpes autem ſalutis pertenuis oſtenditur. Inimici ſunt multi; invidi penè omnes. 14 Ejicere nos magnum fuit, excludere facile eſt. Sed tamen quamdiu vos eritis in ſpe, non deficiam, ne omnia mea culpa cecidiſſe videantur. Ut tutò ſim, quòd laboras, id mihi nunc facillimum eſt: quem etiam inimici volunt vivere [c] in his tantis miſeriis. Ego tamen faciam, quæ præcipis. Amicis, quibus voluiſti, egi gratias: & eas litteras [d] Deſippo dedi: meque de eorum officio ſcripſi à te certiorem eſſe factum. Piſonem noſtrum mirifico eſſe ſtudio in nos & officio, & ego perſpicio & omnes prædicant. Dii faxint, ut tali genero mihi præſenti tecum ſimul, & cum liberis noſtris frui liceat! Nunc ſpes reliqua eſt in novis tribunis plebis, & in primis quidem diebus. Nam ſi inveterarit, actum eſt. Ea re ad te [e] ſtatim Ariſtocritum miſi, ut

z nobis *non eſt in MS.*
a indulgentiam *MS.*
b Nam *non habet Vict.*
c *alii* in tantis.
d Dexippo *Camer. & alii.* P. R.
e ſtatim *deeſt in MS.*

12. *Legatione vitare periculum.*] Nam ſi legationem, a Cæſare, Galliæ proconſule, delatam, accepiſſet; Clodii tribuni plebis furorem vitaſſet. diem enim ei dicere, qui reip. cauſſa abeſſet, non licebat. ep. 18. ad Attic. libro II. *A Cæſare valde liberaliter invitor in legationem illam, ſibi ut ſim legatus: atque etiam libera legatio voti cauſſa datur. Sed hæc & præſidii apud furorem Pulchelli non habet ſatis, & a fratris adventu me ablegat: illa & munitior eſt, & non impedit, quo minus adſim, cum velim.* P. Manut.

13. *Quare cum dolore conficior*] Veneti *conficiar.* Atque puto aliquos quaſi inconſequentiâ orationis offenſos ita mutaſſe, ſine cauſa quidem, ut alibi diſſeruimus. *Camerar.*

14. *Ejicere nos magnum fuit.*] Sic amat loqui Cicero de re magni laboris atque operæ. In Orat. pro Plancio: *Decertare mihi ferro magnum fuit, cum reliquiis eorum, quos ego florentes atque integros ſine ferro viceram.* Divin. in Cæcil. *Si literas Græcas Athenis didiciſſes, tamen eſſet magnum tantam cauſam & diligentiâ conſequi & memoria complecti.* Pro Rab. Poſt. *Tantus ille vir, & in tanta fortuna ſua, ut aliena reſpicere magnum ſit.* Sic in Catalectis Virgil. *Sed dicere magnum eſt*, hoc eſt, nec poſſum nec audeo eloqui. *J. F. Gronov.*

ut ad me continuò initia rerum, & rationem totius negotii [f] poſſes ſcribere: etſi Deſippo quoque ita imperavi, ſtatim ut recurreret: & ad fratrem miſi, ut crebrò tabellarios mitteret. nam ego eo nomine ſum Dyrrachii hoc tempore, ut quàm celerrimè, quid agatur, audiam, & [g] ſum tutò. Civitas enim [h] hæc ſemper à me defenſa eſt. Cùm inimici noſtri venire dicentur, tum in Epirum ibo. Quòd ſcribis, [i] te, ſi velim, ad me venturam: ego verò, cùm ſciam magnam partem iſtius oneris abs te ſuſtineri, te iſtic eſſe volo. Si perficitis quod agitis: me ad vos venire oportet. ſin autem. ſed nihil opus eſt reliqua ſcribere. Ex primis, [k] aut ſummùm ſecundis litteris tuis conſtituere poterimus, quid nobis faciendum ſit. Tu modò ad me velim omnia diligentiſſimè perſcribas: etſi magis [l] jam rem, quàm litteras, debeo [m] ſpectare. Cura, ut valeas, & ita tibi perſuadeas, mihi te carius nihil eſſe, nec umquam fuiſſe. Vale mea Terentia, quam ego videre videor. itaque debilitor lacrymis. Vale. Pridie kalendas [n] Decembr.

f poſſetis *Gul.* poſſet *MS.*
g *alii* ſum.
h *alii non habent* hæc.
i te *non eſt in MS.*
k aut ad *alii.*
l jam *non eſt in MSS.*
m ſperare *MS.* exſpectare *alii.*
n *alii* Dec. Dyrrachii.

EPISTOLA IV.

ARG. *Scripta eſt hac epiſtola non ſolum dolenter, ſed etiam molliter. argumentum eſt multiplex, quia reſpondet ad diverſa capita litterarum Terentiæ.* Scripta eſt Calpurnio Piſone & A. Gabinio Coſſ. [A. V. C. DCXCV.] Hanc præceſſit ep. 6. lib. V. ſequitur ep. 2. hujus libri.

TULLIUS TERENTIÆ, ET TULLIOLÆ, ET CICERONI SUIS, S. P. D.

P. CCXXXV.

EGO minùs ſæpe ad vos do litteras, quàm poſſum, propterea quòd cùm omnia mihi tempora ſunt miſera, tum verò cùm aut ſcribo ad vos, aut veſtras [o] lego, conficior lacrymis, ſic, ut ferre non poſſim. [15] Quòd uti-

o litteras lego *alii.*

15. *Quod utinam minus vita cupidus fuiſſem.*] *Quod* pro *Sed*: ut ep. 14. lib. VIII. *Quod non dubito, quin te quoque hac deliberatio ſit perturbatura.* Et Philip. X. *Quod qui ab illo abduxit exercitum, & reſpectum pulcherrimum, & præſidium firmiſſimum adimit reip.* Et in Verr. lib. I. *Quod vos oblitos non arbitror, qua multitudo ſit ipſum accuſat, qui Clodianis armis ceſſerit.* Infra: *Peccatum eſt nullum, niſi quod non unam animam cum ornamentis amiſimus.* ep 2. *Quod niſi tam timidi fuiſſemus, præſtitiſſem.* P. Manut.

16. *Dii*

utinam minùs vitæ [p] cupidi fuiſſemus! certè nihil, aut p cuj
non multum, in vita mali vidiſſemus. Quòd ſi nos ad fuiſſe
aliquam alicujus commodi aliquando recuperandi ſpem alii.
fortuna reſervavit; minùs eſt erratum à nobis. [q] ſi hæc q ali
mala fixa ſunt; ego verò te quàm primùm, mea vita,
cupio videre, & in tuo complexu emori: [r] quum ne- r alii
que [16] dii, quos tu caſtiſſimè coluiſti; [17] neque homi- quam
nes, quibus ego ſervivi, nobis gratiam retulerunt. Nos
Brundiſii apud M. [s] Lenium Flaccum dies XIII fuimus, s alii
virum optimum: qui periculum fortunarum, & capitis Lemi
ſui [t] præ mea ſalute neglexit: neque legis improbiſſimæ t alii
pœna deductus eſt, quo minùs hoſpitii & amicitiæ
jus officiumque præſtaret. Huic utinam aliquando
gratiam referre poſſimus! Habebimus quidem ſemper.
Brundiſio profecti ſumus a. d. [v] v. kalendas Maji. per v alii
Macedoniam Cyzicum petebamus. [18] O me perditum! kal. I

O

16. *Dii, quos tu caſtiſſime coluiſti*] Hoc eſt, magna cum religione; & eſt verbum proprium ſacrorum. Cic. lib. II. de Legg. *Ad divos adeunto caſte, pietatem adhibento.* Et deinde: *Caſte jubet lex adire ad deos, animo videlicet, &c.* In Orat. de Domo, loquens de dedicatione: *Certe nihil rectè, nihil caſtè, nihil more inſtitutoque perfecit.* De Aruſp. Reſp. *Quod fanum cum Dejotarus religione ſua caſtiſſimè tueretur.* Sic & ſacerdotes propriè dicuntur *caſti.* Rurſum pro Domo: *Niſi quem forte illius caſtiſſimi ſacerdotis ſuperſtitioſa dedicatio deterreret.* Virgil. Æneid VI.

Quique ſacerdotes caſti dum vita manebat.

Sic *res caſta* apud Varronem, & *caſtum* cum *ſancto* in translatione conjungit Cic. lib. II. de Invent. Denique hinc factum, ut & *caſtus* ſubſtantive dicerentur numero multitudinis. Nævius de Bell Pun. *Res divinas edicit, prædicit caſtus.* Varro: *Et religiones & caſtus id poſſunt, ut ex periculo eripiant.* Apud Gell. lib. X. c. 15. reperies *caſtus multiplices.* J. F. Gronov.

17. *Neque homines, quos ego ſemper ſervavi.*] Veneti, *quibus ego ſemper ſervivi*, ut ſit *ſervivi* inſervii, & Pompejus notetur. *Camerar.* *Neque homines, quibus ego ſervivi, nobis gratiam retulerunt.*] Hæc eſt codicum antiquiorum ac meliorum ſcriptura, Palatini ſexti, trium Gulielmio inſpectorum, Vaticani. Palatinus primus vocula auctior: *quibus ego ſemper ſervivi*: & Venetus: *quibus ego ſervivi ſemper.* ſed noſtram quoque lectionem repræſentavit Victorius: blenni ſunt, etiamſi validè acutè feciſſe videri volunt, qui reſcripſerunt, *quos ego ſervavi ſemper.* Gebhard.

18. *O me perditum! ô afflictum*] Ejecto illo provocabulo *me* poſteriore, Gulielmius ex Hittorpiano legit: *ô me afflictum*, traditque hac illud *mihi videbor plane periſſe.* Nos unico libro adducti, mutationis rei aut temeritatis eſſe nolumus. Sic paullò poſt Palatinus ſextus legit, *& corpore & animo affectam.* ut apud

O afflictum! quid nunc rogem te, ut venias, mulierem ægram, & corpore & animo confectam? non rogem? ſine te igitur ſim? Opinor, ſic agam. ſi eſt ſpes noſtri reditus, eam confirmes, & x rem adjuves. ſin, ut ego metuo, tranſactum eſt, quoquo modo potes, ad me fac venias. Unum hoc ſcito: ſi te habebo, non mihi videbor planè y periſſe. Sed quid z Tulliola mea fiet? jam id vos videte: mihi deeſt conſilium. Sed certè, quoquo modo ſe res habebit, illius miſellæ & matrimonio & famæ ſerviendum eſt. Quid? Cicero meus quid aget? Iſte verò ſit in ſinu ſemper & complexu meo. Non queo plura jam ſcribere: impedit mæror. Tu quid egeris, neſcio: utrùm aliquid teneas, an, quod metuo, planè ſis ſpoliata. Piſonem, ut ſcribis, ſpero fore ſemper noſtrum. De familia liberata, nihil eſt, quod te moveat. Primùm, tuis ita promiſſum a eſt, te facturam eſſe, ut quiſque eſſet meritus. Eſt autem in officio adhuc Orpheus: prætereà magnopere nemo ceterorum ſervorum. Ea cauſa eſt, ut, ſi res à nobis abeſſet, liberti noſtri eſſent, ſi obtinere potuiſſent: 19 ſin ad nos pertinerent, ſervirent, prætèrquàm oppidò pauci. Sed hæc minora ſunt. Tu quòd me hortaris, ut animo ſim magno, & ſpem habeam recuperandæ ſalutis: id velim ſit ejuſmodi, ut rectè ſperare poſſimus. Nunc, miſer, quando tuas jam litteras accipiam? quis ad me perferet? quas ego exſpectaſſem Brundiſii, ſi eſſet licitum per nautas, qui tempeſtatem prætermittere noluerunt. 20 Quod reliquum eſt, ſuſtenta

x te *alii*.
y *alii* periiſſe.
z de Tull. *Græv.*
P. B.
a eſt *deeſt* in *MS.*

Plautum *affecta amica.* & Naſonem, *Ibit ut affectam, quæ non languebit, amicam &c.* & Propert. *Jupiter affectæ tandem miſerere puellæ.* ex quibus apparet non inconvenientem eſſe hanc ſcripturam. Paullo iterum poſt: nihil mutandum: omnes enim libri: *ſin ut ego metuo, tranſactum eſt.* Sic Terentius, *acta, transacta omnia.* Gebhard.

19 *Sin ad nos pertinerent.*] Relinquerentur nobis, nec abriperentur cum ceteris bonis. Poſſet & legi *pertineret* nempe res, ſi reciperemus bona. Item, *ſin ad nos pertinerent, præterquam oppido pauci:* nam τὸ *ſervirent* ſcholion videtur τῶν *ad nos pertinerent.* J. F. Gronov.

20. *Quod reliquum eſt, ſuſtenta te, mea Terentia.*] Elegantius meo animo abeſſet pro vocabulum *te.* quod video certè excludi ab optimis libris, Palatino ſexto & Hittorpiano. Plautus: *ſuſtentatum ſedulo eſt.* In fine quoque Epiſtolæ ſcribendum ex Palat. Hittorp.

Ste-

ſuſtenta te, mea Terentia, ut potes. honeſtiſſimè viximus: floruimus. non vitium noſtrum, ſed virtus noſtra nos afflixit. peccatum eſt nullum, niſi quòd non unà animam cum ornamentis amiſimus. Sed ſi hoc fuit liberis noſtris gratius, nos vivere: cetera, quamquam ferenda non ſunt, feramus. [b] Atque ego, qui te confirmo, ipſe me non poſſum. Clodium [c] Philetærum, quòd valitudine oculorum impediebatur, hominem fidelem, remiſi. [21] Salluſtius officio vincet [d] omnes. Peſcennius eſt perbenivolus nobis: quem ſemper ſpero tui fore obſervantem. Sicca dixerat ſe mecum fore: ſed Brundiſio diſceſſit. Cura, quoad potes, ut valeas: & ſic exiſtimes, me vehementiùs tua miſeria, quàm mea commoveri. Mea Terentia, fidiſſima atque optima uxor, & mea cariſſima filiola, & ſpes reliqua noſtra, Cicero, valete. Pridie kalendas Maji Brundiſio.

b alii Itaque
c Phi rum al
d omi ſpes A

EPISTOLA V.

ARG. *Reditum ſuum ex Cilicia provincia ſignificat: Terentiæ diligentiam in ſcribendo laudat: litterarum ejus brevitatem excuſat: mandat quæ fieri velit de bonorum Pratianorum auctione. Scripta eſt aliquot annis poſt ſuperiores, L. Paullo, C. Marcello Coſſ.* [A. V. C. DCCIII.] Hanc præceſſit ep. 14. lib. VIII. ſequitur ep. 1. lib. XVI.

M. T. C. TERENTIÆ ET TULL. SUIS, S. P. D. P.CCXX

SI tu, & Tullia, lux noſtra, valetis, ego & ſuaviſſimus Cicero valemus. Pridie idus Octobres Athenas

Stewech. Peck. *cura quod potes ut valeas.* Nam *quod* ſignificat *quoàd.* in ſexto eſt gloſſa, *quatenus.* Gebhard.

21 *Salluſtius officio vincet omnes ſpes. Cennius &c.*] Nos ex duabus dictionibus unum nomen confecimus, ſcilicet *Peſcennius*, magis receptæ lectionis vitio offenſi, quam a veteribus exemplaribus adjuti. Cum enim de officio, quod erga ſe in tam adverſa fortuna præſtabant amici familiareſque, loqueretur, dicit (ni fallor), ſe ita animatum videre Salluſtium, ut ſperet illum officio ſuperaturum eſſe reliquos amicos. Quid enim hic *ſpes* ſignificet? niſi ſatis ineptam meo judicio ſententiam ex his verbis elicias, ut dicat nunquam de Salluſtio ſe tantum ſpei habuiſſe, quantum ille oſtendit nunc re ipſa & aſſiduis officiis. Magis autem priore ſenſu delector horum verborum, ut facta comparatione officiorum cæterorum domeſticorum & Salluſtii, pronuntiet illum reliquos officio victurum. Germanus etiam codex in margine ita emendat. *Victorius.*

 22. *Nec*

nas venimus, cùm ſanè adverſis ventis uſi eſſemus, tardeque & incommode navigaſſemus. De [e]nave exeuntibus nobis Acaſtus cum litteris præſto fuit uno & viceſimo die, ſanè ſtrenue. Accepi tuas litteras, [f]quibus intellexi, te vereri, ne ſuperiores mihi redditæ non eſſent. Omnes ſunt redditæ: diligentiſſimeque à te perſcripta ſunt omnia: idque mihi gratiſſimum fuit. Neque ſum admiratus, hanc epiſtolam, quam Acaſtus attulit, brevem fuiſſe. jam enim me ipſum exſpectas, ſive nos ipſos, qui quidem quam primùm ad vos venire [g]cupimus: etſi in quam rempublicam venimus, intelligo. cognovi enim [h]ex multorum amicorum litteris, quas attulit Acaſtus, ad arma rem ſpectare: ut mihi, cùm venero, diſſimulare non liceat, quid ſentiam. Sed, [i]quum ſubeunda fortuna eſt, eo citiùs dabimus operam, ut veniamus, quò faciliùs de tota re deliberemus. Tu velim, quod commodo valitudinis tuæ fiat, quàm longiſſimè poteris, obviam nobis [k]properes. De hereditate Preciana, quæ quidem mihi magno dolori eſt, (valde enim illum amavi) [l]ſed hoc velim cures: ſi auctio ante meum adventum fiet, ut Pomponius, aut, ſi is minus poterit, Camillus noſtrum negotium curet. Nos cùm ſalvi venerimus, reliqua per nos agemus. Sin tu jam Romá profecta eris, tamen curabis, ut hoc ita fiat. Nos, ſi dii adjuvabunt, circiter idus Novembris in Italia ſperamus fore. Vos, mea ſuaviſſima & optatiſſima Terentia, & Tulliola, ſi nos amatis, curate ut valeatis. Athenis, a. d. xv. kalendas Novembr.

V. V.

e navi *alii.*
f ex quib. *alii.*
g cupiamus *MSS. & Græv.*
h ex *deeſt in MSS.*
i quando *alii.*
k prodeas *Lamb.*
l *alii non habent* ſed.

EPISTOLA VI.

ARG. *Excuſationem affert, cur litteras raras mittat. voluntatem ſuam in ære alieno diſſolvendo ſignificat. adjungit de Terentiæ meritis in Tulliolam. Pollicem ſervum ad ſe ſtatim mitti poſtulat. Scripta videtur e caſtris Pompeji, cum eſſet in Græcia, Cæſare* II. *& Servilio Coſſ.* [A.V.C. DCCV.] Hanc præceſſit ep. 21. hujus libri, ſequitur ep. 12. eodem hoc libro.

M. T. C. TERENTIÆ, ET TULLIÆ, S. P. D.

22 NEc ſæpe eſt, cui litteras demus: nec rem habemus ullam, quam ſcribere velimus. Ex tuis litteris,

22. *Nec ſæpe eſt.*] Noluiſſe intelligi a quo ſcripta epiſtola eſſet,

, quas proximè accepi, cognovi, prædium nullum
re potuiſſe. Quare m videatis velim, quomodo ſa- m *alii*
t ei, cui n ſcitis me ſatisfieri velle. 23 Quod noſtra *videas.*
gratias agit, id ego non miror te mereri, ut ea tibi n *ſcis iis*
ito tuo gratias agere poſſit. 24 Pollicem, ſi adhuc
eſt profectus, quàm primùm fac extrudas. Cura,
aleas. idibus Quintil.

EPISTOLA VII.

R G. *Quæ ſibi fuerit moleſtiarum & ſollicitudinum cauſſa, quæ liberatus ſit, exponit: ſcribit de ſua ad Pompejum profectione: ...tur eam & monet ut forti animo ſit, bene de rep. ſperet, vale-tu-*

...rte in alienas manus veniſſet, multis modis cognoſci poteſt. ...oc olim accurate diſſeruimus, titulumque ipſius inventum in ...mis libris notum eſſe voluimus. Quod nunc etiam obſervatur ...is qui ad eos ſcribunt quibus periculum crearent, ſi litteras ...os mitti & eos reſcribere intelligeretur. Tempus quo ſcripta ... non affirmarim: arbitror cùm in caſtris Pompejanis eſſet, vel ...llo antę quam ex Italia diſcederet, ad Pompejum navigans. ...d agit de pecunia, & prædiorum venditione, tradit Plutar-...s iratum fuiſſe Terentiæ Ciceronem, quod belli tempore ...moda illius neglexiſſet, neque ei ſuppeditaſſet, quæ ad con-...m iterque illud neceſſaria erant, ut ex Italia diſceſſerit in ...gnis anguſtiis exiſtens, ac pene ſine viatico. *Victor.*

...3. *Quod noſtra tibi gratias agit.*] Videndus accuratius locus ob-...us, nihil ſane a recepta diſcrepat antiqua lectio, ut mendum ...icilius ineſſe credi poſſit. Quam tamen intelligat *noſtram* non ...ne perſpicio, niſi Tulliam ſignificet, quod puto. De rebus ...em domeſticis, cum uxore, ſuiſque loquens, non mirum eſt ...tantum indicaſſe, quod etiam ſupra facit, cum dicit, *quomo-...ſatisfiat ei:* nec tamen nomen ponit, cui ſatisfieri cupiebat. ...m, quod *videatis* & *ſcitis* ſcripſimus, quod vulgati libri uni-...s numero habebant, antiquos codices ſecuti ſumus, qui etiam ...c lectionem confirmant titulo epiſtolæ. ſic enim eſt in illis ...us epiſtolæ inſcriptio, *ſuis S. D.* Ut pene peccaſſe mihi videar, ...d ab illis etiam hac parte diſceſſerim, nam dubiis temporibus ...pta epiſtola videtur voluiſſe, ſi in alienas manus incidiſſet, a ...lo cujus & ad quos ſcripta eſſet, quibuſque de rebus ageret, ...elligi poſſe, ideoque non aperte, ut ſolet, ſcribit. Cum tamen ...ſuos ſcribat, qui & manum ejus agnoſcerent, & res quas in-...eret, optime callerent, non neceſſe fuit apertius ſcribi. *Idem.* ...*od noſtra gratias agit*] In vetere libro eſt, *quod Tullia noſtra tibi ...tias agit.* Urſin.

...24. *Pollicem.*] Epiſt. 45. ad Att. lib. XIII. *Pollex, ut dixerat, ...bi Lanuvii præſto fuit, ſed plane Pollex, non index.* Placuit ...nc locum recitare: ne, *Pollucem*, ut antea, legendum aliquis ...taret. *P. Manut.*

25. *Omnes*

tudinem curet, militum injuriam vitet, Arpinati fundo utatur, anno primo civilis belli, Lentulo & Marcello Coſſ. [A. V. C. DCCIV.] Hanc præceſſit ep. 19. lib. v. ſequitur ep. 17. lib. VIII.

M. T. C. TERENTIÆ SUÆ, ET TULL. S.P.D.

25 OMNES moleſtias, & ſollicitudines, quibus & te miſerrimam habui, id quod mihi moleſtiſſimum eſt, ° Tulliolamque, quæ nobis noſtra vita dulcior eſt, depoſui & ejeci. Quid cauſæ autem fuerit, poſtridie intellexi, quàm à vobis diſceſſi. 26 χολὴν ἄκρατον noctu ejeci.

° & Tulliolam *MS. & Grav.*

25. *Omnes moleſtias.*] Manifeſto ſcripta epiſtola cum jam navim conſcendiſſet, in Pompejana caſtra navigans. Tres puſillæ quæ ſequuntur epiſtolæ nulla certa indicia habent quibus temporibus ſcriptæ ſint: arbitramur tamen cum Brundiſii eſſet Ciceronem eas ſcripſiſſe. In prima agit de Cæſaris litteris, de quibus etiam ad Atticum ſcribens illis verbis (niſi fallimur) egit: *Non meo vitio fit hoc quidem tempore (ante enim eſt peccatum) ut me iſta epiſtola nihil conſoletur.* & in Oratione pro Q. Ligario, *Qui ad me ex Ægypto litteras miſit, ut eſſem idem qui fuiſſem.* Quamvis penultima hujus libri epiſtola agat de Cæſaris litteris ſibi redditis, & non antea Romam allatis: quas ſane eſſe credimus illas, quas in Oratione pro Ligario intellexit, ut eæ fortaſſe, de quibus Terentia & Atticus ſcripſerant, diverſæ ab illis fuerint: nam multis modis priores has Cicero ſuſpectas habebat, & a Cæſare non eſſe judicabat: de illis autem, quas accepit ipſe, vereri non videtur, ne fictæ ſint. In ſecunda, de valetudine Tulliæ, de qua etiam ad Atticum, *Tullia mea morbus & imbecillitas corporis me exanimat.* In tertia jubet Terentiam cum Attico loqui, ab eo enim intellecturam eſſe quid fieri velit. Scribebat autem de omnibus rebus ad Pomponium, ut cognoſci poteſt ex epiſtolis quæ ſunt in XI. lib. ad Atticum ipſum miſſis. *Victorius.*

26. Χολὴν ἄκρατον.] Alciphron etiam χολὴν ἄκρατον appellat in epiſtola Callipidis ad Cnemonem his verbis: ἔςαι δέ σοι ὁ αὐτὸς οὗτος Θεὸς καὶ Παιὼν, καὶ ἀπολύσει σε τῆς ἀκράτου χολῆς, οἴνῳ σβέσας τὸ τοῦ θυμοῦ ὑπέκκαυμα. Hortatur autem ut triſtitiam acerbitatemque animi deponat, quod pulchre faciet, ſi ludos Bacchi celebrans, dei illius muneribus uſus *meram bilem* diſcuſſerit. fuit autem Cnemon non minus quam Timon ille Athenienſis, humani generis oſor, ut ambo appellati ſint μισάνθρωποι. Ariſtoteles etiam III. Meteororum Irin ἄκρατον appellat: quam tamen cur appellarit ἄκρατον, dubitat interpres ille, qui nunc Alexander Aphrodiſiæus fuiſſe creditur. ſunt autem hæc ejus verba: Σημεῖον παρατίθεται, ὅταν ἡ νέφος μέλαν σφόδρα τότε μάλιςα ἄκρατον γίνεσθαι ἶριν, τουτέςι μὴ παρεμφαίνουσαν ἄλλοτι χρῶμα ἀλλ᾽ ἐπὶ τῶν τριῶν μένουσαν. Et paullo poſt: Δύναται δὲ ἄκρατον ἶριν λέγειν τὴν μάλιςα ἔχουσαν τρανὰ καὶ διακρινόμενα τὰ προειρημένα χρώματα. quæ tamen diverſæ expoſitiones in unam redeunt. ne-

eeſſe

ejeci. ſtatim ita ſum levatus, ut mihi deus aliquis medicinam feciſſe videatur. Cui quidem tu deo, quemadmodum ſoles, piè & caſtè ſatisfacias, [p] id eſt, Apollini & Æſculapio. Navem ſpero nos valde bonam habere; in eam [q] ſimulatque conſcendi, hæc ſcripſi. Deinde conſcribam ad noſtros familiares multas epiſtolas, quibus te, & Tulliolam noſtram diligentiſſimè commendabo. Cohortarer vos, quò animo [r] fortiore eſſetis, niſi vos fortiores [s] cognoſſem, quàm quemquam virum. Et tamen ejuſmodi ſpero negotia eſſe, ut & vos iſtic commodiſſimè ſperem eſſe, & me aliquando cum ſimilibus noſtri rempublicam [t] defenſuros. Tu primùm valitudinem tuam velim cures: deinde, tibi ſi videbitur, villis iis [v] utere, quæ longiſſimè aberunt à militibus. Fundo Arpinati bene poteris uti cum familia urbana, ſi annona carior fuerit. Cicero belliſſimus tibi ſalutem plurimam dicit. etiam atque etiam vale. D. [x] III. idus Jun.

p *quinque ſeqq. voces delent Man. & Lamb.*
q ſimul ac *MS.* ſimul *MS. alias.*
r fortiores *MSS.*
Pag. CCXXXVII.
s cognoſcerem *MS.*
t defenſurum *alii.*
v utare *alii.*
x VII. *MS.*

EPISTOLA VIII.

ARG. *Rogat uxorem, ut valetudinem curet: laudat ejus diligentiam: eaque ut deinceps utatur, mandat. anno ſecundo civilis belli, Caſare* II. *Servilio Coſſ. ante Pharſalicam pugnam.* [A. V. C. DCCV.] Hanc præceſſit ep. 9. lib. IX. ſequitur ep. 21. hujus libri.

M. T. C. TERENTIÆ S. P. D.

SI vales, bene eſt: ego valeo. Valitudinem tuam velim cures diligentiſſime. Nam mihi & ſcriptum, & nuntiatum eſt, te in febrim ſubitò incidiſſe. Quòd celeriter me feciſti de Cæſaris litteris certiorem, feciſti mihi gratum. Item poſthac, ſi quid opus erit, ſi quid acciderit novi, facies ut ſciam. Cura, ut valeas. Vale. D. IIII nonas Jun.

EPISTOLA IX.

ARG. *Dolorem ſuum, ex Dolabella generi Tulliaque valetudine ſuſceptum, ſignificat. Eodem anno, poſt Pharſalicam pugnam, cum in*

teſſe eſt enim ut quæ nullis aliis coloribus permiſta ſit, ſed ſuos tantum & proprios meros puroſque habet, clariores eos, apertioreſque habeat, & magis expreſſos. ſed hoc quidem notavimus, ut videant omnes quam proprie & eleganter Græco ſermone utatur Cicero. *Victor.*

27. Tul-

in Italiam rediiſſet. [A. V. C. DCCV.] Hanc præceſſit ep. 19. hujus libri, ſequitur ep. 17. eodem hoc libro.

M. T. C. TERENTIÆ S. P. D.

y &, *aut* & de *MSS.* z & de *MS.*

AD ceteras meas miſerias acceſſit dolor y è Dolabellæ valitudine, z & Tulliæ. omnino de omnibus rebus, nec quid conſilii capiam, nec quid faciam, ſcio. Tu velim tuam & Tulliæ valitudinem cures. Vale.

EPISTOLA X.

ARG. *Mandat ut cum Attico loquatur, litteraſque mittat: tertio belli civilis anno, Cæſare dictatore II. nondum creatis conſulibus, qui extremo anno, ut ait Dio, facti ſunt, Q. Fuſius Calenus, P. Vatinius.* [A. V. C. DCCVI.] Hanc præceſſit ep. 15. hujus libri, ſequitur ep. 13. eodem hoc libro.

M. T. C. TERENTIÆ SUÆ S. P. D.

a cui ſi *MS.* P. B. b quando *alii.*

QUOD fieri placeret, ſcripſi ad Pomponium ſerius, quàm oportuit. a Cum eo ſi locuta eris, intelliges, quid fieri velim. Apertiùs ſcribi, b quum ad illum ſcripſeram, neceſſe non fuit. De ea re, & de ceteris rebus, quàm primùm velim nobis litteras mittas. Valitudinem tuam cura diligenter. Vale. ſeptimo idus Quintil.

EPISTOLA XI.

ARG. *Tulliam ad ſe veniſſe dicit; ſibi autem in animo eſſe Ciceronem filium ad Cæſarem mittere.* [A. V. C. DCCVI.] Hanc præceſſit ep. 16. hujus libri, ſequitur ep. 15. eodem hoc libro.

M. T. C. TERENTIÆ SUÆ S. P. D.

SI vales, bene eſt: valeo. 27 Tullia noſtra venit ad me pridie idus Junii: cujus ſumma virtute & ſingulari

27. *Tullia noſtra venit ad me.*] Poſt victoriam Cæſaris in Pharſalia ſcripta, cum diſceſſiſſet a Pompejanis, & Brundiſii eſſet, quod multis conjecturis intelligi poteſt: & quantum ego ſuſpicor, poſt illam quæ ſequitur, data: ea enim ſcripta eſſe videtur, cum paucos dies in Italia fuiſſet: gratulata enim erat illi Terentia de reditu in Italiam, & ſalute ipſius e tot tantiſque periculis. Cui illa epiſtola Cicero reſpondit. Tulliam ad eum, cum Brundiſii eſſet,

lari humanitate, graviore etiam ſum dolore affectus, noſtra factum eſſe negligentia, ut longè alia in fortuna eſſet, atque ejus pietas ac dignitas poſtulabat. Nobis erat in animo, Ciceronem ad Cæſarem mittere, & cum eo Cn. Salluſtium. Si profectus erit, faciam te certiorem. Valitudinem tuam cura diligenter. Vale. [c] XVII. kalendas Quintil. [c] *alii* XIV.

EPISTOLA XII.

ARG. *Metuere ſe ait ne in Italiam, victo in Pharſalia Pompejo, temere venerit. monet uxorem ne ad ipſum eat. anno ſecundo belli civilis, Cæſare* II. *& Servilio Coſſ.* [A.V.C. DCCV.] Hanc præceſſit ep. 6. hujus libri, ſequitur ep. 19. eodem hoc libro.

M. T. C. TERENTIÆ S. P. D.

QUOD nos in Italiam ſalvos veniſſe gaudes; perpetuò gaudeas velim. Sed perturbati dolore animi, magniſque injuriis, metuo ne id conſilii ceperimus, quod non facilè explicare poſſimus. Quare, quantum potes, adjuva. Quid autem poſſis, mihi in mentem non venit. in viam quòd te des hoc tempore, [d] nihil eſt: & longum eſt iter: & non tutum: & non video, quid prodeſſe poſſis, ſi veneris. Vale. D. prid. nonas Novemb. Brundiſio. [d] nihili MS.

EPISTOLA XIII.

ARG. *Permittit uxori, ut de nuncio remittendo conſilium capiat ex tempore. anno tertio civilis belli, Cæſare dictatore iterum, nondum creatis conſulibus.* [A.V.C. DCCVI.] Hanc præceſſit ep. 10. hujus libri, ſequitur ep. 24. eodem hoc libro.

M. T. C.

eſſet, veniſſe, multi auctores tradunt, & ipſe quoque oſtendit: quod cauſſa inimicitiarum ac divortii illi cum uxore fuit: neque enim viaticum ei dedit, neque comites præbuit, quos ætas illius, ac dignitas patris poſcere videbatur. Omne autem illud tempus Cicero ibi manſit quod in Alexandria & Aſia Cæſar conſumpſit, quod longum fuiſſe ex hiſtoria illarum rerum intelligitur, & a Plutarcho etiam aperte narratur. *Victor. Venit ad me.*] Brundiſium. vide ep. 17. ad Att. lib. 11. Plutarchus ait, præter alias cauſſas, quibus adductus Cicero divortium cum Terentia fecit, hanc maxime fuiſſe, quod nec ipſa ad eum Brundiſium iverit, & euntem Tulliolam tenui viatico inſtruxerit. *P. Manut.*

M. T. C. TERENTIÆ. S. P. D.

[28] QUOD ſcripſi ad te proximis litteris [29] de nuntio remittendo, [30] quæ ſit iſtius vis hoc tempore; & [31] quæ concitatio multitudinis, [e] ignoro. Si metuendus iratus eſt, [f] [32] quies tamen ab illo fortaſſe naſcetur. Totum judicabis, quale ſit: & quod in miſerrimis rebus minimè miſerum putabis, id facies. Vale. VI. idus Quintil.

Pag. CCXXXVIII. e alii non agn. f quieſce tamen MS.

EPISTOLA XIV.

ARG. *Initio belli civilis, cum Cæſar amnem Rubiconem tranſiſſet, ejuſque adventus metueretur, Pompejus & conſules urbem reliquerunt. cum hic eſſet rerum ſtatus, Cicero de uxore & filia ſollicitus; monet eas, ut cum amicis conſiderent, utrum Cæſaris adventum in urbe exſpectent; aut ante diſcedant. Addit de Labieno ad Pompeji partes adjuncto, de Piſone a Cæſaris generi ſui cauſſa diſſidente. Anno primo civilis belli Lentulo & Marcello Coſſ.* [A. V. C. DCCIV.] Hanc præceſſit ep. 20. lib. V. ſequitur ep. 18. hujus libri.

TULLIUS TERENTIÆ, ET PATER TULLIOLÆ, DUABUS ANIMIS SUIS: ET CICERO MATRI OPTIMÆ, SUAVISS. SORORI, S. P. D.

SI vos valetis, nos valemus. [33] Veſtrum jam conſilium eſt, non ſolum meum, quid ſit [g] vobis faciendum.

g nobis MS.

28. *Quod ſcripſi ad te de nuntio remittendo.*] Incertum tempus quo ſcripta ſit, & ſane nonnullis locis obſcurior epiſtola. quamvis ſuſpicer cum Brunduſii eſſet: nam in epiſtola quadam ad Atticum de quo hic etiam agit, inquit, *Placet mihi igitur, & idem etiam tibi, nuntium remitti:* non tamen affirmarim idem negotium in hac, & in illa tractari. *Victorius.*

29. *De nuntio remittendo.*] Divortio faciendo inter Tulliam & Dolabellam. 11 ad Attic. 20. & 23. *J. F. Gronov.*

30. *Quæ ſit iſtius vis hoc tempore.*] Quantum poſſit & valeat cum maxime Dolabella. *Idem.*

31. *Quæ concitatio multitudinis.*] Quum legem ferret de tabulis novis, & mercedibus ædium. Dio lib. XLII. *Idem.*

32. *Quies tamen.*] manutius ait in uno libro inventum, *quieſce tamen.* Forte, *ſi metuendus iratus; quieſces:* Si putes nobis metuendum fore Dolabellam irritatum divortio, melius non remitti nuntium. Dein breviter, *Tamen ab illo fortaſſe naſcetur.* ſcilicet cauſſa divortii. Ipſe luxurioſus & perditus offenſus moribus longe diverſis uxoris nuntium illi remittet: *Idem.*

33. *Veſtrum*

dum. Si ille Romam modeſtè venturus eſt: rectè in præſentia domi eſſe poteſtis. ſin homo amens diripiendam urbem daturus eſt, vereor, ut Dolabella ipſe ſatis [h] nobis prodeſſe poſſit. Etiam illud metuo, ne jam [i] intercludamur, ut, cùm velitis exire, non liceat. Reliquum eſt, quod ipſæ optimè conſiderabitis, veſtri ſimiles fœminæ ſintne Romæ. Si enim non ſunt, videndum eſt, ut honeſtè vos eſſe poſſitis. [k] 34 Quomodo quidem nunc ſe res habet, modò ut hæc vobis loca tenere liceat, belliſſimè vel mecum, vel in noſtris prædiis eſſe [l] poteritis. Etiam illud verendum eſt, ne brevi tempore fames in urbe ſit. His de rebus velim cum Pomponio, cum Camillo, cum quibus vobis videbitur, conſideretis. ad ſummam, animo forti ſitis. Labienus rem meliorem fecit. Adjuvat etiam Piſo, quòd ab urbe [m] diſcedit, & ſceleris condemnat generum ſuum. Vos meæ cariſſimæ animæ, quàm ſæpiſſimè ad me ſcribite, & vos quid agatis, & quid iſtic agatur. Quintus [n] pater, & filius, & 35 Rufus vobis ſalutem dicunt. Valete. VIII. kalend. Quintil. [o] Menturnis.

h vobis *alii*. i intercludamini *MS*. k *alii* quoquo modo, *aut* quomodocunque nunc. l poteris *MS*. m diſceſſit *MS*. n *alii* frater. P. B. o *alii* Mint.

EPISTOLA XV.

ARG. *Conſilii ſui de mittendo ad Cæſarem Cicerone filio mutationem ſignificat: anno tertio civilis belli, Cæſare dictatore iterum, nondum creatis conſulibus.* [A. V. C. DCCVI.] Hanc præceſſit ep. 11. hujus libri, ſequitur ep. 16. eodem hoc libro.

M. T. C. TERENTIÆ SUÆ S. P. D.

SI vales, bene eſt. 36 Conſtitueramus, ut ad te anteà ſcripſeram, obviam Ciceronem Cæſari mittere: ſed mu-

33. *Veſtrum jam conſilium eſt.*] Importune in hunc locum inculcata hæc epiſtola eſt. Quis enim non videt illam ſcriptam initio belli civilis inter Pompejum & Cæſarem? *Victor.*

34. *Quo modo quidem nunc ſe res habet.*] Ut ſe nunc res habet: pro ſtatu rerum præſenti. ep. 2. lib. II. ad Q. fr. *Quo modo ſe res habet, non eſt facillima.* ad Att. ep. 2. lib. XIII. *Quo modo nunc eſt, pedem ubi ponat in ſuo, non habet.* lib. II. de Orat. *Quo modo nunc ſe iſtorum artes habent, pertimeſcenda eſt multitudo cauſſarum.* P. Manut. *Quomodo quidem nunc ſe res habet.*] *Quomodoque* eſt in vetere libro manuſcripto, & ita opinor legendum. al. *quomodocunque*. Urſin.

35. *Rufus.*] Fortaſſe M. Cœlius Rufus: quem ad Ciceronem

mutavimus conſilium, quia de illius adventu nihil au- diebamus. De ceteris rebus, etſi nihil ^p^ erat novi, tamen quid velimus, & quid hoc tempore putemus opus eſſe, ex Sicca poteris cognoſcere. Tulliam adhuc mecum teneo. Valitudinem tuam cura diligenter. Vale. XII. kalendas Quintil.

p erit MS.

EPISTOLA XVI.

ARG. *De litteris, de Volumnia, de ſuo dolore. anno tertio civilis belli, Cæſare dictatore iterum, ſine conſulibus.* [A.V.C. DCCV.] Hanc præceſſit proxime ſequens epiſtola, ſequitur ep. II. eodem hoc libro.

M. T. C. TERENTIÆ SUÆ S. P. D.

SI vales, bene eſt: valeo. 37 Etſi ejuſmodi tempora noſtra ſunt, ut nihil habeam, quod aut à te litterarum

in Cumanum veniſſe conſtat ex epiſt. 16. lib. II. Vel, ſi hoc non probatur, dictum putemus de Meſcinio Rufo, qui Ciceronis quæſtor in provincia fuerat, ep. 19, 20. lib. V. *P. Manut.*

36. *Conſtitueramus.*] Hæc poſt pugnam Pharſalicam ſcripta eſt cum Brundiſii eſſet, quod ſignificatur primis verbis: dixerat enim antea, *Nobis erat in animo Ciceronem ad Cæſarem mittere.* Præterea quod inquit, *Tulliam adhuc mecum teneo.* Victor.

37. *Etſi ejuſmodi tempora.*] Non poſſum facile conſtituere quo tempore hæc epiſtola ſcripta ſit, utrumne poſt victoriam Cæſaris cum Brunduſii ſederet, an multo tempore antea cum exularet. Verba illa *ut ii voluerunt, qui de mea ſententia detruſerunt*, aperte videntur tempus quo ſcripta ſit: nam aliis in locis reprehendit conſilium ſuum, qui iis paruerit, qui in vita eum retinere voluerunt, cum ipſi ſibi manus afferre cogitaret, poſtquam patria pulſus eſt. Quamvis accommodari etiam poſſint tempori, quod Brunduſii manſit, ut ſcil. queratur de illis qui invitum eum coëgerunt partes Pompejan. relinquere: docet enim ſe ſupra magnis injuriis compulſum id conſilium cepiſſe quod non facile explicari poſſet. In epiſt. ad Attic. inquit: *Quæ me cauſſæ moverint, quam acerbæ, quam graves, quam novæ*, & quæ ſequuntur; ut hoc verius eſſe putem. *Victor.* *Ejuſmodi tempora noſtra ſunt.*] Brundiſii jacebat in mœrore. nam & Pompejanos offenderat, & victorem Cæſarem timebat. temere enim, quod ipſe epiſt. 8. ad Att. lib. II. fatetur, non arceſſitus a Cæſare in Italiam venerat. nam neque palam cum lictoribus ad urbem audebat accedere, ne quis impetus Cæſarianorum militum fieret: & lictores, ante bellum civile ſibi a populo datos, omnino dimittere nolebat. in hoc ſtatu, nec habebat quod ſcriberet, nec a Terentia cur litteras exſpectaret. *P. Manut.*

38. Si

rum exſpectem, aut ipſe ad te ſcribam: tamen neſcio quomodo & ipſe veſtras litteras exſpecto, & ſcribo ad vos, cùm habeo, qui ferat. Volumnia debuit in te officioſior eſſe, quàm fuit; & idipſum, quod fecit, potuit diligentiùs facere & cautiùs: quamquam alia ſunt, quæ magis curemus, magiſque doleamus. Quæ me ita conficiunt, ut ii voluerunt, qui me de q mea ſententia detruſerunt. Cura, ut valeas. Pridie kalend. Januar. q ſua MSS.

EPISTOLA XVII.

ARG. *Materiam ſcribendi ſibi deeſſe dicit: ſuum dolorem ex Lepta & Trebatii ſermone poſſe cognoſci. Terentiam curare & ſuam & Tulliæ valetudinem jubet. Scripta videtur ante ſuperiorem, Decembri menſe, cum Cicero Brundiſii eſſet. nam quod hic de Lepta & Trebatio ſcribitur idem ep.* 8. *ad Attic. lib.* XI. Quantis curis afficiar; cognoſces ex Lepta & Trebatio. [A. V. C. DCCV.] Hanc præceſſit ep. 9. hujus libri, ſequitur quæ proxime præceſſit.

M. T. C. TERENTIÆ SUÆ S. D.

S. V. B. E. V. [38] Si quid haberem, quod ad te ſcriberem, facerem id & pluribus verbis & ſæpius. Nunc quæ r ſunt negotia, vides. Ego autem quomodo ſim s affectus, ex Lepta & Trebatio poteris cognoſcere. Tu fac, ut tuam & Tulliæ valitudinem cures. Vale. r ſint Lamb. s afflictus MS.

EPISTOLA XVIII.

ARG. *Uxoris & filiæ conſilio permittit, quid faciant, Romæ ne ſint in adventu Cæſaris, an cum ipſo in aliquo tuto loco. anno primo civilis belli, Lentulo & Marcello Coſſ.* [A. V. C. DCCIV.] Hanc præceſſit ep. 14. hujus libri, ſequitur ep. 12. lib. XVI.

TULLIUS TERENTIÆ SUÆ, ET PATER SUAVISS. FILIÆ TULLIOLÆ, CICERO MATRI, ET SORORI S. P. D. P. CCXXIX.

[39] CONSIDERANDUM t vobis etiam atque etiam, animæ meæ, diligenter puto, quid faciatis: Romæne t nobis MS.

38. *Si quid haberem.*] Conſtat ſcriptam fuiſſe, cum Brundiſii eſſet: nam ad Atticum nunc etiam ſcribens, inquit: *Quantis curis afficiar etſi profecto vides; tamen cognoſces ex Lepta & Trebatio.* Victorius.

39. *Conſiderandum vobis.*] Scripta initio belli civilis, quare & le-

v an MS. maneatis, v an mecum in aliquo tuto loco. Id non ſolum meum conſilium eſt, ſed etiam veſtrum. Mihi veniunt in mentem hæc: Romæ vos eſſe tuto poſſe per
x vobis alii. Dolabellam, eamque rem poſſe x nobis adjumento eſſe, ſi quæ vis, aut ſi quæ rapinæ fieri cœperint. Sed rurſus illud me movet, quòd video, omnes bonos abeſſe Roma, & eos mulieres ſuas ſecum habere. Hæc autem
y tum alii. regio, in qua ego ſum, noſtrorum eſt y cùm oppidorum, tum etiam prædiorum: ut & multùm eſſe me-
z prædiis eſſe alii. cum, &, cùm abieritis, commodè & in noſtris z eſſe poſſitis. Mihi planè non ſatis conſtat adhuc, utrum ſit melius. Vos videte, quid aliæ faciant iſto loco fœminæ: & ne, cùm velitis, exire non liceat. id velim diligenter etiam atque etiam vobiſcum & cum amicis conſideretis. Domus ut propugnacula & præſidium habeat, Philotimo dicetis. Et velim tabellarios inſtituatis certos, ut quotidie aliquas à vobis litteras accipiam. Maximè autem date operam, ut valeatis, ſi nos vultis valere. VIII. kal. Formiis.

EPISTOLA XIX.

ARG. *Agit de valetudine Tulliæ.* [A. V. C. DCCV.] Hanc præceſſit ep. 12. hujus libri, ſequitur ep. 9. eodem hoc libro.

M. T. C. TERENTIÆ S. D.

40 IN maximis meis doloribus excruciat me valitudo Tulliæ noſtræ. De qua nihil eſt, quòd ad te plura ſcribam. tibi enim æquè magnæ curæ eſſe certò ſcio.
a eſſe deeſt in MS. Quòd me propiùs vultis accedere, video ita a eſſe faciendum.

ſa huc importunè inculcata. Unum admonere volo, inſcriptiones harum epiſtolarum, quæ & elegantiſſimæ ſunt, & amoris ac ſuavitatis pleniſſimæ, quales in meo libro ſunt, tales in Mediceo inveniri: id enim ſumma diligentia cuſtodivimus. Idem etiam in epiſtolis, quæ ad Tironem ſcriptæ ſunt, obſervavimus; nam illarum quoque inſcriptiones, & ſuaviſſimæ, & ardentiſſimæ ſunt. *Victor.*

40. *In maximis meis doloribus.*] Scripta ut arbitror cum Brundiſii eſſet, poſt devictum Pompejum: id mihi ſignificant verba illa, *Quòd me propius vultis accedere.* nam ad Att. etiam ſcribens, eodem tempore, inquit, *Quòd ſcribis placere, ut propius accedam.* in hac etiam epiſtola narrat ſe expectare à Pomponio literas, quid enim de hac re ille ſentiret, ſcire volebat. *Idem.*

41. Mi

ciendum. [b] etiam antè feciſſem: ſed 41 me multa impedierunt, quæ ne nunc quidem expedita ſunt. Sed à Pomponio exſpecto litteras, quas ad me quàm primùm perferendas cures velim. Da operam ut valeas. b & jam ita *MS.* P. B.

EPISTOLA XX.

ARG. *Jam literis a Cæſare acceptis ex hac epiſtola patet Ciceronem propius Romam acceſſiſſe.* [A. V. C. DCCVI.] Hanc præceſſit ep. ſequens 22. ſequitur ep. 21. lib. xv.

M. T. C. TERENTIÆ SUÆ S. P. D.

42 IN Tuſculanum nos [c] venturos putamus aut nonis aut poſtridie. ibi ut ſint omnia parata. Pluresenim fortaſſe nobiſcum erunt, &, ut arbitror, diutius ibi commorabimur. Labrum ſi in [d] balineo non eſt, ut ſit. item cetera, quæ ſunt ad victum & [e] ad valitudinem neceſſaria. Vale. kal. Octobr. 43 de Venuſino.

c futuros *alii.* d balneo *alii.* e ad *delent alii.*

EPI-

41. *Me multa impedierunt.*] Præcipue lictores: quos non nominat; quia cautius agit cum femina, quam cum prudenti viro Attico. ad quem enim ſcribens ep. 6. lib. 11. *Propius, inquit, accedere, ut ſuades, quo modo ſine lictoribus, quos populus dedit, poſſum? qui mihi incolumi adimi non poſſunt.* P. Manut.

42. *In Tuſculanum nos venturos.*] Hæc quoque non ſervato ordine hic collocata eſt, tempus etiam incertum, quo ſcripta ſit: fortaſſe cùm è provincia rediit: potuit etiam cum ad urbem appropinquaret, poſt reditum Cæſaris in Italiam: nam non antè Brundiſio diſceſſit, quàm illum bello Alexandrino confecto, & Pharnace ſuperato, victorem Tarentum navibus appuliſſe audivit. De duabus quæ ſequuntur, nihil certi tradi poteſt, ſuſpicor tamen ſcriptas eſſe à Cicerone cùm Brundiſii maneret. *Victor.*

43. *De Venuſio.*] Mediceus codex, *de Venſino*, nos de Venuſino ſcripſimus, unius literæ defectum illum habere arbitrati. Petrarcæ ſane liber (De Venuſino) habet: nam (de Venuſio) nullo pacto probamus. Venuſia enim hæc urbs appellatur, non Venuſium neutro genere. præterea non adpoſuiſſet præpoſitionem civitati, ut ſuprà: Dat. pr. Non. Novemb. Brunduſio: & aliis infinitis locis. Quòd autem in hac ipſa parvula epiſtola bis delevimus *fac*, tribuimus id & antiquorum codicum autoritati, & familiaris ſermonis conſuetudini. ſæpe enim hujuſmodi voces elegantius deſiderantur: nam & facile intelligi poſſunt, & brevitatem ſermonis adjuvant. quàm autem ſæpe ſic Cicero, & comici maxime loquantur: quia crebra ſunt exempla, non longior ero id oſtendendo. *Victor.*

44. Red-

EPISTOLA XXI.

ARG. *Monet Terentiam, operam det, ut convaleſcat.* [A. V. C. DCCV.] Hanc præceſſit ep. 8. hujus libri, ſequitur ep. 6. eodem hoc libro.

M. T. C. TERENTIÆ SUÆ S. P. D.

SI vales, bene eſt: valeo. Da operam, ut convaleſcas. quod opus erit, ut res tempuſque poſtulat, provideas atque adminiſtres: & ad me de omnibus rebus quàm ſæpiſſimè litteras mittas. Vale.

EPISTOLA XXII.

ARG. *Ait ſe capturum conſilium ex literis Terentiæ.* [A. V. C. DCCVI.] Hanc præceſſit ſequens epiſtola, ſequitur ſuperior 20.

M. T. C. TERENTIÆ SUÆ S. P. D.

SI vales, bene eſt: valeo. Nos [f] quotidie tabellarios [g] noſtros exſpectamus: qui ſi venerint, fortaſſe erimus certiores, quid nobis faciendum ſit: faciemuſque te ſtatim certiorem. Valitudinem tuam cura diligenter. Vale. kalendis Septembrib.

[f] tota die *MSS.*
[g] *alii* veſtros.

EPISTOLA XXIII.

ARG. *Incertum eſſe ait, an Cæſari venienti obviam procedat, an eum Brunduſii expectet.* [A. V. C. DCCVI.] Hanc præceſſit ſequens ep. ſequitur ſuperior.

M. T. C. TERENTIÆ SUÆ S. P. D.

P. CCXL. SI vales, bene eſt: valeo. 44 Redditæ mihi [h] tandem ſunt à Cæſare litteræ ſatis liberales: & ipſe [i] opinione ce-

[h] jam tandem *alii.*
[i] opinione *non eſt in MS.*

44. *Reddita mihi jam tandem.*] Dubitari non poteſt, quin hæ literæ & inferiores poſt reditum ipſius in Italiam ſcriptæ ſint, relictis partibus Pompejanis, cùm jam multum tempus Brundiſii manſiſſet. Quod autem ſe adhuc non ſtatuiſſe inquit, utrum illi obviam procedat, an illic eum expectet: quid poſtea fecit, nam Plutarchus in vita ipſius: Κατασχὼν δ' εἰς Βρεντέσιον ἐνταῦθα διέτριβε. Καίσαρα περιμένων βραδύνοντα διὰ τὰς ἐν Ἀσίᾳ καὶ περὶ Αἴγυπτον ἀσχολίας ἐπεὶ δὲ εἰς Τάραντα καθωρμισμένος ἀπηγγέλλετο

καὶ

celeriùs venturus eſſe dicitur. Cui utrùm obviàm procedam, an hîc eum exſpectem, cùm conſtituero, faciam te certiorem. Tabellarios mihi velim quàm primùm remittas. Valitudinem tuam cura diligenter. Vale. D. pridie idus Sext.

EPISTOLA XXIV.

ARG. *Se nihil habere certi de Cæſaris adventu ait.* [A. V. C. DCCVI.] Hanc præceſſit ep. 13. hujus libri, ſequitur proxime ſuperior.

M. T. C. TERENTIÆ S. P. D.

SI vales, bene eſt: valeo. Nos neque de Cæſaris adventu, neque de litteris, quas Philotimus habere dicitur, quidquam adhuc certi habemus. Si quid erit certi, faciam te ſtatim certiorem. Valitudinem tuam fac ut cures. Vale. [k] III. idus Sextiles.

k Pr. Kal. Sext. *MS.*

καὶ πεζῇ παρμιὰν ἐκεῖθεν εἰς Βρεντέσιον, ὥρμησεν πρὸς αὐτόν, Victorius.

M. TULLII CICERONIS
EPISTOLARUM
LIBER QUINTUSDECIMUS,
AD
CONSULES, ET CETEROS.

EPISTOLA I.

ARG. *Cum Parthi, duce Pacoro, Orodis regis filio, maximis copiis Euphratem flumen, Romani imperii terminum, tranſiſſent; ſollicitus Cicero cum de Ciliciensi provincia, quam conſulari imperio regebat, tum de reliquis etiam ab impetu belli non longe remotis, monet conſules, prætores, tribunos pl. & ſenatum, ut majores exercitus ad earum provinciarum præſidium primo quoque tempore mittantur. Hæc epiſtola, Sulpicio, Marcello Coſſ. quo anno in provinciam ivit,*

ſcripta eſt: ſed collocari debuit poſt eam quæ ſequitur, ac rurſus poſt eam quæ ſcripta eſt ad Catonem, ex more, Cum ad me legati: in qua, [illegible] ſe [illegible] de [illegible] Parthis tranſiſſe, ſignificat. A. U. C. DCCII. Hanc præcedit ep. 3. hujus libri, ſequitur ep. 6. lib. III.

M. TULLIUS M. F. CICERO PROCONSUL, S. P. D. COSS. PRÆTT. TRIBB. PL. [a] SENATUI

a SEN. P. Q. R. *alii.*

SI vos V. B. E. E. Q. V. Etſi non dubiè mihi nuntiabatur, Parthos tranſiſſe Euphratem cum omnibus [b] ferè ſuis copiis: tamen, quòd arbitrabar, à M. Bibulo proconſule certiora de his rebus ad vos ſcribi poſſe, ſtatuebam mihi non neceſſe eſſe publicè ſcribere ea, quæ de alterius provincia nuntiarentur. Poſteà verò quàm certiſſimis auctoribus, legatis, nuntiis, litteris ſum certior factus, vel quòd tanta res erat, vel quod nondum audieramus, Bibulum in Syriam veniſſe: vel quia adminiſtratio hujus belli mihi cum Bibulo pænè eſt communis, quæ ad me delata eſſent, ſcribenda ad vos putavi. [1] Regis Antiochi Commageni legati primi mihi nuntiarunt, Parthorum magnas co-

b *fere abeſt a MSS.*

P. P.

1. *Regis Antiochi Commageni.*] *Commagene* Syriæ pars ad Euphratem & Taurum montem ſita, poſterioribus temporibus *Euphratenſis* dicta, & *Auguſt-Euphratenſis*, quam Seleucidis Romani cum Syriam occupaſſent, reliquiſſe videntur, ejus Reges dicti Antiochi Commageni. Iſti, cujus hic Cicero meminit, Lucullus captis Tygranocertis, uxorem captivam reſtituit, & Cn. Pompejus Seleuciam Meſopotamiæ caſtellum donavit. Strab. lib. XVI. Huic bellum intulit Ventidius Antonii legatus, cupiditate ejus pecuniæ incenſus, quam poſſidebat. Sed cum egregie ſe tueretur, clam Antonius cum eo de pace egit, ut honeſte poſſet recedere. Ad quam ſanciendam ei tradidit Antonius Alexandrum interficiendum, qui ad Romanos transfugerat: Dio lib. XLIX. Ejus filius Antiochus Commagenus accuſatus capitis & damnatus eſt, quod legatum fratris, cum quo exercebat inimicitias, Romam miſſum perfide interfecit: Dio lib. LII. Tiberius in provinciæ formam redegit Commagenen, cum mortuus eſſet Antiochus ejus Rex, qui forte filius fuit damnati: Tacit. II. Ann. c. 56. ſed Caligula Seleucidis reſtituit regnum Commagenæ adjectis Ciliciæ maritimis, & quidem Antiocho, Antiochi hujus filio, qui videtur fuiſſe pronepos hujus Antiochi, cujus hic Cicero meminit. Fuit tota vita clarus & vetuſtis opibus ingens, & inſervientium Regum ditiſſimus & feliciſſimus: Tacit. II. Hiſt. cap. 81. Tandem fuit ſub Veſpaſiano accuſatus & Lacedæmonem relegatus, &

Com-

copias Euphraten tranſire cœpiſſe. Quo nuntio allato, cùm eſſent nonnulli, qui ei: [c] regi minorem fidem ha- c rei *MSS.*
bendam putarent, ſtatui exſpectandum eſſe, ſi quid certius afferretur. A. d. XIII. kalendas Octobr. cùm exercitum in Ciliciam ducerem, in finibus Lycaoniæ [d] & Cappadociæ mihi [2] litteræ redditæ ſunt [3] à Tarcon- d e Cap-
dimoto, qui fideliſſimus ſocius trans Taurum, amiciſſi- padocia *MSS.*
muſque populi Romani exiſtimatur: [4] Pacorem [e] Oro- e Orodis
di, regis Parthorum, filium, cum permagno equitatu *MSS.*
Parthico tranſiſſe Euphraten, & caſtra poſuiſſe Tybæ: magnumque tumultum eſſe in provincia Syria excitatum. Eodem die ab [f] Jamblicho Phylarcho Arabum, f Jamblico
Vict.
quem homines opinantur bene ſentire, amicumque eſſe reipublicæ noſtræ, litteræ de eiſdem rebus mihi redditæ ſunt. His rebus allatis, etſi intelligebam, ſocios infirmè animatos eſſe, & novarum rerum exſpectatione

Commagene iterum in provinciæ formam redacta: Joſephus lib. VII. c. 27. Bell. Jud. Sueton. Veſpaſ. c. 8. *Rupertus.*

2. *Litteræ redditæ ſunt à Tarcondimoto.*] Dion *Tarcondomotum* hunc regulum appellat: nam apud alios auctores aliquantulum hoc nomen librariorum vitio (ut puto) variatum reperias. De clementia Cæſaris loquens Dion lib. XLI. ſic argumentatur: Τεκμήριον δὲ, ὅτι Σανδάλου μὲν τοῦ Θρακὸς, καὶ Δηϊοτάρου τοῦ Γαλάτου, καίτοι καὶ ἐν τῇ μάχῃ γενομένων, Ταρκονδομότου τε ἐν μέρει μέν τινι τῆς Κιλικίας δυναστεύοντος, πλεῖστον δὲ αὐτῷ πρὸς τὰ ναυτικὰ βοηθήσαντος, ἐφείσατο. *Victorius.* Nec a vetuſtis codicibus diſcedo (nam in Mediceo, cui multum tribuo, nulla varietas), nec receptam lectionem muto. Res ipſa liberque meus teſtantur: nec ullo modo reprehendi debeo, ſi in manuſcripto Dione oſtendi *Tarcondometum* legi: cui enim hæc puſilla in re diligentia mea obeſſe poteſt? Idem tamen in melioribus poſtea codicibus Dionis *Tarcondimotum* ſcriptum eſſe obſervavi. *Idem in poſt.*

3. *A Tarcondimoto.*] Regulo in Ciliciæ parte, qui Civili Bello contra Cæſarem pro Pompejo pugnavit: eique poſtea victor Cæſar ignovit. poſt interitum Cæſaris, copias pro reip. partibus comparante C. Caſſio, cum eo ſe conjunxit. Caſſio mortuo, ſecutus Antonium cum Octaviano dimicantem, ab Agrippa navali prœlio cæſus eſt. Dio lib. XLI. XLVII. L. Strabo lib. XIV. Florus lib. IV. *P. Manut.*

4. *Pacorum.*] Dux eſſe videbatur, quia regis filius: revera autem copias Oſaces ducebat: quem poſtea C. Caſſius prœlio victum occidit. Pacorus autem hoc tempore nondum ex ephebis exceſſerat. Dio lib. XL. Eum poſt aliquot annos cum omnibus copiis cæſum a Ventidio, qui de Parthis primus triumphavit, idem Dio lib. XLIX. Juſtinus lib. XLII. & alii prodiderunt. *P. Manut.*

tione ſuſpenſos: ſperabam tamen, eos, ad quos jam acceſſeram, [5] quique noſtram conſuetudinem integritatemque perſpexerant, amiciores populo Romano eſſe factos; Ciliciam autem firmiorem fore, [6] ſi æquitatis noſtræ particeps facta eſſet. Et ob eam cauſam, & ut opprimerentur ii, qui ex Cilicum gente in armis eſſent, & ut hoſtis is, qui eſſet in Syria, ſciret, exercitum populi Romani non modo non cedere his nuntiis allatis, ſed etiam propius accedere, exercitum ad Taurum inſtitui ducere. Sed, ſi quid apud vos auctoritas mea ponderis habet, in iis præſertim rebus, quas vos audiſtis, ego pænè cerno, [g] magno opere vos & hortor & moneo, ut his provinciis ſeriùs vos quidem, quàm decuit, ſed aliquando tamen conſulatis. Nos quemadmodum inſtructos, & quibus præſidiis munitos ad tanti belli opinionem miſeritis, non eſtis ignari. quod ego negotium non ſtultitia obcæcatus, ſed verecundia deterritus, non recuſavi. Neque enim umquam ullum periculum tantum putavi, quod ſubterfugere mallem, quàm veſtræ auctoritati obtemperare. Hoc autem tempore res [h] ſeſe ſic habet, ut, niſi exercitum tantum, quantum ad maximum bellum mittere ſoletis, maturè in has provincias miſeritis, ſummum periculum ſit, ne amittendæ ſint omnes hæ provinciæ, quibus vectigalia populi Romani continentur. Quamobrem autem in hoc provinciali dilectu ſpem habeatis aliquam, cauſa nulla eſt: neque multi ſunt; & [i] diffugiunt qui ſunt, metu oblato. Et, quod genus hoc militum ſit, [k] judicavit vir fortiſſimus M. Bibulus in Aſia; qui, cùm vos ei [l] permiſiſtis, dilectum habere noluerit. Nam ſociorum auxilia, propter acerbitatem atque injurias imperii noſtri,

[g] magnopere *alii.*
P. CCXLI.
[h] ſe *Vict.*
[i] diffugerunt *MS.*
[k] indicavit *alii.*
[l] permiſiſſetis *alii.*

5. *Quique noſtram conſuetudinem.*] Probo lectionem Corrigienſis, ingeniumque ac diligentiam ipſius laudo, qui *manſuetudinem* potius, quam *conſuetudinem* legendum putet. *Victorius.* *Manſuetudinem* habet vetus liber manuſcriptus, aliquanto (ut videtur) meliore ſententia. *Urſin.* *Noſtram conſuetudinem integritatemque.*] Mei imperii placidum morem & abſtinentiam. x. epiſt. 28. *ad priſtinam virtutem conſuetudinemque revocavi.* II Verr. 66. *videtis igitur conſuetudinem religionemque Græcorum.* J. F. Gronov.

6. *Si æquitatis noſtræ particeps.*] Sic rectè Veneti, alii *ſi æquitatis noſtri*, male; nam ante ſe durius habitam & afflictam fuiſſe illam provinciam alibi quoque ſignificavit. *Camerar.*

7. Ar-

ſtri, aut ita m imbecilla ſunt, ut non multùm nos juvare poſſint; aut ita alienata à nobis, ut neque exſpectandum ab iis, neque committendum iis quidquàm eſſe videatur. Regis Dejotari, & voluntatem, & copias, quantæcumque ſunt, noſtras eſſe duco. Cappadocia eſt inanis. Reliqui reges tyrannique, neque opibus ſatis firmi, n nec voluntate ſunt. Mihi in hac paucitate militum animus certè non deerit: ſpero ne conſilium quidem. Quid caſurum ſit, incertum eſt. Utinam ſaluti noſtræ conſulere poſſimus! dignitati certè conſulemus.

m imbella MS.

n *alii* neque.

EPISTOLA II.

ARG. *Exponit, audito Parthorum adventu, quid egerit pro tuenda provincia, ſociiſque in fide continendis; adjungit de rege Ariobarzane ab inſidiis liberato.* [A. V. C. DCCII.] Hanc præceſſit ep. 12. hujus libri, ſequitur proxime ſubjecta.

M. TULLIUS M. F. CICERO PROCOS. S. P. D. COSS. PRÆTT. TRIBB. PL. o SENAT.

o *alii* SEN. P. Q. R.

S. V. V. B. E. E. Q. V. Cùm pridie kalend. Sext. in p provinciam veniſſem, neque maturiùs propter itinerum & navigationum difficultatem venire potuiſſem, maximè convenire officio meo, reique publicæ conducere putavi, parare ea, quæ ad exercitum, quæque ad rem militarem pertinerent. Quæ cùm eſſent à me cura magis & diligentia, quàm facultate & copia, conſtituta: nuntiique & litteræ de bello à Parthis in provinciam Syriam illato, quotidie fere afferrentur: iter mihi faciendum per Lycaoniam, & per Iſauros, & per Cappadociam arbitratus ſum. erat enim magna ſuſpicio, Parthos, ſi ex Syria egredi atque irrumpere in meam provinciam conarentur, iter eos per Cappadociam, quòd ea maximè pateret, eſſe facturos. Itaque cum exercitu per Cappadociæ partem eam, quæ cum Cilicia continens eſt, iter feci: caſtraque ad Cybiſtra, quod oppidum eſt ad montem Taurum, locavi, ut 7 Artuaſdes, rex Armenius, quocumque animo eſſet, ſciret,

p *alii* meam, *aut* eam prov.

7. *Artuaſdes, rex Armenius, quocumque animo eſſet.*] Cujus ſoror Pacoro, regis Parthorum filio, nupta erat; filia vero Dejotari

ſciret, non procul à ſuis finibus exercitum populi Romani eſſe: & Dejotarum, fideliſſimum regem, atque amiciſſimum reipublicæ noſtræ, maximè conjunctum [q] haberem, cujus & conſilio & opibus [r] adjuvari poſſet reſpublica. Quo cùm in loco caſtra haberem, equitatumque in Ciliciam miſiſſem, ut & meus adventus iis civitatibus, quæ in ea parte eſſent, nuntiatus, firmiores animos [s] omnium faceret, & ego maturè, quid ageretur in Syria, ſcire poſſem, tempus ejus tridui, quod in his caſtris morabar, in magno officio & neceſſario mihi ponendum putavi. Cùm enim veſtra auctoritas interceſſiſſet, ut ego regem Ariobarzanem, [t] Euſeben, [8] & Philoromæum tuerer, ejuſque regis ſalutem, [v] incolumitatem regnumque defenderem: regi regnoque præſidio eſſem: adjunxiſſetiſque, ſalutem ejus regis, populo ſenatuique magnæ curæ eſſe, quod nullo unquam de rege decretum eſſet à noſtro ordine: exiſtimavi me judicium veſtrum ad regem deferre debere, eique præſidium meum, & fidem, & diligentiam polliceri: ut, quum ſalus ipſius, incolumitas regni mihi commendata

q haberem hominem *alii.*
r juvari *MS.*
s hominum *alii.*
P.CCXLII.
t ἐυσεβῆ καὶ φιλορωμαῖον *Ald*
v & incolumitatem regni *alii.*

ri regis filio pacta. ep. 3. & ad Att. ep. 21. lib. v. Appianus in Parthico. *Artavaſdes*, non *Artuaſdes*, vocatur ep. 20, 21. lib. v. ad Att. & a Paterculo. Dicit autem, *Quocumque animo eſſet*, quia propter affinitatem cum rege Parthorum contractam dubitari poterat. idque ſignificat apertius ep. 20. lib. v. *Perrexi* (ait) *in Ciliciam per Cappadociæ partem eam, quæ Ciliciam attingit, eo conſilio, ut Armenius Artavaſdes, & ipſi Parthi Cappadocia ſe excludi putarent.* P. Manut.

8. *Et Philoromæum.*] Exſtant apud me duo antiqua numiſmata ex argento, quorum alterum habet imaginem Ariobarzanis, circumſcripto titulo ΒΑϹΙΛΕΩϹ ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝΟΥϹ ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ, alterum Ariarathis, cum literis ΒΑϹΙΛΕΩϹ ΑΡΙΑΡΑΘΟΥ ΕΥϹΕΒΟΥϹ. Ex quibus inſcriptionibus intelligimus Ariobarzanen quidem appellatum fuiſſe *Philoromæum*, Ariarathen vero *Euſeben.* Cicero tamen utrumque titulum ſoli tribuit Ariobarzani; niſi forte aliquod mendum ſit in his verbis, & nomen Ariarathes deſit, quum ſcriptum antea fuiſſet: *Ut ego reges Ariarathem & Ariobarzanem, Euſebem & Philoromæum, &c.* incidi poſtea in argenteum nummum Ariobarzanis hujus, quem hic deſcribit Cicero, in cujus una parte Ariobarzanis ipſius imago, in altero inſcriptio inciſa eſt ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝΟΥϹ ΕΥϹΕΒΟΥϹ ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ. *Urſin.* *Et Philoromæum &c.*] Id eſt, amicum populi Ro. pro lege Manilia circa initium. unde in vett. nummis: ΒΑϹΙΛΕΩΣ ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝΟΥ ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ. quidam codd. *Philonicum*, hæc adnotarat Cl. Puteanus. *Gebhard.*

9. A-

data eſſet à vobis, diceret, ſi quid vellet. Quæ eſſem in conſilio meo cum rege locutus, initio ille onis ſuæ vobis maximas, ut debuit, deinde etiam gratias egit: quòd [x] ei permagnum & perhonori- x & MSS. a videbatur, S. P. Q. R. tantæ curæ eſſe ſalutem : meque tantam diligentiam adhibere, ut & mea , & commendationis veſtræ auctoritas perſpici t. Atque [y] ille primò, quod mihi [z] maximæ læti- y illo Grav. à MSS. uit, ita mecum locutus eſt, ut nullas inſidias ne- vitæ ſuæ, neque regno diceret, ſe aut intelligere aut etiam ſuſpicari. Cùm ego ei gratulatus eſſem, z maxime alii. e me gaudere dixiſſem; [a] cohortatus, ut recorda- a & tamen adoleſcentem cohort. MSS. caſum illum interitus paterni, & vigilanter ſe tue- , [9] atque admonitu ſenatus conſuleret ſaluti ſuæ: à me diſceſſit in oppidum Cybiſtra. [b] Poſtero au- b Poſtremo MS. die cum [c] Ariarathe, fratre ſuo, & [d] cum paternis c Ariarate Vict. P. B. is, majoribus natu, ad me in caſtra venit: pertur- que, & flens, cùm idem & frater faceret, & ami- neam fidem, [e] veſtram commendationem implora- d alii delent cum. epit. Cùm admirarer, quid accidiſſet novi, dixit, indicia manifeſtarum inſidiarum eſſe delata, quæ e veſtramque alii. t ante adventum meum occultata, quòd ii, qui ea acere poſſent, [10] propter metum reticuiſſent: eo n tempore ſpe mei præſidii complures ea, quæ it, audacter ad ſe detuliſſe: in his amantiſſimum ſumma pietate præditum, fratrem, dicere ea, quæ quoque audiente dicebat, ſe ſollicitatum eſſe, ut re vellet: id vivo fratre ſuo accidere non potuiſſe: nen ante illud tempus eam rem numquam in me- , propter periculi metum, protuliſſe. Quæ cùm locutus: monui regem, ut omnem diligentiam ad nſervandum adhiberet; [11] amicoſque in patris ejus at-

Atque admonitu Senatus conſuleret ſaluti ſuæ.] Quia Hittor- codex habebat, *admonitum*, reſcribi volebat Gulielmius, *itum* vel, quod Stewechianus, *admoniti*, volebat *admonitis*. s omnibus nihil opus. Paullò ante ſcribunt locupletius Pala- extus & Hittorpianus. *idque me gaudere dixiſſem: & tamen ntem eſſem cohortatus.* Gebhard.

Propter metum reticuiſſent.] Locum non genuinum eſſe ſcri- varietate deprendo. Palatinus ſextus, *tacuiſſent*. alii *obti-* . primus verò & Stewechianus *renuntiaſſent*, unde faciendum *rem muſſaſſent*, ut volebat Gulielmius. *Idem.*

Amicoſque in patris ejus fide, atque judicio probatos &c.] Hoc

atque avi judicio probatos, hortatus ſum; regis ſui vitam, docti caſu acerbiſſimo patris ejus, omni cura cuſtodiaque defenderent. Cùm rex à me equitatum, cohorteſque de exercitu meo poſtularet; etſi intelligebam, veſtro ſenatus [f] conſulto non modò poſſe me id facere, ſed etiam debere; tamen, cùm reſpublica poſtularet, propter quotidianos ex Syria nuntios; ut quàm primùm exercitum ad Ciliciæ fines adducerem: cùmque mihi rex, patefactis jam inſidiis, non egere exercitu populi Romani, ſed poſſe ſe ſuis opibus defendere videretur, illum cohortatus ſum, ut in ſua vita conſervanda primùm regnare diſceret: à quibus perſpexiſſet ſibi inſidias paratas, in eos uteretur jure regio: 12 pœna afficeret [g] eos, quos neceſſe eſſet: reliquos metu liberaret:

[f] conſilio MSS.

[g] eos alii non habent.

Hoc loco veteres codices manci ſunt ad unum omnes; ut ſuſpicer hunc locum, ut multos alios reſtitutum eſſe, ſuppletumque ab aliquo arbitrio ſuo potius, & conjectura, quam veterum, & integrorum codicum auxilio. Nos tamen nulla re vulgatam, & receptam lectionem permutavimus, ſuſpectum tamen mirum in modum habemus: nec enim valde ſincerus ſermo nobis videtur *in patris ejus fide atque judicio probatos.* Quid enim facit ibi præpoſitio illa *in?* nobis ſanè omnem ſenſum (ſi legitima alia verba ſint) perturbare videtur: *patris judicio probatos*; optima nobis locutio videtur: *fide* non ita. videant quæſo hunc locum accuratius doctiores elegantioreſque viri: niſi fallor, parum hunc ſermonem probabunt: ἄκυρος enim profectò eſt, & malè cohærens: nos tamen nihil aliud quam ſuſpicionem adferimus: cum fide tantum antiquam multorum codicum ſcripturam proponemus: quæ fortaſſe ſi diligentius animadverſa fuerit, magno erit adjumento ad veram lectionem inveſtigandam. eſt autem hæc, *Amiceſque in patris ejus, atque judicio probato hortatus ſum*, *&c.* Victor. *Amicoſque in patris ejus atque avi judicio probatos.*] Repræſento lectionem, quam reperio in Palatino ſexto, optimo codice: nam primus, ſecund. tertius, Gruterianus, priſca editio, *amicoſque in patris ejus atque judicio probatos:* mutilè. Quartus verò & quintus vulgatam & quam Victorius ſecutus eſt, protogant, *amicoſque in patris ejus fide atque judicio probatos.* notat Egnatius in Medicæo ab alienâ manu τὸ *fide* additum: quod Victorius quoque non diffitetur. mavult tamen deleri τὸ *in* Andreas Schottus lib. III. Nodor. cap. 4. veſtigiis, ut ait, codicis Medicei inſiſtens, *amicoſque patris ejus avique judicio probatos*, emendabat. mihi non diſplicet Titi Popmæ conjectura quam proxima noſtro libro; *amicoſque patris ejus atque avi judicio probatos.* Gebhard.

12. *Pœna afficeret eos quos neceſſe eſſet; ceteros metu liberaret.*] Quomodo regnare oporteret, præclare intelligebat Cicero: ſciebatque inutile eſſe, quemadmodum non graviter animadvertendo in eos qui

ret: præſidio exercitus mei ad eorum, qui in culpa eſ-
ſent, timorem potiùs, quàm ad contentionem uteretur:
fore autem, ut omnes, quum ſenatus conſultum noſ-
ſent, intelligerent, me regi, ſi opus eſſet, ex auctori- P. CCXLIII.
tate veſtra præſidio [h] futurum. Ita confirmato illo, ex h eſſe fut.
eo loco caſtra movi, iter in Ciliciam facere inſtitui: *aliis*
cùm hac opinione è Cappadocia diſcederem, ut conſi-
lio veſtro, caſu incredibili ac pænè divino, regem,
quem vos honorificentiſſimè appellaſſetis, nullo poſtu-
lante, [i] quemque meæ fidei commendaſſetis, & cujus i quem
ſalutem magnæ vobis curæ eſſe decreviſſetis, meus ad- & meæ
ventus præſentibus inſidiis [k] liberaret. Quod ad vos à *MS.*
me ſcribi, non alienum putavi, [13] ut intelligeretis ex k liberaſ-
iis, quæ pænè acciderunt, vos multò antè, ne ea ac- ſet *aliis*
ci-

qui in vitam principis conſpiraſſent, ita etiam eos, qui non valdè illi culpæ affines eſſent, in diuturniore metu continere: homines enim propter metum ſæpe fortia & callida conſilia in animo verſant: ac deſperatione ſuadente, ea tentant, quæ, niſi omnem ſpem ſuæ ſalutis abjeciſſent, nunquam attingerent. Eſt igitur conſilium Ciceronis, Ariobarzani ipſi, & iis qui in eum leviter peccaſſent, ſalutare: nam eos tantum necandos cenſet quos neceſſe eſſet, reliquis autem ignoſcendum: ac non ſolum ignoſcendum, ſed etiam omnem timorem illis eripiendum. Plato in epiſtola ſua oſtendit, Dionyſium Syracuſarum tyrannum à nullo doctum, at valde regnandi peritum, hoc pulchrè tenuiſſe: cum enim & ſe, & alios læſiſſet, animadvertiſſetque ipſos propter has injurias male affectos eſſe, veritus, ne metu inducti audax aliquod facinus aggrederentur, conabatur blandis verbis, & omni genere comitatis omnem metum ex animis ipſorum pellere, ipſumque in primis Platonem bene ſperare jubebat. Verba Platonis hæc ſunt, quæ quia elegantiſſima ſunt & huic loco valde accommodata, libenter adpoſuimus: *ὁ δὲ αἰσθανόμενος πάντας ἡμᾶς οὕτω διατεθέντας, φοβούμενος μὴ μεῖζον ἐκ τῶν φόβων γένοιτό τι, φιλοφρόνως πάντας ἀνελάμβανε, καὶ δὴ καὶ αὐτὸν ἐμὲ παρεμυθεῖτο καὶ θαῤῥεῖν διεκελεύετο.* *Victorius.*

13. *Ut intelligeretis ex iis quæ pæne acciderunt.*] Mediceus codex ut non habet, quod culpa librarii factum procul dubio arbitrarer, niſi in ſimili ſententia & elocutione hoc idem non multo poſt commiſiſſet: nam in altera epiſtola ad Catonem ſic locus ille in eo libro inſcriptus eſt: *Cujus etiam interitum facile intelligerem, mihi quantum tribueres Milonis cauſſa in ſenatu defendenda approbaris.* Ac ne nunc quidem affirmarim mendo hos locos vacare: eſt enim durus ſermo, & auribus meis novus: hoc tamen propter libri ipſius auctoritatem adnotare volui, ſi forte elocutio vera & recta (quod non puto) eſſet. diligentia mea, ſi non doctrina, æquis probiſque viris ingrata non erit. *Idem.*

14. Sen-

ciderent, providiſſe: eoque vos ſtudioſiùs feci certiores, quod in rege Ariobarzane ea mihi ſigna videor virtutis, ingenii, fidei benivolentiæque erga vos perſpexiſſe; ut non ſine cauſa tantam curam [l] diligentiamque in ejus [m] vos ſalutem videamini contuliſſe.

l benevolentiam *alii.*
m nos *alii.*

EPISTOLA III.

ARG. *Scribit de rumore Parthici belli: & affert excuſationem, cur publice nihil ſcripſerit.* [A. V. C. DCCII.] Hanc præceſſit ſuperior epiſtola, ſequitur ep. 1. hujus libri.

[n] MARCUS CICERO M. CATONI S. D.

n *alii* M. T. C. IMP. *malè.*

Cum ad me legati, miſſi ab Antiocho Commageno, veniſſent in caſtra ad Iconium a. d. III. non. Septembr. iique mihi nuntiaſſent, regis Parthorum filium, quo-cum eſſet nupta regis Armeniorum ſoror, ad Euphraten cum maximis Parthorum copiis, multarumque prætereà gentium magna manu veniſſe, Euphratenque jam tranſire cœpiſſe: dicique Armenium regem in Cappadociam impetum eſſe facturum: putavi, pro noſtra neceſſitudine, me hoc ad te ſcribere oportere. Publicè propter duas cauſas nihil ſcripſi; quod & ipſum Commagenum legati dicebant ad ſenatum ſtatim nuntios litteraſque miſiſſe: & exiſtimabam, M. Bibulum proconſulem, qui circiter idus Sextiles ab Epheſo in Syriam navibus profectus erat, quòd ſecundos ventos habuiſſet, jam in provinciam ſuam perveniſſe: cujus litteris omnia [o] certiora perlatum iri ad ſenatum putabam. Mihi, ut in hujuſmodi re, tantoque bello, [p] maximæ curæ eſt, ut, quæ copiis & opibus [q] tenere vix poſſumus, ea manſuetudine & continentia noſtra, ſociorum fidelitate [r] teneamus. Tu velim, ut conſueſti, nos abſentes diligas & defendas.

P. B.

o certiora *deeſt in MS.*
p maximè *alii.*
q ferre *Nonius.*
r tueamur *idem.*

EPISTOLA IV.

ARG. *Res a ſe in provincia geſtas ordine exponit: &, ut earum cauſſa ſupplicatio ſibi, favente Catone, decernatur a ſenatu, cupere ſe ingenue confitetur. Paullo, Marcello Coſſ.* [A. V. C. DCCIII.] Hanc præceſſit ep. 9. lib. XIII. ſequitur ep. 10. hujus libri.

M. T. C.

M. T. C. IMP. M. CATONI, S. D.

[14] SUMMA tua auctoritas fecit, meumque perpetuum de tua ſingulari virtute judicium, ut magni mea intereſſe putarem, & res eas, quas geſſiſſem, tibi notas eſſe, & non ignorari à te, qua æquitate & continentia tuerer ſocios, provinciamque adminiſtrarem. His enim à te cognitis, arbitrabar, faciliùs me tibi, quæ vellem, probaturum. Cùm in provinciam pridie kal. Sext. veniſſem, & propter anni tempus ad exercitum mihi confeſtim eſſe eundum viderem, biduum Laodiceæ fui; deinde Apameæ quatriduum; triduum [s] Synnadis; totidem dies Philomeli. Quibus in oppidis cùm magni conventus fuiſſent, multas civitates [15] acerbiſſimis tributis, & graviſſimis uſuris, & [16] falſo ære alieno liberavi. Cumque ante adventum meum ſeditione quadam exercitus eſſet diſſipatus, quinque cohortes ſine legato, ſine tribuno militum, denique [t] etiam ſine centurione ullo apud [v] Philomelum conſediſſent; reliquus exercitus eſſet in Lycaonia, M. Annejo legato imperavi, ut eas quinque cohortes ad reliquum exercitum duceret, coactoque in unum locum exercitu, caſtra in Lycaonia apud Iconium faceret. Quod cùm ab illo diligenter eſſet [x] actum: ego in caſtra a. d. VII. kal. Septemb. veni: cùm interea ſuperioribus diebus ex ſena-

s Synadæ *Lamb.* Synade *alii.*
t etiam *non eſt in MS.*
v Philomeneum *MS.*
P. CCXLIV
x factum *MSS.*

14. *Summa tua auctoritas.*] Tanta fuit Catonis auctoritas ob ſingularem ejus integritatem, ut, quæ illi placerent, ea demum & recta, & honeſta omnes ducerent. argumentum illud inſigne; quod, ambitus cum eſſet maximus, tribuniti candidati jurarunt ſe arbitrio Catonis petituros, depoſitis apud eum H-S. quingenis; ut, qui a Catone damnatus eſſet, id perderet, & competitoribus tribueretur. ita viſus eſt Cato plus unus poſſe, quam omnes leges, omneſque judices. ep. 15. ad Att. lib. IV. & epiſt. 14. ad Q. fr. lib. II. *P. Manut.*

15. *Acerbiſſimis tributis.*] Tributa, quæ ſumma diligentia, ſine ulla remiſſione ad aſſem, immo ad unciam exiguntur, dicuntur *acerba*; ſic *exquiſitio acerba* eſt nimis accurata & diligens & propterea innocentibus etiam moleſta. Liv. lib. IV. *Qui cum acerba inquiſitione frumenti aperiret magis quam levaret inopiam.* Idem lib. XLV. *Vigilia acerbius & diligentius circumita ſunt.* Suet. in Calig. c. XLIII. *Dilectus ubique acerbiſſimè acti.* J. F. Gronov.

16. *Falſo ære alieno liberavi.*] *Et magno ære alieno liberavi*, videtur ſcribendum. *Urſinus.*

natuſconſulto, & evocatorum firmam manum, & equitatum [y] ſanè idoneum, & [z] populorum liberorum, regumque ſociorum auxilia voluntaria comparaviſſem. Interim cùm, exercitu luſtrato, iter in Ciliciam facere cœpiſſem, kal. Septemb. legati à rege Commageno ad me miſſi, pertumultuoſè, neque tamen non verè, Parthos in Syriam tranſiiſſe nuntiaverunt. Quo audito, vehementer ſum commotus [a] cùm de Syria, tum de mea provincia, de reliqua denique Aſia. Itaque exercitum mihi ducendum per Cappadociæ regionem eam, quæ Ciliciam attingeret, putavi. Nam ſi me in Ciliciam demiſiſſem, Ciliciam quidem ipſam propter montis Amani naturam facilè tenuiſſem: (Duo ſunt enim aditus in Ciliciam ex Syria; quorum uterque parvis præſidiis propter anguſtias intercludi poteſt, nec eſt quidquam Ciliciâ contra Syriam munitius) ſed me Cappadocia movebat: quæ patet à Syria, regeſque habet finitimos, qui etiamſi ſunt amici nobis, tamen apertè Parthis inimici eſſe non audent. Itaque in Cappadocia extrema non longè à Tauro apud oppidum Cybiſtra caſtra feci, ut & Ciliciam tuerer, & Cappadociam tenens nova finitimorum conſilia impedirem. Intereà in hoc tanto motu tantaque exſpectatione maximi belli rex Dejotarus, cui non ſine cauſa plurimùm ſemper & meo, & tuo, & ſenatus judicio tributum eſt, vir cùm benivolentia, & fide erga populum Romanum ſingulari, [17] tum [b] præſenti magnitudine & animi, & conſilii, legatos ad me miſit, ſe cum omnibus ſuis copiis in mea caſtra eſſe venturum. Cujus ego ſtudio officioque commotus, egi ei per litteras gratias, idque ut maturaret, hortatus ſum. Cùm autem ad Cybiſtra propter rationem

y ſatis *alii.*
z populum *MS.*
a tum *alii.*
P. B.
b præſentia *Manut.* præſentia tum mag. *MS.*

17. *Tum præſenti magnitudine & animi & conſilii.*] Ego ex illis ſum qui cum *præſentia* in Mediceo ſcriptum inveniſſem, vitioſum locum putavi, minus tamen quam in impreſſis inquinatum. Quod *præſtanti* aut *præſenti magnitudine* animi, recte dici poſſe nonnulli negant, ſe ipſos quoque reprehendunt, qui in priore ſua editione *præſenti magnitudine* ſcripſerunt: nam quod multos accuſant, qui ex *præſente*, *præſtantem* faciunt: me laudent neceſſe eſt, qui contra ex *præſtanti*, *præſenti* feci. Si vetus autem ſcriptura, elocutioque recta & integra eſſe ab eruditis viris, & non dura & aſpera judicabitur, ego illam valde amabo, quippe quam in libris iis quibus multum tribuo, invenerim. *Victorius.*

18. Mu-

[ſ]tionem belli quinque dies eſſem [c] moratus, regem Ario-[b]arzanem; cujus ſalutem à ſenatu, te auctore, com-[m]endatam habebam; præſentibus inſidiis nec-opinan-[t]em liberavi: neque ſolùm ei ſaluti fui; ſed etiam cu-[r]avi, ut cum auctoritate regnaret. [d] 18 Metràm, & [A]um, quem tu diligenter mihi commendaras, Athe-[n]æum, 19 importunitàte 20 Athenaidis exſilio multatos, [m]axima apud regem auctoritate gratiaque conſtitui. [C]umque magnum bellum in Cappadocia concitaretur; [s]i 21 ſacerdos armis ſe, quod facturus putabatur, defen-[d]eret, adoleſcens & equitatu, & peditatu, & pecunia [p]aratus, 22 & [e] toto iis, qui novari aliquid volebant; per-

c commoratus *Vict.* & *alii.*

d Et Metram *MS.*

e omnino *Vict.* tuto *MSS.* *alii* *aliter.*

18. *Metram.*] *Mithram* opinor ſcribendum ex antiquis lapidum monumentis. *Urſinus.*

19. *Importunitate Athenaidis.*] *Iniquitate*, pro *importunitate* habent aliquot veteres libri. *Idem.* Sed rectius ii qui *importunitate* habent. *Importunitas* enim eſt impotens & crudelis dominatio; ut *importuniſſimi tyranni*, alibi dixit. vide Manut. ad lib. IX. ep. II. *Grav.*

20. *Athenaidis.*] Malo nomen eſſe mulieris, quam civitatis: ut regis uxor materve fuerit. nam *Importunitate*, aptius de muliere dici puto, quam de civitate. Suffragatur huic opinioni antiqua inſcriptio, quam Romæ vidimus in hortis Carpenſibus:

C. POPILIUS. ALBÆUS
VIX. AN. XXXV.
ATHENAIS. AUGUSTAIS. UNCT.
POSIT. FRATRIS. *P. Manut.*

21. *Sacerdos.*] Comanorum ſacerdos Archelaus, a Pompejo Magno, ut ſcribit Appianus, Mithridate devicto, præfectus: poſt quem ſacerdos fuit Nicomedes, a Cæſare, poſt ſuperatum Pompejum, præpoſitus. Ejus ſacerdotis poteſtas, quæ fuerit; oſtendit Hittius de bello Alexandrino, his verbis: *Comana, vetuſtiſſimum in Cappadocia Bellona templum, quod tanta religione colitur, ut ſacerdos ejus dea, majeſtate, imperio, & potentia ſecundus a rege conſenſu gentis illius habeatur: id homini nobiliſſimo Nicomedi Bithynio adjudicavit.* Videndus & Strabo lib. XII. *P. Manut.*

22. *Et toto iis, qui novari aliquid volebant.*] Hæc erat vulgatorum omnium, nec non antiquorum corrupta profecto lectio: alii aliis modis emendarunt, nonnulli *& pecunia paratus & ſociis* legunt. Quidam, *& pecunia paratus, & animo.* Nos etiam pro viribus conati ſumus hoc mendum corrigere, & in re tam incerta; & in qua omnes laborarint, ſibique indulſerint, nonnihil nobis permiſimus: abundare enim cenſuimus ex priore monoſyllabo; acceptam priorem litteram ſequentis dictionis, & eandem litteram inter duas vocales ſitam, ex *i*, importune *t* factam. Nam parvam illam lineam, quæ elementum id commutat, exiſtimavimus ſupra tres illas vocales adponi debuiſſe; ſic *aio* ut nota eſſet

 quæ

perfeci, ut è regno ille diſcederet: rexque ſine tumultu, ac ſine armis, omni auctoritate aulæ communita, regnum cum dignitate obtineret. Intereà cognovi multorum litteris atque nuntiis, magnas Parthorum copias & Arabum, ad oppidum [f] Antiocheam acceſſiſſe, magnumque eorum equitatum, qui in Ciliciam tranſiſſet, ab equitum meorum turmis, & à cohorte prætoria, quæ erat Epiphaneæ præſidii cauſa, occidione occiſum. Quare cùm viderem à Cappadocia Parthorum copias averſas, non longe à finibus eſſe Ciliciæ: quàm potui maximis itineribus ad Amanum exercitum duxi. Quò [g] ut veni, hoſtem ab Antiochea receſſiſſe, Bibulum Antiocheæ eſſe cognovi: Dejotarumque confeſtim

f *alii* Antiochiam.

g *alii* cum.

quæ compendioſam illam dictionem perficeret, ut *omnino* ſignificaret. Nos hac conjectura ducti, auſi ſumus ita locum reſtituere. Nam quin ſententia egregia ſit ſi ita legas, nullum puto contradicturum: minus etiam a priſcis veſtigiis declinavimus, ut quivis exiſtimare poteſt. *Victorius. Toto.*] Ignoratio Latini ſermonis quoſdam induxit, ut hoc mendoſum putarent, & inepta quædam comminiſcerentur. Sed, *Toto*, Cicero dixit, pro ea re, quæ ſumma eſt, & in qua ſunt omnia. Ad Att. epiſt. 20. lib. v. *Eſt totum, quid Kalendis Mart. futurum ſit.* Et epiſt. ad Capitonem: *Totum hoc, ut, quod ſemper exiſtimavi, nunc plane intelligam, me a te multum amari.* Et ep. I. lib. III. ad Q. fr. *Totum in eo eſt, tectorium ut continuum ſit.* P. Manut. *Et toto iis* antea legebatur, non in impreſſis tantum, ſed etiam manuſcriptis codicibus, unum excipio qui *& ſociis* habebat. Locum vitium habere ſuſpicati ſumus, & *omnino* non incommode legi poſſe judicavimus: arbitrati locum quondam ita ſcriptum fuiſſe, *& oīo* ex qua ſcriptura poſtea ab imperitis librariis *& toto* factum ſit. Decepti ne tunc ſimus eruditi judicabunt: nos quidem, niſi aliud contra nos excogitatur, in ſententia permanemus. Nam quam quidam vulgatam lectionem, a ſe quoque olim damnatam, tuentur, utunturque ad eam probandam loco Ciceronis ad Atticum: verum id eſſe crederem, ſi hic ut alibi fecit, *& quod totum eſt*, dixiſſet. Semper enim inveni ita Ciceronem locutum eſſe, cum hoc ſignificare vult, ut præter exemplum ab illis adductum, hoc ad Q. Fratrem aperte oſtendit, 290. *totum in eo eſt (quod mihi erit curæ) tectorium ut concinnum ſit.* nam *& toto* hac ſententia nimis durum eſt, & niſi valde fallor, probari nullo pacto poteſt. *Victor. in poſter. Et toto iis, qui novari.*] Et quod ſummam rem continet, iis, quoque, qui ipſo in regno quærebant mutationem, paratus & ſuccinctus. lib. v. Att. 20. *Eſt totum, quid Cal. Martiis futurum ſit.* III. ad Q. ep. I. *Totum in eo eſt tectorium ut continuum ſit. Totum hi, qui aliquid novi*, per appoſitionem, quam dicunt Grammatici. *J. F. Gronov.*

23. Rex

ſtatim jam ad me venientem cum magno & firmo equitatu, & peditatu, & cum omnibus ſuis copiis, certiorem feci, non videri eſſe cauſſam, cur abeſſet à regno: meque ad eum, ſi quid novi fortè accidiſſet, ſtatim litteras nuntioſque miſſurum eſſe. Cumque eo animo veniſſem, ut utrique provinciæ, ſi ita tempus ferret, ſubvenirem, [h] tum id, [i] quod jam antè [k] ſtatueram, vehementer intereſſe utriuſque provinciæ, pacare Amanum, & perpetuum hoſtem ex eo monte tollere, agere perrexi. Cumque me diſcedere ab eo monte ſimulaſſem, & alias partes Ciliciæ petere, [l] abeſſemque [m] ab Amano iter unius diei, & caſtra apud Epiphaneam feciſſem: a. d. quartum idus Octobres, cùm adveſperaſceret, expedito exercitu ita noctu iter feci, ut a. d. [n] tertium idus Octobres, cùm luciſceret, in Amanum aſcenderem; diſtributiſque cohortibus & auxiliis, cùm aliis Q. frater, legatus, mecum ſimul; aliis C. [o] Pomtinus, legatus; reliquis M. Annejus, & L. Tullejus, legati præeſſent: pleroſque nec-opinantes oppreſſimus, 23 qui occiſi captique ſunt, intercluſi [p] fugâ. Eranam autem, quæ fuit non vici inſtar, ſed urbis, quod erat Amani caput; itemque Sepyram, & [q] Commorin 24 acriter & diu repugnantibus, Pomtino illam Partem Amani tenente, ex antelucano tempore, uſque

P. CCXLV.

h tamen *alii.*
i quò *iid.*
k conſtitueram *iid.*
l abiſſem *Gul.*
m ab *non eſt in MS.*
n *alii non habent* tertium.
o *Grav.* Pontinius. *& ſic deinde.*
p fugerant *alii.*
q *alii* Ceminorim. *alii aliter.*

23. *Qui occiſi, captique ſunt, intercluſi reliqui, fugeranam autem, &c.*] Nos hoc loco Mediceum codicem, ut probiorem, integrioremque ſecuti ſumus: nullum enim meliorem, minuſve corruptum invenimus. Quare cum hic noſtrum librum legis, puta te miræ vetuſtatis exemplar ante oculos habere. Confugio autem hic ad vetuſtatem, fidemque antiqui codicis, ſunt enim hæc tam minuta caſtella, ut vix alibi reperias nomina eorum, ut poſſit aliorum ſcriptorum teſtimonio confirmari veræ lectionis integritas. Vox illa *reliqui* in nullis eſt antiquis, & profecto abundat: dicit enim ſe pleroſque, nec opinantes oppreſſiſſe, qui occiſi captique ſunt *intercluſi fuga.* Quos enim fuga ſubito adventu intercluſerunt, hi occiſi captique ſunt. Docet autem quomodo capi occidique potuerint. Non enim illis fuga patuit in caſtella, obſtructis a militibus viis. *Intercludi fuga*, ut *intercludi commeatibus*, dictum eſt. *Eranam* autem vicum, ſeu urbem (ut vult Cicero, ut ſe magnas res geſſiſſe oſtenderet) nullibi memini me legiſſe. *Victorius.*

24. *Acriter & diu repugnantibus.*] Videtur leg. *repugnantes*, nempe urbes illæ Sipyram & Commorin. Deinde *Pontinio—illam partem Amani—tenenti.* J. F. GRONOV.

uſque ad horam diei decimam, magna multitudine ho-
r excisa MS. ſtium [r] occiſa, cepimus: caſtellaque ſex capta: complu-
ra incendimus. His rebus ita geſtis, caſtra in radicibus
Amani habuimus apud Aras Alexandri quatriduum: &
s Eleuthe- in reliquiis Amani delendis, agriſque vaſtandis, quæ
rorum Ci- pars ejus montis meæ provinciæ eſt, id tempus omne
licum MS. conſumpſimus. Confectis his rebus, ad oppidum [s] Eleu-
P. B. therocilicum Pindeniſſum exercitum adduxi: quod cum
eſſet altiſſimo & munitiſſimo loco, ab iiſque incolere-
tur, qui ne regibus quidem umquam paruiſſent, cùm
& fugitivos reciperent, & Parthorum adventum acerri-
mè exſpectarent, ad exiſtimationem imperii pertinere
arbitratus ſum, comprimere eorum audaciam; quò fa-
ciliùs etiam ceterorum animi, qui alieni eſſent ab im-
perio noſtro, frangerentur. Vallo & foſſa circumde-
di: ſex caſtellis caſtriſque maximis ſepſi: aggere, vi-
neis, turribus oppugnavi: uſuſque tormentis multis,
multis ſagittariis, magno labore meo, ſine ulla moleſtia
ſumptuve ſociorum, ſeptimo quinquageſimo die rem
confeci: ut, omnibus partibus urbis diſturbatis aut in-
cenſis, compulſi in poteſtatem meam pervenirent. His
t *ita Vict.* erant finitimi pari ſcelere, & audacia [t] [25] Tibarani: ab
Thebani his, Pindeniſſo capto, obſides accepi: exercitum in
aut Tibura- hiberna dimiſi. Q. fratrem negotio præpoſui, ut in
ni *alii.* vicis aut captis, aut malè pacatis exercitus collocaretur.
Nunc velim tibi ſic perſuadeas, ſi de his rebus ad ſena-
tum relatum ſit, me exiſtimaturum, ſummam mihi
laudem tributam, ſi tu honorem meum ſententia tua
comprobaris. Idque, etſi talibus de rebus graviſſimos
homines & rogare ſolere & rogari ſcio, tamen admo-
nendum potiùs te à me quàm rogandum puto. Tu es
v is *deeſt* enim [v] is, qui me tuis ſententiis ſæpiſſimè ornaſti, qui
in MS. oratione, qui prædicatione, qui ſummis laudibus in
ſenatu, in concionibus ad cælum extuliſti: cujus ego
ſemper tanta eſſe verborum pondera putavi, ut uno
x conſe- verbo tuo cum mea laude conjuncto, omnia [x] adſequi
qui *alii.* me

25. *Tibarani.*] Scribendum opinor *Tibareni*: Græce enim *Τιβαρηνοί*. Urſin. Hi *Tibarani*, ſive *Tebarani*, nam & ſic veteres ſcribunt libri, quinam ſint, nondum eruditorum induſtria potuit indagare. Nam *Tibareni* ſupra Armeniam, vicini Moſſynæcis & Chalybibus longiſſime ab hoc tractu ſunt remoti. *Grav.*

26. *Quas*

me arbitrarer. Te denique memini, cùm cuidam clariſſimo atque optimo viro ſupplicationem non decerneres, dicere, te decreturum, ſi referretur ob eas res, [26] quas [y] is conſul in urbe geſſiſſet. Tu idem [27] mihi ſupplicationem decreviſti togato, non ut multis, republica bene geſta, ſed, ut nemini, republica conſervata. Mitto, quòd invidiam, quòd pericula, quòd omnes meas tempeſtates, & ſubieris, & multò etiam magis, ſi per me licuiſſet, ſubire paratiſſimus fueris: quòd denique inimicum meum, tuum inimicum putaris: cujus etiam interitum, ut facilè intelligerem, mihi quantum tribueres, Milonis cauſa in ſenatu defendenda, approbaris. A me autem hæc ſunt profecta, quæ ego in beneficii loco non pono, ſed in veri teſtimonii atque judicii; ut præſtantiſſimas tuas virtutes non tacitus admirarer: (quis enim idem non facit?) ſed in omnibus orationibus, ſententiis dicendis, cauſis agendis, omnibus ſcriptis, Græcis, Latinis, omni denique varietate litterarum mearum, te non modò iis, quos vidiſſemus, ſed

Pag. CCXLVI.

y *in aliis deeſt* is.

26. *Quas is conſul in urbe geſſiſſet.*] Antiqui mei vulgatam receptamque lectionem habent: alius codex (ut quidam tradunt) *quas conſul in urbe geſſiſſet.* Verius tutiuſque de tota hac re ſtatui poſſet, ſi vir, de quo loquitur, & negotium etiam ipſum, de quo agit, intelligeretur. Quis enim ſcit an intelligat P. Lentulum, qui cum Ciceronis cauſſam Cos. enixe adjuviſſet, poſteaque fortaſſe ob res foris geſtas ſupplicationes ſibi decerni poſtulaſſet, adverſum habuerit Catonem, qui in ea re diſputanda vocem illam conjecerit, *Se decreturum fuiſſe, ſi referretur ob eas res quas idem Cos. in urbe geſſiſſet?* Nam ita etiam Cato præclarum de Cicerone judicium fecerit: cum cenſuerit res illas, quæ pro ſalute ipſius ſine armis geſtæ eſſent, dignas eſſe ſupplicatione, ac præponendas iis quas in imperio cum exercitu idem ille, qui ei quondam ſaluti fuerat, pro Rep. geſſiſſet. Neque tamen hoc quod a nobis cogitatum eſt, verum eſſe affirmamus, ſed hujuſmodi aliquid quod idoneum ſenſum habeat, conſervata recepta lectione, intelligi commode poſſe judicamus. *Victorius.*

27. *Mihi ſupplicationem decreviſti togato, non, ut multis, rep. bene geſta, ſed, ut nemini, rep. conſervata.*] Idem gloriatur in oratione in Piſonem: *Mihi togato ſenatus non, ut multis, bene geſta, ſed, ut nemini, conſervata reipubl. ſingulari genere ſupplicationis deorum immortalium templa patefecit.* Et oratione ſecunda in Antonium: *Senatus clariſſimis civibus bene geſta reip. teſtimonium multis, mihi uni conſervata dedit.* In eundem XIV. *Mihi conſuli ſupplicatio, nullis armis ſumptis, non ob cædem hoſtium, ſed ob conſervationem civium, novo & inuſitato genere decreta eſt.* P. Manut.

 28. *Pro-*

ſed iis, de quibus audiſſemus, omnibus anteferrem. Quæres fortaſſe, quid ſit, quòd ego hoc neſcio quid gratulationis & honoris à ſenatu tanti æſtimem. Agam jam tecum familiariter, ut eſt & ſtudiis, & officiis noſtris mutuis, & ſumma amicitia dignum, & neceſſitudine etiam paterna. Si quiſquam fuit umquam remotus & natura, & magis etiam, ut mihi quidem ſentire videor, ratione atque doctrina, ab inani laude & ſermonibus vulgi, ego profectò is ſum. Teſtis eſt conſulatus meus: in quo, ſicut in reliqua vita, fateor, ea me ſtudioſè ſecutum, ex quibus vera gloria naſci poſſet. ipſam quidem gloriam per ſe numquam P. B. putavi expetendam. Itaque & [28] provinciam ornatam, & ſpem non dubiam triumphi, neglexi. Sacerdotium denique, cùm (quemadmodum te exiſtimare arbitror) non difficillimè conſequi poſſem, non appetivi. Idem poſt injuriam acceptam, quam tu reipublicæ calamitatem ſemper appellas, meam non modò [*] non calamitatem, ſed etiam gloriam, ſtudui quàm ornatiſſima ſenatus populique Romani de me judicia intercedere. Itaque & augur poſteà fieri volui, quod anteà neglexeram: & eum honorem, qui à ſenatu tribui rebus bellicis ſolet, neglectum à me olim, nunc mihi expetendum puto. Huic meæ voluntati, in qua ineſt aliqua vis deſiderii, ad ſanandum vulnus injuriæ, ut faveas adjutorque ſis, quod paullo antè me negaram rogaturum, vehementer te rogo: ſed ita, ſi non jejunum hoc neſcio quid, quod ego geſſi, & contemnendum videbitur, ſed tale, atque tantum, ut multi nequaquam paribus rebus honores ſummos à ſenatu conſecuti ſint. [a] Equidem etiam mihi illud [b] animum advertiſſe videor, (ſcis enim, quàm attentè te audire ſoleam) te non tam res geſtas, quàm mores, inſtituta atque vitam imperatorum ſpectare ſolere, in habendis, [c] aut non habendis honoribus. Quod ſi in mea cauſa conſiderabis, reperies, me exercitu [d] imbecillo, contra metum maximi belli, firmiſſimum præſidium habuiſſe, æquitatem & continentiam. His ego ſubſidiis ea ſum conſecutus, quæ nullis legionibus conſequi potuiſſem: ut ex alieniſſimis

[*] non *deeſt in MS.*

[a] In te quidem *MS.*

[b] animadvertiſſe *alii.*

[c] *tres ſeqq. voces deſunt in MSS.*

[d] imbello *MS.*

28. *Provinciam ornatam.*] Vid. Caſaub. ad Sueton. Julium c. XVIII.

29. *In-*

ſimis ſociis amiciſſimos, ex infideliſſimis firmiſſimos
redderem, animoſque novarum rerum exſpectatione
ſuſpenſos, ad veteris imperii benivolentiam traducerem.
Sed nimis hæc multa de me, præſertim ad te, à quo Pag.
uno omnium ſociorum querelæ audiuntur: cognoſces CCXLVII.
ex iis, qui meis inſtitutis ſe recreatos putant. Cumque
omnes uno propè conſenſu de me apud te ea, quæ
mihi optatiſſima ſunt, prædicabunt, tum duæ [e] maximæ e maximè
clientelæ tuæ, Cyprus inſula & Cappadociæ regnum, alii.
tecum de me loquentur. puto etiam regem Dejotarum,
qui uni tibi eſt maximè neceſſarius. Quæ ſi etiam majora
ſunt, & in omnibus ſæculis pauciores [f] viri reperti f viri deſunt
ſunt, qui ſuas cupiditates, quàm qui hoſtium copias in MSS.
vincerent: eſt profectò tuum, cùm ad res bellicas hæc,
quæ rariora & difficiliora ſunt, genera virtutis adjunxeris,
ipſas etiam illas res geſtas, [29] juſtiores eſſe, &
majores putare. Extremum illud eſt, ut, quaſi diffidens
rogationi meæ, [30] philoſophiam ad te allegem:
qua nec mihi carior ulla umquam res in vita fuit, nec
hominum generi majus à diis munus ullum eſt datum.
Hæc igitur, quæ mihi tecum communis eſt, ſocietas
ſtudiorum atque artium noſtrarum, quibus à pueritia
dediti ac devincti, ſoli propemodum nos philoſophiam
illam veram & antiquam, quæ quibuſdam otii eſſe
ac deſidiæ videtur, in forum [g] atque in rempublicam, g alii. atque remp.
at-

29. *Juſtiores eſſe.*] Manutius malit *illuſtriores.* quod non probo. *Juſta res* ſunt quæ tantæ ſunt ut ſupplicationem & triumphum mereantur. Sic *juſtum prœlium*, *juſta arma*, *juſta acies*, apud Liv. *juſtus miles* apud Sueton. *juſta habitudo*, *magnitudo* apud alios. & plura talia. *Gravius.*

30. *Philoſophiam ad te allegem.*] *Allegare ad aliquem* eſt uti amicis, internuntiis, aut deprecatoribus apud aliquem. Q. Cicero de Petit. Conſul. *Sic rogandi omnes ſunt diligenter & ad eos allegandum perſuadendumque eſt iis, &c.* Noſter Phil. v. *Qui porro ille conſeſſus, dii boni! Cretenſis judex iſque nequiſſimus. quemadmodum ad hunc reus allegat? quomodo accedat.* Liv. lib XXXVI. *Amore captus virginis Chalcidenſis Creoptolemi filiæ, cum patrem primum allegando, deinde coram ipſe rogando fatigaſſet.* Quintil. Declam. CCLXXVII. *Quid ergo? rogare non poſſum. ad preces decurrere, iterum allegare amicos non poſſum.* Sic apud Ciceronem accipitur & vox *allegatio* pro interpellatione per alium: *Quanta iſte cupiditate, quibus allegationibus illam ſibi legationem expugnaret.* J. F. Gronov. Adde Terent. And. Act. v. ſc. 3. vs. 28. *Hoc modo te obſecro, ut ne credas a me allegatum hunc ſenem.*

atque in ipſam aciem pæne deduximus, tecum agit de mea laude, cui negari à Catone fas eſſe non puto. Quamobrem tibi ſic perſuadeas, velim: ſi mihi tua ſententia tributus honos ex meis litteris fuerit, me [h] ſic exiſtimaturum, cùm auctoritate tua, tum benivolentia erga me, mihi, quod maximè cupierim, contigiſſe. Vale.

h *alii non habent* ſic.

EPISTOLA V.

ARG. *Mirum in hac epiſtola videre licet artificium. cum enim ſe Cato excuſet, quia ſupplicationem non decreverit: idem tamen decretam eſſe gaudet. rurſus, cum ſupplicationis honorem Ciceroni ſua ſententia non tribuerit; ſe tamen de illo ſenſiſſe honorificentius, quam eos qui ſupplicationem decreverunt, probare conatur. Paullo & Marcello Coſ.* [A. V. C. DCCIII.] Hanc præceſſit ep. 2. lib. III. ſequitur ep. 11. lib. VIII.

P. B. M. CATO M. T. C. IMP. S. P. D.

QUOD & reſpublica me, & noſtra amicitia hortatur, libenter facio, ut tuam virtutem, innocentiam, diligentiam, cognitam in maximis rebus, domi togati, armati foris, [31] pari induſtria [i] adminiſtrari gaudeam. Itaque, quod pro meo judicio facere potui, ut innocentia conſilioque tuo defenſam provinciam, ſervatum Ariobarzanis cum ipſo rege regnum, ſociorum revocatam ad ſtudium imperii noſtri voluntatem, ſententia mea, & decreto laudarem, feci. Supplicationem decretam, ſi tu, qua in re nihil fortuitò, [k] ſed ſumma tua ratione & [l] continentia reipublicæ proviſum eſt, diis immortalibus gratulari nos, quàm tibi referre acceptum mavis, gaudeo. Quòd ſi [32] triumphi præ-

i *alii & MSS.* adminiſtrare.

k ſed *deeſt in MS.*

l conſcientia *MS.*

31. *Pari induſtria adminiſtrari gaudeam.*] Abſolutè ponitur verbum *adminiſtrare* pro rem gerere & adminiſtrare. Cæſar de Bell. Gall. lib. IV. *Equites in ulteriorem portum progredi & naves conſcendere ac ſe ſequi juſſit, a quibus cum paullo tardius eſſet adminiſtratum, ipſe horâ diei circiter quarta cum primis navibus Britanniam attigit.* Ibidem: *Itaque cum ſummo ſtudio a militibus adminiſtraretur, duodecim navibus amiſſis, reliquis ut navigari poſſit effecit.* lib. III. de Bell. Civ. *Illi adhibita audacia & virtute, adminiſtrantibus M. Antonio & F. Caleno, nacti auſtrum, naves ſolvunt.* J. F. Gronov.

32. *Triumphi prærogativam*] Quia prærogativæ tribus vel centuriæ tantus erat ſuſpectus & reverentia apud jure vocatos in comitiis,

prærogativam [m] putas, ſupplicationem, & idcirco caſum potiùs, quàm te laudari [n] mavis: neque ſupplicationem ſequitur ſemper triumphus, & triumpho multo clarius eſt, ſenatum judicare, potiùs manſuetudine & innocentia imperatoris, provinciam quàm vi militum aut benignitate deorum retentam atque conſervatam eſſe: quod ego mea ſententia cenſebam. Atque hæc ego idcirco ad te contra conſuetudinem meam pluribus ſcripſi, ut, quod maximè volo, exiſtimes me laborare ut tibi perſuadeam, me & voluiſſe de tua majeſtate, quod ampliſſimum [o] ſim arbitratus; & quod tu maluiſti, factum eſſe gaudere. Vale, & nos dilige, & inſtituto [p] itinere ſeveritatem [q] diligentiamque ſociis & reipublicæ præſta.

m putas eſſe *alii*. n vis *Lamb*. o *alii* ſum. p in munere *Gul.* q indulgentiam *alii*.

EPISTOLA VI.

ARG. *Exponit, eximia cum Catonis laude, quantam ceperit voluptatem ex ejus ſententia, & ex litterarum gratulatione, petitque, ut, ſi favere noluerit in adipiſcendo triumpho, ſaltem, ſi adipiſcatur, gaudeat.* [A. V. C. DCCIII.] Hanc præceſſit ep. 12. lib. III. ſequitur ep 11. hujus libri.

M. T. C. M. CATONI S. P. D.

Pag. CCXLVIII.

LÆTUS *ſum laudari me*, inquit Hector, opinor apud Nævium, *abs te, pater*, [r] *à laudato viro*. Ea eſt enim profectò jucunda laus, quæ ab iis proficiſcitur, qui ipſi in laude vixerunt. Ego verò vel gratulatione litterarum tuarum, vel teſtimoniis ſententiæ dictæ, nihil eſt, quod me non aſſecutum putem. Idque mihi [s] cùm ampliſſimum, tum gratiſſimum eſt, te libenter ami-

r à alii delent. s tum *alii*.

tiis, factum, ut vox ipſa *prærogativa* acciperetur pro ſecundo omine, certo ſigno, indicioque & pignore ac quaſi arrhabone futuræ rei optatæ vel ſecundæ. Cic. act. I. in Verr. *Qui quam ſit iſti amicus attendite: dedit enim prærogativam ſuæ voluntatis ejuſmodi, ut iſti pro prærogativis eam reddidiſſe videatur.* Liv. lib. III. *Icilius ubi audivit tribunos militum in Aventino creatos, ne comitiorum militarium prærogativam urbana comitia iiſdem tribunis plebis ſequerentur.* Et lib XXI. *In Aſdrubalis locum haud dubia res fuit, quin prærogativam militarem, qua extemplo juvenis Hannibal in prætorium delatus, imperatorque ingenti omnium clamore atque adſenſu appellatus erat, favor etiam plebis ſequeretur.* Gronov. IV. Obſerv. c. I. apud quem vide plura. *Grav.*

33. Quod

amicitiæ dediſſe, 33 quod liquidò veritati dares. t 34 Et, ſi non modò omnes, v verum etiam multi Catones eſſent in civitate noſtra, in qua unum exſtitiſſe mirabile eſt,

t Quod Lamb.
v vel idem.

33. *Quod liquido veritati dares.*] Vis adverbii eſt certò, ſine ullo dubio, ſine religione, vel, ut vulgus loquitur, ſalva conſcientia. Sic *liquido ducere, affirmare, confirmare, jurare.* Verr. IV c. 56. *Confirmare hoc liquido, judices, poſſum, vaivas magnificentiores nullas unquam illo tempore fuiſſe.* lib. XI Fam ep. 27. *Alia ſunt, quæ liquido negare ſoleant.* Præcipuè autem cum verbo *jurare* amabant ponere hoc adverbium Terent. And. IV. 3, 14 *Si forte opus ſit ad herum jusjurandum mihi, non appoſuiſſe, ut liquido poſſim.* Ovid III. de Pont. eleg. 3.

Scis tamen, & liquido juratus dicere poſſis,
Me non legitimos ſollicitaſſe thoros.

Seneca lib. VII. de Benef. c 9. *Video ſericas veſtes, ſi veſtes vocanda ſunt, in quibus nihil eſt, quo defendi corpus, aut denique pudor poſſit: quibus ſumtis, mulier parum liquido, nudam ſe non eſſe, jurabit.* J. F. Gronov.

34. *Et, ſi non modo unus, verum etiam multi Catones eſſent.*] Nos auctoritate veterum codicum, & ratione ducti, *non modo omnes* emendavimus. Si, inquit, omnes eſſent Catones in civitate noſtra, plus me putarem aſſecutum eſſe, poſtquam a te laudatus ſum, quam ſi mihi triumphus decretus fuiſſet. Sed quid dico omnes? ſi multi eſſent Catones, minus autem eſt multi, quam omnes, ejuſdem ſententiæ eſſem ut currum, laureamque præ tua laudatione contemnerem. Cum autem nedum omnes, aut multi ſint Catones, ſed vix unus fuerit, oportet etiam me reliquorum rationem habere, qui non recte, incorrupteque res judicant: nam eorum quoque exiſtimationem de me magnifacere debeo, cum velim famam & dignitatem meam Clodianis temporibus perculſam & labefactatam inſtaurare: apud quos ſi viderint me a ſenatu ornatum, triumphoque decoratum, rurſus ut ſolebam, florebo: ſin autem eo honore indignus exiſtimabor, numquam maculam illam delere potero. In longa autem ad ipſum epiſtola cauſſam exponit, quare velit vel cupiat potius triumphare: ad ſanandum vulnus injuriæ ſcilicet aptiſſimum triumphum eſſe ſibi judicans: quam etiam cauſſam ad Atticum adfert lib. VI. his verbis: *Amicorum littera me ad triumphum vocant, rem a nobis (ut ego arbitror) propter hanc παλιγγενεσίαν noſtram non negligendam.* videbatur enim ſibi poſt integre adminiſtratam provinciam quaſi exoriri, iterumque naſci: nec enim cenſebat aliter poſſe ſe acceptas injurias delere ex animis hominum, niſi ſummis poſtea honoribus ornatus eſſet, antiquaſque laudes ob conſervatam patriam ſibi merito tributas renovaſſet. Si autem omnes, aut multi ſaltem (gratius omnino, meliuſque fuiſſet ſi omnes) eo judicio quo Cato eſſent, non opus ſibi eſſe Cicero exiſtimaſſet novis Senatus populique de ſua laude judiciis. Sciret enim in animis eorum nunquam ſuam laudem imminutam eſſe, caſumque illum ſuum ab ipſis Reip. calamitatem ærumnamque potius quam ſuam habituum eſſe. *Victor.*

35. Quum

eſt, 35 quem ego currum, aut quam lauream cum tua laudatione conferrem? Nam ad meum ſenſum, & ad illud ſincerum ac ſubtile judicium, nihil poteſt eſſe laudabilius, quàm ea tua [x] oratio, quæ eſt ad me perſcripta à meis neceſſariis. Sed cauſam meæ voluntatis, non enim dicam cupiditatis, expoſui tibi ſuperioribus litteris: quæ etiam ſi parum juſta tibi viſa eſt, hanc tamen habet rationem, [y] non ut nimis concupiſcendus honos: ſed tamen, ſi deferatur à ſenatu, minimè aſpernandus eſſe videatur. Spero autem, illum ordinem, pro meis ob rempublicam ſuſceptis laboribus, me non indignum honore, uſitato præſertim, exiſtimaturum. Quod ſi ita erit, tantum ex te peto, quod amiciſſimè ſcribis, ut, cùm tuo judicio, quod ampliſſimum eſſe arbitraris, mihi tribueris; ſi id, quod maluero, accidit, gaudeas. [z] Sic enim feciſſe te, & [a] ſenſiſſe, & veriùs [b] ſcripſiſſe video, reſque ipſa declarat, tibi illum honorem noſtrum ſupplicationis jucundum fuiſſe, quòd ſcribendo affuiſti. Hæc enim ſenatus conſulta non ignoro ab amiciſſimis ejus, [c] cujus de honore agitur, ſcribi ſolere. Ego, ut ſpero, te propediem videbo, atque utinam republica meliore quam timeo!

x *æſtimatio MS.*
y ut non *alii.*
z Etſi ſic & fec. *Gul.*
a ſcripſiſſe *alii.*
b ſenſiſſe *iid.* P. B.
c cujus honor *Gul.*

EPISTOLA VII.

ARG. *C. Marcello de conſulatu gratulatur: ſuamque illi dignitatem commendat. Sulpicio & Marcello Coſſ.* [A. V. C. DCCII.] Hanc præceſſit epiſt. 9. hujus libri, ſequitur quæ proxime ſubjecta eſt.

*M. T. C. PROCOS. [d] C. MARCELLO, COS. DESIGN. S.P.D.

Pag. CCXLIX.
d *alii* M.

MAXIMA ſum lætitia affectus, cùm audivi, te conſulem factum eſſe: eumque honorem tibi deos for-

35. *Quem ego currum, quam lauream.*] Hoc eſt, quem triumphum. Flor. IV, 2. *Primum de Gallia triumphum tranſmiſerat Rhenus, & Rhodanus, & ex auro captivus Oceanus; alterum laurus Ægyptia, &c. Tertius de Pharnace currus & Ponto.* Ibid. cap. 12. *Digna res lauro, digna curru ſenatui viſa.* GRÆV.

* In Aldina editione hîc inſerta eſt epiſtola, quæ incipit: *Te & pietatis*, quæ eſt aliarum editionum, & in hac noſtra, nona hujus libri.

e peto pro *alii.* fortunare volo, atque à te [e] pro tua, parentiſque tui dignitate adminiſtrari. Nam cùm te ſemper amavi dilexique, tum [f] mei amantiſſimum cognovi in omni varietate rerum mearum: tum patris tui pluribus beneficiis, vel defenſus triſtibus temporibus, vel ornatus [36] ſecundis: & ſum totus veſter, & eſſe debeo: cùm præſertim matris tuæ, graviſſimæ atque optimæ fœminæ, majora erga ſalutem dignitatemque meam ſtudia, quàm erant à muliere poſtulanda, perſpexerim. Quapropter à te peto in majorem modum, ut me abſentem diligas atque defendas.

f te mei *MS.*

EPISTOLA VIII.

ARG. *Gratulatur C. Marcello de filio conſule deſignato: petitque ut ſe abſentem diligat atque defendat.* [A. V. C. DCCII.] Hanc præceſſit proxime ſuperior epiſtola, ſequitur ep. 12. hujus libri.

g *alii* M.

M. T. C. PROC. [g] C. MARCELLO, COLLEGÆ, S. P. D.

MARCELLUM tuum, conſulem factum, teque ei lætitia affectum eſſe, quam maximè optaſti, [h] mirandum in modum gaudeo: idque cùm ipſius cauſa, tum quod te omnibus ſecundiſſimis rebus digniſſimum judico: cujus erga me ſingularem benivolentiam vel in [i] labore meo vel in [k] honore perſpexi: totam denique domum veſtram vel ſalutis vel dignitatis meæ ſtudioſiſſimam cupidiſſimamque cognovi. Quare gratum mihi feceris, ſi uxori tuæ Juniæ, graviſſimæ atque optimæ fœminæ, meis verbis eris gratulatus. A te id, quod [l] ſueſti, peto, me abſentem diligas atque defendas.

h mirum *alii.*

i *alii* honore.

k labore *iid.*

l *alii* conſueſti, *aut* conſuevisti.

EPISTOLA IX.

ARG. *M. Marcello gratulatur de fratre patruele conſule deſignato: petitque ab eo ut ſibi quamprimum, annuo provinciæ imperio finito, ſucceſſor mittatur.* [A. V. C. DCCII.] Hanc præceſſit epiſt. 9. lib. VIII. ſequitur ep. 7. hujus libri.

M. T. C.

36. *Secundis: & ſum totus veſter & eſſe debeo.*] Succinctius ac melius ſic editio prima & Victoriana, Palatt. Hittorp. Peckio, Vaticanique excerpta; emiſſo illo ſuperfluo humore ac pituita ſcholæ: *neceſſe eſt, ut & ſim totus veſter & eſſe debeam.* Gebhard.

37. Vel

M. T. C. PROCOS. M. MARCELLO, COS. S. P. D. P. R.

TE & pietatis in tuos, & animi in rempublicam, & clariſſimi atque optimi conſulatus, C. Marcello conſule facto, fructum cepiſſe, vehementer gaudeo. Non dubito, quid præſentes ſentiant. nos quidem [m] longinqui, & à te ipſo miſſi in ultimas gentes, ad cælum mehercule [n] tollimus veriſſimis ac juſtiſſimis laudibus. Nam cùm te à pueritia tua unicè dilexerim, tuque me in omni genere ſemper ampliſſimum eſſe & volueris, & judicaris: tum hoc vel tuo facto, vel populi Romani de te judicio, multo acriùs vehementiusque diligo: maximaque lætitia afficior, cùm ab hominibus prudentiſſimis, viriſque optimis, omnibus dictis, factis, ſtudiis, inſtitutis, 37 vel me tui ſimilem eſſe audio, vel te mei. Unum verò ſi addis ad præclariſſimas res conſulatus tui, ut aut mihi ſuccedat quàm primùm aliquis, aut ne quid accedat temporis ad id, quod tu mihi & ſenatus conſulto, & lege finiſti; omnia me per te conſecutum putabo. Cura ut valeas, & me abſentem diligas atque defendas. Quæ mihi de Parthis nuntiata ſunt, quia non putabam à me etiam nunc ſcribenda eſſe publicè, propterea ne pro familiaritate quidem noſtra volui ad te ſcribere: ne, cùm ad conſulem ſcripſiſſem, publicè viderer ſcripſiſſe.

[m] longinqui *deeſt in MSS.*

[n] *alii* te toll.

EPISTOLA X.

ARG. *Commendat ſtudioſe ſuam exiſtimationem conſuli Marcello in ſupplicatione decernenda.* [A. V. C. DCCIII.] Hanc præceſſit ep. 4. hujus libri, ſequitur ep. 13. eodem hoc libro.

M. T. C. IMP. C. MARCELLO, C. F. COS. DESIGN. S. P. D.

[o] QUUM id accidit, quod mihi maximè fuit optatum, ut omnium Marcellorum, Marcellinorum etiam,

[o] Quoniam *alii*, *aut* Quando.

37. *Vel me tui ſimilem eſſe audio, vel te mei.*] Comparari ſolitum Ciceroni M. Marcellum, & judicari ſimillimum, hic locus & alter in Bruto declarat. interroganti enim Ciceroni, quid de Marcello judicas, quem ſæpe audiſti? reſpondet Brutus: *Quid cenſes, niſi id, quod habiturus es ſimilem tui?* Et infra: *Itaque cum eum antè*

etiam, (mirificus enim generis ac nominis veſtri fuit erga me ſemper animus) quum ergo ita accidit, ut omnium veſtrûm ſtudio tuus conſulatus ſatisfacere poſſet, in quem meæ res geſtæ, lauſque, & [p] honos earum potiſſimùm incideret; peto à te id, quod facillimum factu [q] eſt, non aſpernante, ut confido, ſenatu, ut [r] quàm honorificentiſſimum ſenatus conſultum, litteris meis recitatis; faciundum cures. Si mihi tecum minus eſſet, quàm eſt cum tuis omnibus, allegarem ad te illos, à quibus intelligis me præcipuè diligi. Patris tui beneficia in me ſunt ampliſſima. neque enim ſaluti meæ; neque [s] honori amicior quiſquam dici poteſt. Frater tuus quanti me faciat, ſemperque fecerit, eſſe hominem, qui ignoret, arbitror neminem. Domus tua denique tota me ſemper omnibus ſummis officiis proſecuta eſt. Neque verò tu in me diligendo cuiquam conceſſiſti tuorum. Quare à te peto in majorem modum, ut me per te quàm ornatiſſimum velis eſſe: meamque & in ſupplicatione decernenda, & in ceteris rebus exiſtimationem ſatis tibi eſſe [t] commendatam putes.

p *alii* honor.
q *alii* ſit.
r quam *abeſt à MSS.*
s honoris *MSS. duo.*
t commendata *MS.*

EPISTOLA XI.

ARG. *Agit gratias conſuli Marcello de ſupplicatione decreta: & ſe propediem ad urbem fore ſignificat.* [A. V. C. DCCIII.] Hanc præceſſit ep. 6. hujus libri, ſequitur ep. 13. lib. III.

M. T. C. IMP. C. MARCELLO, COS. DESIGN. S. P. D.

P. CCL. QUANTÆ curæ tibi meus honos fuerit, & quàm idem exſtiteris conſul in me ornando & amplificando, qui fueras ſemper cum parentibus tuis, & cum tota domo, etſi res ipſa loquebatur, cognovi tamen ex meorum omnium litteris. Itaque nihil eſt tantum, quod ego non tuà cauſa debeam, facturuſque ſim cùm ſtudioſe [v] ac libenter. Nam magni intereſt, cui debeas. debere autem nemini malui, quàm tibi: cui me cùm ſtudia communia, beneficia paterna, tuaque jam [x] antè con-

v tum *alii.*
x antè *deeſt in MS.*

ante tui ſimilem in dicendo viderim; tum vero nunc, a doctiſſimo viro Cratippo inſtructum omni copia, multo videbam ſimiliorem. P. Manut. 38. Fr

conjunxerant : tùm accedit, mea quidem ſententia, maximum vinculum, quòd ita rempublicam getis, atque geſſiſti, qua mihi carius nihil eſt, ut, quantum tibi omnes boni debeant, quo minùs tantumdem ego [y]unus debeam, non recuſem. Quamobrem tibi velim hi ſint exitus, quos mereris, & quos fore confido. Ego, ſi me navigatio non morabitur, quæ incurrebat in ipſos Eteſias, propediem te, ut ſpero, videbo.

y ſolus MS.

EPISTOLA XII.

ARG. *Et gratulatur Paullo de conſulatu, ſicuti epiſt. 7. gratulatus eſt Marcello: & ab eo petit, ut operam det, ne quid ſibi temporis ad annuum provinciale munus addatur. Marcello & Ser. Sulpicio Coſſ.* [A. V. C. DCCII.] Hanc præceſſit ep. 8. hujus libri, ſequitur ep. 2. eodem hoc libro.

M. T. C. IMP. L. PAULLO, COS. DESIGN. S. P. D.

ETSI mihi numquam fuit dubium, quin te populus Romanus pro tuis ſummis in rempublicam meritis, & pro ampliſſima familiæ dignitate, ſummò ſtudio, cunctis ſuffragiis conſulem facturus eſſet: tamen incredibili lætitia ſum affectus, cùm id mihi nuntiatum eſt; eumque honorem tibi deos fortunare volo, [z]à teque ex tua majorumque tuorum dignitate adminiſtrari. Atque utinam præſens illum diem mihi optatiſſimum videre potuiſſem, proque tuis ampliſſimis erga me ſtudiis atque beneficiis tibi operam meam ſtudiumque navarem! Quam mihi facultatem [a]quum hic nec-opinatus & improviſus provinciæ caſus eripuit: tamen, ut te conſulem rempublicam pro tua dignitate gerentem videre poſſim, magnopere à te peto, ut operam des, [b]efficias, ne-quid mihi fiat injuriæ, neve quid temporis ad meum annuum munus accedat. Quod ſi feceris, magnus ad tua priſtina erga me ſtudia cumulus accedet.

z atque ex tuâ MS.
a quando alii. P. B.
b efficiasque MS.

EPISTOLA XIII.

ARG. *Petit ut ſibi ſupplicationem decernendam curet: ſuamque cæteris in rebus exiſtimationem commendat. Paullo & Marcello Coſſ.* [A. V. C. DCCIII.] Hanc præceſſit ep. 10. hujus libri, ſequitur ep. 6. lib. VIII.

M. T. C. IMP. L. PAULLO, COS. S. P. D.

MAXIME mihi fuit optatum Romæ eſſe tecum, multas ob cauſas, ſed præcipuè, ut & in petendo, & in gerendo conſulatu meum tibi debitum ſtudium perſpicere poſſes. Ac petitionis quidem tuæ ratio mihi ſemper fuit explorata: ſed [c] tamen navare operam volebam. In conſulatu verò cupio equidem te minus habere negotii: ſed moleſtè fero, me conſulem ſtudium tuum adoleſcentis perſpexiſſe; te meum, cùm id ætatis ſim, perſpicere non poſſe. Sed [d] ita fato neſcio quo contigiſſe arbitror, ut tibi ad me ornandum ſemper detur facultas; mihi ad remunerandum nihil ſuppetat præter voluntatem. Ornaſti conſulatum, ornaſti reditum meum. Incidit meum tempus rerum gerendarum in ipſum conſulatum tuum. Itaque cùm & tua ſumma amplitudo, & dignitas, & meus magnus honos, magnaque exiſtimatio poſtulare videatur, ut à te plurimis verbis contendam ac petam, ut quàm [e] honorificentiſſimum ſenatus conſultum de meis rebus geſtis faciendum cures: non audeo vehementer à te contendere, ne aut ipſe tuæ perpetuæ conſuetudinis erga me oblitus eſſe videar, aut te oblitum putem. Quare, ut te velle arbitror, ita faciam: atque ab eo, quem P. CCLI. omnes gentes ſciunt de me optimè meritum, breviter petam. Si alii conſules eſſent, ad te potiſſimùm, Paulle, mitterem, ut eos mihi quàm amiciſſimos redderes. nunc, cùm tua ſumma poteſtas, ſummaque auctoritas, notaque omnibus noſtra neceſſitudo ſit, vehementer te rogo, ut & [f] quàm honorificentiſſimè cures decernendum de meis rebus geſtis, & quàm celerrimè. Dignas res eſſe [g] honore & gratulatione, cognoſces ex iis litteris, quas ad te, & collegam, & ſenatum publicè miſi: omniumque mearum reliquarum rerum, maximeque exiſtimationis meæ procurationem ſuſceptam velim habeas. In primiſque tibi curæ ſit, quod abs te ſuperioribus quoque litteris petivi, ne mihi tempus prorogetur. Cupio te conſulem videre, [h] omniaque ſpero, cùm abſens tum etiam præſens, te conſule aſſequi. Vale.

c tibi *Lamb.* é *conj.*
d id *Vict.*
e honorificentiſſimè *MS.*
f quam *abeſt a MS.*
g & honore *alii.*
h omniaque, quæ ſpero *alii.*

EPI-

EPISTOLA XIV.

ARG. *Facturum ſe ſtudioſè Fabii cauſſa, quæ Caſſius rogaverat, pollicetur: dolet ſe Caſſium non vidiſſe ad urbem e provincia redeuntem: rogat, operam det ne quid ſibi temporis ad annuam provinciæ adminiſtrationem accedat: Paullo & Marcello Coſſ.* [A. V. C. DCCIII.] Hanc præceſſit ep. 7. lib. III. ſequitur ep. 14. lib. II.

M. T. C. IMP. C. CASSIO, [i] PROQUÆST. S. P. D.

M. FABIUM quòd mihi amicum tua commendatione das, nullum in eo facio quæſtum. Multi enim anni ſunt, cùm ille in ære meo eſt; & à me diligitur propter ſummam ſuam humanitatem & obſervantiam. Sed tamen quòd [k] ab eo egregiè [l] diligi ſenſi, multo amicior ei ſum factus. Itaque quamquam [m] profecerunt litteræ tuæ: tamen aliquantò plus commendationis apud me habuit animus ipſius erga te mihi perſpectus & cognitus. Sed de Fabio faciemus ſtudioſè, quæ rogas: tu multis de cauſis vellem me convenire potuiſſes: primùm, ut te, quem jamdiu plurimi facio, tanto intervallo viderem: deinde, ut tibi, quod feci per litteras, poſſem præſens gratulari: tum, ut quibus de rebus vellemus, tu tuis, ego meis, inter nos communicaremus: poſtremò, ut amicitia noſtra, quæ ſummis officiis ab utroque culta eſt, ſed longis intervallis temporum interruptam conſuetudinem habuit, confirmaretur vehementiùs. Id [n] quum non accidit, utemur bono litterarum, & eadem ferè abſentes, quæ, ſi coram eſſemus, conſequemur. Unus ſcilicet [o] fructus, qui in te videndo eſt, percipi litteris non poteſt. alter, gratulationis eſt, is quidem exilior, quàm ſi tibi teipſum intuens gratularer. Sed tamen & feci [p] antè & facio nunc, tibique cùm pro rerum magnitudine, quas geſſiſti, tum [38] pro opportunitate temporis gratulor, quòd [q] te

i PROQ. *deeſt in MSS.*

k te ab *alii.*

l diligeris multo *MS.*

m profecerint *alii.*

P. B.

n quando *alii.*

o *ita Manut. alii* uni fructus.

p anteà *alii.*

38. *Pro opportunitate temporis.*] Hoc videtur dicere, quia parabatur in eum accuſatio, fortaſſe de repetundis. nam avaritiæ nomine male audiit Caſſius. quod & Plutarchus in Bruti vita narrat: & Cœlii quoque teſtimonio cognoſcitur. ait enim ep. 10. lib. VIII. *In eam opinionem Caſſius venerat; quæ diripuiſſet ipſe, ut viderentur ab hoſte vaſtata; finxiſſe bellum & Arabas in provinciam immiſiſſe, eoſque Parthos eſſe, ſenatui renunciaſſe.* ſatis igitur Caſſii patet avaritia. accuſationem autem demonſtrant illa verba: *Si quæ ſunt* *dicta*

q te *abeſt in MS.* ꝗte de provincia decedentem ſumma laus, & ſumma gratia provinciæ proſecuta eſt. Tertium eſt, ut id, quod de noſtris rebus coram communicaſſemus inter nos, conficiamus idem litteris. Ego ceterarum rerum cauſa tibi Romam properandum magnopere cenſeo. Nam & ea, quæ reliqui, tranquilla de te erant: & hac tua recenti victoria tanta, clarum adventum tuum fore intelligo. Sed ſiqua ſunt onera tuorum, ſi tanta

r ſint *MS.* [r] ſunt, ut ea ſuſtinere poſſis, [s] propera: nihil tibi erit

s *alii* prope, *alii delent.* lautius, nihil glorioſius. ſin majora: conſidera, ne in alieniſſimum tempus cadat adventus tuus. Hujus rei

t ſentis *alii.* totum conſilium tuum eſt. tu enim [t] ſcis, [v] quid ſuſtinere poſſis. Si potes: laudabile atque populare eſt.

v quod *MS.* ſin planè non potes: abſens hominum ſermones faciliùs ſuſtinebis. De me autem idem tecum his ago litteris, quod ſuperioribus egi, ut omnes tuos nervos in eo contendas, ne-quid mihi ad hanc provinciam, quam & ſenatus & populus annuam eſſe voluit, temporis prorogetur. Hoc à te ita contendo, ut in eo fortunas

P. CCLII. meas poſitas putem. Habes Paullum noſtrum noſtri cupidiſſimum: eſt Curio: eſt Furnius. Sic velim enitare, quaſi in eo ſint mihi omnia. Extremum illud eſt de iis, quæ propoſueram, confirmatio noſtræ amicitiæ: de

x petiiſti *MS.* qua pluribus verbis nihil opus eſt. Tu puer me [x] appetiſti: ego autem ſemper ornamento te mihi fore duxi. Fuiſti etiam præſidio triſtiſſimis meis temporibus. acceſſit poſt tuum diſceſſum familiaritas mihi cum Bruto tuo maxima. Itaque in veſtro ingenio, & induſtria mihi plurimum & ſuavitatis & dignitatis conſtitutum puto. Id tu, ut tuo ſtudio confirmes, te vehementer

y litteras *MS.* rogo: [y] litteraſque ad me & continuò mittas &, cùm

z Româ *MS.* [z] Romam veneris, quàm ſæpiſſimè.

EPISTOLA XV.

ARG. *Conſilium ſuum de non renovando civili bello demonſtrat: clementiam Cæſaris laudat: Italiæ gemitum, & civitatis querelas oſtendit: Caſſii ſententiam non de præſentibus modo, ſed etiam de fu-*

onera tuorum; ſi tanta ſunt, ut ea ſuſtinere poſſis: &c. Recte igitur gratulatur Cicero pro opportunitate temporis, quia ſummam in eum decedentem provincia benevolentiam oſtenderat: quod inimicorum ſermones refellebat. P. Manut.

futuris rebus exquirit. Cæſare tertium & Lepido. Coſſ. [A. V. C. DCCVII.] Hanc præceſſit ep. 1. lib. IX. ſequitur ep. 22. lib. VI.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

ETSI uterque noſtrûm ſpe pacis & odio civilis ſanguinis abeſſe à belli [a] pertinacia voluit, tamen, [b] quum ejus conſilii princeps ego fuiſſe videor, plus fortaſſe tibi præſtare ipſe debeo, quàm à te exſpectare. Etſi, ut ſæpe ſoleo mecum recordari, ſermo familiaris meus tecum, & item mecum tuus, adduxit utrumque noſtrûm ad id conſilium, ut uno prœlio putaremus, ſi non totam cauſam, at certè noſtrum judicium definiri convenire. Neque quiſquam hanc noſtram ſententiam verè umquam reprehendit, [c] præter eos, qui arbitrantur melius eſſe, deleri omnino rempublicam, quàm imminutam & debilitatam manere. Ego autem ex interitu ejus nullam ſpem ſcilicet mihi proponebam: ex reliquiis magnam. Sed ea ſunt conſecuta, ut magis mirum ſit, accidere illa potuiſſe, quàm nos non vidiſſe ea futura; nec, homines cùm eſſemus, divinare potuiſſe. Equidem fateor meam conjecturam hanc fuiſſe, ut illo quaſi quodam fatali prœlio facto, 39 & victores communi ſaluti conſuli vellent, & victi ſuæ: utrumque autem propoſitum eſſe arbitrari in celeritate victoris. Quæ ſi fuiſſet, eamdem clementiam experta eſſet Africa, quam cognovit Aſia: quam etiam Achaja, 40 &, ut opinor, ipſo legato ac deprecatore. Amiſ-

a *alii* neceſſaria pertin.
b quando *alii*.
c Præterea *MS.*
P. B.

39 *Et victores communi ſaluti conſuli vellent & victi ſuæ: utrumque autem propoſitum eſſe arbitrari in celeritate victoris.*] Ita hunc orationis tractum reformavi ex Palatino primo, duobus Gulielmianis, ac Mediceo; niſi quod ille, *conſule*, pro *conſuli*, antiquâ ſcriptura. Paullò etiam antè *quaſe* (ſicut & Hittorpianus) ponit pro *quaſi*: ut *ſibe* pro *ſibi*. Vulgò editum eſt, *communi ſaluti conſulere vellent, & victi ſuæ: utrumque autem poſitum eſſe arbitrabar.* Gebh. Quamvis etiam in Amſtelodam. legatur *propoſitum*, ſententia tamen non fert hoc verbum. Præterea quo hunc locum conſidero diligentius, tanto magis mihi perſuadeo, *arbitrari* irrepſiſſe hic, & eo remittendum, unde malum pedem tulit. Sin hæc videantur φορτικώτερα diſtinguendum & legendum cum Manutio & vulgatis, *victi ſuæ. utrumque autem poſitum eſſe arbitrabar in celeritate victoris.* Illam tamen ſcripturam, *propoſitum* & *arbitrari* omnes tres codices præ ſe ferunt. *Græv.*

40. *Et, ut opinor, ipſo legato.*] Cæſarem hic legatum fingit Manutius,

Amiſſis autem temporibus, quæ plurimùm valent, præſertim in bellis civilibus, interpoſitus annus alios induxit, ut victoriam ſperarent; alios, ut ipſum vinci contemnerent. Atque horum malorum omnium culpam fortuna ſuſtinet. Quis enim aut Alexandrini belli tantam moram huic bello adjunctum iri, aut neſcio quem iſtum Pharnacem Aſiæ terrorem illaturum putaret? Nos tamen in conſilio pari, caſu diſſimili uſi ſumus. tu enim eam partem petiſti, ut & conſiliis intereſſes, & quod maximè curam levat, futura animo proſpicere poſſes. ego, qui feſtinavi, ut Cæſarem in [d] Italia viderem, (ſic enim arbitrabamur) eumque multis honeſtiſſimis viris conſervatis redeuntem, ad pacem [41] currentem, ut ajunt, incitarem: ab illo longiſſimè & abſum, & [e] afui. Verſor autem in gemitu Italiæ, & [f] in urbis miſerrimis querelis: quibus aliquid opis fortaſſe ego pro mea, tu pro tua, pro ſua quiſque parte ferre potuiſſet, ſi [g] auctor affuiſſet. Quare velim pro tua perpetua erga me benivolentia, ſcribas ad me, quid videas, quid ſentias, quid exſpectandum, quid agendum nobis exiſtimes. Magni erunt mihi tuæ litteræ: atque utinam primis illis, quas [h] Luceria miſeras, paruiſſem! ſine ulla enim moleſtia dignitatem meam [i] retinuiſſem. Vale.

d Italiam *MS.*
e *alii* abfui.
f *alii delent* in.
g actor *MSS.*
h *alii* Nuceria.
P CCLIII.
i retinuiſſemus *MS.*

EPISTOLA XVI.

ARG. *Jacatur in opiniones Epicureorum, id eſt, in ipſum Caſſium, Epicureæ philoſophiæ deditum. Cæſare quartum conſule, bellum in Hiſpania contra Pompeji liberos gerente. videtur autem ſcripta poſt ſequentes duas: ut hic ſit ordo: prima, quæ incipit,* Longior epiſtola:

mutius, quod nullo modo procedit. Forte, *Te, ut opinor, ipſo allegato ac deprecatore.* Te apud Cæſarem pro iis interveniente. De verbo *allegare* hoc lib. ep. 4. & 10. *J. F. Gronov.*

41. *Currentem, ut ajunt, incitarem.*] Deſumpta eſt locutio a Græcis, apud quos eſt τὸν τρέχοντα ἐρεθίζειν, notante Mich. Apoſtolio Cent. XIX. Eſt & apud Homer. Iliad. Θ ℣s. 293. τί με σπεύδοντα καὶ αὐτὸν Ὀτρύνεις; & apud Lucian. in Nigrino σπεύδοντα καὶ αὐτὸν παρακαλεῖν. J. F. Gronov. Simile eſt illud Plinii lib. I. ep. 8. *Addidiſti ergo calcaria ſponte currenti.* Nec abeunt iſtæ loquendi rationes apud Quintil. Decl. XII. *Vulneratum jugulaſti, titubantem ſtraviſti, fumantem incendiſti.* Eurip. Alceſt. ℣s. 1064. μή μ' ἕλῃς ᾑρημένον, *ne me occidas perditum.* Cicero lib. XIII. ad Attic. ep. 45. *Quod me hortaris, ut eos dies conſumam in philoſophia explicanda, currentem tu quidem.* Cuperus.

42. *Cum*

la: *ſecunda*, Præpoſteros, *quam ipſe alteram eſſe dicit*, *tertia*, Puto te, *quam tertiam appellat*. [A. V. C. DCCVIII.] Hanc præceſſit ep. 10. lib. IX. ſequitur ep. 19. hujus libri.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

PUTO [k] te jam ſuppudere, [42] cum hæc tertia jam epiſtola antè operis ſit, quàm tu ſchedulam aut litteram, ſed non urgeo. longiores enim [l] exſpectabo, vel potiùs exigam. Ego, ſi ſemper haberem, cui darem, vel ternas in hora darem. Fit enim neſcio [m] quid, ut quaſi

k te *non eſt in MS.*

l ſpectabo *MS.*

m quomodo *Lamb. è conj.*

42. *Cum hac tertia jam epiſtola ante operis ſit.*] Nos cum antiquis codicibus *ante operis ſit* ſcripſimus, eleganti (ni fallimur) ſenſu: etſi nos intelligimus eruditos viros, ut in aliis quibuſdam, receptam lectionem ſecutos, eodem modo dicendi uſos eſſe, ut qui antiquam ſcripturam non vidiſſent: illam enim, ut opinor, magis probaſſent. *Puto te ſuppudere*, inquit, *cum hac tertia jam epiſtola ſit operis*, id eſt opus, volumenque pene conficere poſſit, quam tu ſchidam, aut litteram. Hæc enim infra poſita non reſpondent numero epiſtolarum, ſed magnitudini ſuarum jam trium: illius ſe mirari dicit ne *ſchidulam* quidem habere, aut litteram. *Scidulam* autem ut in antiquis libris ſemper invenimus, ſcripſimus ſine aſpiratione, licet a verbo σχίζω videatur deductum eſſe nomen. Alia autem ſunt nomina a Græcis derivata aſpiratam litteram habentibus, ipſa tamen non retinent. Sic autem & in epiſtolis ad Atticum hoc nomen ſcriptum invenimus libro primo, *Enitere per amicos*, *clientes*, *hoſpites*, *libertos denique ac ſervos tuos*, *ut ſcida neque depereat*. Et in Plinianis vetuſtis codicibus. Alii autem *ſcedam* ſcribunt, ut hic omnes vulgati codices habebant, quod non tam probo. *Victor. Cum hac tertia jam epiſtola ante operis ſit.*] Quod ita olim ſcripſimus, dedimus id antiquorum codicum auctoritati, in quibus ita ſcriptum offendimus. vetuſtam lectionem quibus potuimus argumentis confirmavimus, quam qui non probat, receptam ſequatur. *Idem in poſter.* Quinque Palatini, Gruterianus, *ante operis ſit*, *quam tu ſcedam aut litteram.* ut mirer profectò tum hic maximè Manutium obſcævantem tàm candidis Victorii auſpiciis. Palatinus ſextus ſolus, *cum hac te tertia jam epiſtola ante oppreſſerit quam tu cedulam.* Retinui ergò lectionem à Victorio, homine antiquitatis & Ciceronis ſtudioſiſſimo, primò ex Medicæo productam, & à tot Palatinis libris ſtabilitam, ſed in eo ab illo diſſenſi, quod *ſchedulam* prætulerim, licet non damnem illis *ſcidam* & in Vaticani excerptis propoſitam: audaciam verò Lambini & fidem hìc meritò ſuſpectam habeo, reponentis Æacidinis ſuffertum fiduciis, *ſyllabam aut litteram.* Vulgò: *cùm hac te tertia jam epiſtola ante oppreſſit quam tu ſchedulam &c.* Gebhard. *Quum hac te tertia.*] Pronomen *te* non eſt in MSS. lego, *quem hac tertia epiſtola jam ante oppreſſit.* cui ſupervenit, *quam tu ſchedam aut literam* intellige ad me miſeris. *J. F. Gronov.*

quaſi coram adeſſe videare, cùm ſcribo aliquid ad te; neque id [43] κατ' εἰδώλων φαντασίας, ut dicunt tui amici novi: qui putant etiam διανοητικὰς φαντασίας ſpectris Catianis excitari. Nam, ne te fugiat, [44] Catius Inſuber, Epicureus, qui nuper eſt mortuus, quæ ille Gargettius, etiam antè Democritus, εἴδωλα, [45] hic *ſpectra* nominat. His autem ſpectris etiam ſi oculi poſſent feriri, [46] quòd [n] vel iis ipſa occurrunt: animus qui poſſit,

n in his incurrat. *MS.*

43. Κατ' εἴδη ἢ φαντασίας.] Antiqui codices aliter, nec tamen, ut putamus, incorrupte, ſed longe minore errato, κατ' εἴδων φαντασίας. Nos duas litteras in medio defeciſſe arbitrati pro εἴδων, εἰδώλων ſcripſimus. Putabant enim Epicurei, ut infra copioſe diſputat, non aliter nos de aliquo abſente cogitare, niſi ſimulacrorum ſpectrorumve phantaſiis impulſi. Quod cum apertius hac epiſtola diſſeratur, planumque omnibus mediocriter doctis ſit, a nobis longius non tractabitur. *Victor.*

44. *Catius inſuber Epicureus ..... qua ille Gargettius.*] Sic omnes vetuſti & impreſſi codices. Quidam nuper *Inſuber* emendarunt, quam nec damnamus, nec ſequimur adhuc lectionem: nuſquam enim patriam ejus, regionemve, in qua ortus eſſet, invenimus. Eſt autem *Catius* ille, de quo Horatius in Satyris: nam per *Gargettium* Epicurus intelligitur à loco ubi natus. Laertius in principio ejus vitæ, Ἐπίκουρος Νεοκλέους καὶ Χαιρεστράτης, Ἀθηναῖος, τὸν δῆμον Γαργήττιος, γένους τοῦ τῶν Φιλαϊδῶν. Statius etiam eundem *ſenem Gargettium* appellat. *Victorius.* *Catius.*] Hic ſcripſit quatuor libros de rerum natura & de ſummo bono, de quo Quintilianus ita ſcribit: *In Epicureis levis quidem, ſed non injucundus tamen auctor eſt Catius.* Corrad. *Gargetthius* poſcit Græca ſcribendi conſuetudo, & in veteribus etiam numiſmatibus ΓΑΡΓΗΤΘΟΣ ſcriptum reperitur. *Urſin.*

45. *Hic ſpectra nominat.*] Tacite, nec ſine joco, Catium accuſat, qui, quod Græce εἴδωλον, *ſpectrum* Latine converterat. Et Caſſius in epiſtola ſua, quaſi jocum joco reddens, *Nec tamen*, inquit, *hoc uſu venit propter ſpectra Catiana.* Et quia ſenſerat, Catium a Cicerone reprehenſum, quaſi Græci verbi malum interpretem, ægre ferens Epicureos ſuos ut barbare loquentes morderi, tanquam ad ulciſcendam injuriam ſubjunxit: *Pro quo tibi proxima epiſtola tot ruſticos Stoicos regeram, ut Catium Athenis natum eſſe dicas.* P. Manut.

46. *Quod vel iis ipſa occurrunt.*] Quis non videat hunc locum, *quod velis ipſa currunt* depravatum eſſe? & tamen omnes codices ſic habent. Germanicus tantum pro *currunt*, *occurrunt* habet. Nos vocem illam *velis* in duas diviſimus dictiones, ut a principio fuiſſe credimus, vitioque poſtea librariorum compactas, ut ſit, *vel iis.* ſæpe autem, cum duæ hærent vocales, in antiquo codice una tantum ſcribitur, ut alibi adnotavimus. Affert autem rationem, quare difficilius credat nos de aliquo cogitare occurſu ſimulacrorum, quam eorundem incurſu videre quippiam (videre au-

poſſit, ego non video. Doceas tu me oportebit, cùm ſalvus veneris, in meane poteſtate ° ut ſit ſpectrum tuum, ° *alii delent* ut.

autem nos διὰ τῆς τῶν εἰδώλων ἐμπτώσεως cenſebant Democritus & Epicurus: quod in epiſtola ad Atticum etiam oſtendit Cicero, in qua diſputat de feneſtrarum anguſtiis). Quod ſi, inquit, his ſpectris oculos feriri poſſe conceſſerim (vix autem hoc concedit, ut ſpectra cum ſint tam εὐπαθῆ oculos ferire poſſint,) ſed ſi conceſſerim inquit, videbor aliqua ratione facere, quod ſaltem oculis ſpectra occurrunt, ut poſſint τῇ ἐμπτώσει & occurſu viſionem conficere & excitare. Quomodo autem animus & διάνοια feriri poſſint, non video, non enim ſpectra animo, ut oculis occurrunt: qua enim ratione corpus penetrare poſſent? frangerentur enim εὐπαθῆ ὄντα. Libro autem primo de finibus hanc eandem rem tangit, *Imagines quæ εἴδωλα nominant, quorum incurſione non ſolum videamus, ſed etiam cogitemus.* Etſi ante vulgati depravate *incurſionem* legebant. Sunt autem verba Ciceronis contra L. Torquatum, qui Epicuri diſciplinam ſectabatur, diſputantis, Ubi etiam minus veriſimile eſſe putat nos incurſione & ἐμπτώσει ſimulacrorum cogitare quam videre. De occurſu autem ſimulacrorum hac ipſa epiſtola paullo poſt: ut prorſus hanc veram eſſe credam hujus loci lectionem, depravatam autem ab aliquo, qui has Epicuri rationes (quod nunc amiſſis ejus diſciplinæ libris, obſcuræ ſunt) ne guſtaſſet quidem. Qui tamen ut Ciceronis infinita loca intelligat, atque Lucretium candidiſſimum poëtam legere poſſit, non penitus rudis ejus diſciplinæ eſſe vult, Epicuri vitam a Laertio perſcriptam legat, ubi fere omnes illius ſententias decretaque ipſius verbis explicata colligit. Liber autem primus de finibus, & non parva pars ſecundi, ex verbis pene Epicuri contexti ſunt, a Cicerone ſumma fide & elegantia converſis. *Victorius.* Locum inquinatiſſimum ita purgari poſſe cenſuimus, non inſulſe (ut opinor) neque ineleganter: alii ſtudioſos in iiſdem volutari ſordibus voluerunt. Magnas labes in antiquis ſcriptoribus factas eſſe, quod ab imperitis librariis, quandoque ex duabus una dictio facta ſit, aut contra, ex una duæ, fatebuntur. Quod ſi quis hic quoque factum eſſe concedit, nullus labor eſt reliqua reſtituere. Infinitis locis in Mediceo codice duarum vocalium, quas appellant altera abſorpta eſt. ad Pætum: *Salis enim ſatis eſt, ſanorum parum.* ad eundem: *Tenuiculo apparatu* ſignificans Balbum fuiſſe contentum, pro *Samnionum* & *Tenuiculo.* Poſſemus infinita alia exempla afferre, & hoc frequentius eſt, cum eædem literæ ſunt, ut in epiſtola Q. Ciceronis: *Res eſt aut Tribunicis, aut privatis conſiliis munienda*, pro Tribuniciis. Nam de Germanorum fide bene exiſtimo: video enim illos epiſtolarum antiquos codices habuiſſe, multaque adnotaſſe, quæ ficta non eſſe & commentitia auſim affirmare. De ſententia horum verborum non laboro: puto enim me affatim oſtendiſſe citatis teſtimoniis magnorum virorum, decretiſque illorum explicatis, ſi ita legatur, omnia opinionibus illius familiæ reſpondere. *Idem in poſter.* *Quod velis ipſa currunt.*] Sic MS. Gruteri editio, *quod vel iis ipſa currunt.*

tuum, ut, ſimulac mihi collibitum ſit de te cogit
p accurrat illud p occurrat: neque ſolùm de te, qui mihi hær
Lamb. medullis; ſed, ſi inſulam Britanniam cœpero cogit
q *alii* ejus εἴδωλον mihi q advolabit ad pectus. Sed hæc p
advolet. riùs. tento enim te, quo animo accipias. ſi enim
machabere, & moleſtè feres, plura dicemus: poſ
bimuſque, ex qua hæreſi, 47 vi, hominibus arm
dejectus ſis, in eam reſtituare. In hoc interdicto
r etiamſi ſolet addi, in hoc anno. Quare r ſi jam biennium
bien. *alii.* triennium eſt, cùm virtuti nuntium remiſiſti, deli
illecebris voluptatis, in integro res nobis erit. q
quam quicum loquor? cum uno fortiſſimo viro:
P. B. poſteà, quàm forum attigiſti, nihil feciſti, niſi ple
mum ampliſſimæ dignitatis. In iſta ipſa αἱρέσει m
ne plus nervorum ſit, quàm ego putarim, ſi n
eam tu probas. Quid tibi in mentem venit? inq
quia nihil habebam aliud, quod ſcriberem. De repu
enim nihil ſcribere poſſum, neque enim quod ſen
s licet *alii.* s libet ſcribere.

EPISTOLA XVII.

ARG. *Queritur de tabellariorum importunitate: P. Sulla tem, rumores de bello Hiſpanienſi, Panſæ profectionem in provi ſignificat: Caſſii conſilium de manſione Brundiſina probat: officiu terarum & poſtulat & pollicetur.* [A. V. C. DCCVIII.] Hanc ceſſit epiſtola proxime ſequens, ſequitur ep. 10. lib. ix.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

PRÆPOSTEROS habes tabellarios; etſi me qui non offendunt: ſed tamen cùm à me diſced flagitant litteras. cùm ad me veniunt, nullas affe atque idipſum facerent commodiùs, ſi mihi ali ſpatii ad ſcribendum darent: ſed petaſati veniunt:
t portas *MS.* mites ad t portam exſpectare dicunt. Ergo ignoſ

runt. Lego, quo velis, ipſa currant. Hæc, inquit, εἴδωλα ſpectra, quamvis oculis ſe poſſent objectare, tamen (mo licet & curſitent ipſa, quamcunque in partem velitis Epicurei) animum noſtrum qui vel qua ratione percutere po non exputo, nec cogitando reperio. *J. F. Gronov.*

47. *Vi, hominibus armatis &c.*] Videndi ſunt de hac loc viri docti ad locum non unum Orat. pro Cæcina.

48.

[48] alteras habebis, has breves. ſed exſpecta πάντα περὶ πάντων. Etſi quid ego me tibi purgo, cùm tui ad me inanes [v] veniant; ad te cum epiſtolis [x] revertantur? [49] Nos hîc ([50] tamen ad te ſcribam aliquid) P. Sullam patrem mortuum habebamus. alii à [y] latronibus, alii cruditate dicebant. populus non curabat. combuſtum [z] enim eſſe conſtabat. hoc tu pro ſapientia tua feres æquo animo. quamquam [51] πρόσωπον πόλεως amiſimus. Cæ-

v veniunt *MS.*
x revertuntur *id. MS.*
y latron. interfectum, alii *MS.*
z tamen *alii.*

48. *Alteras habebis has breves.*] Nos putamus punctis male diſtinctas eſſe has dictiones: ut longe diverſum ſenſum præ ſe ferant a vero, niſi fallimur: non enim *alteras habebis*, intelligimus, quod alias longiores plenioreſque nunc polliceatur, ideoque æquiore animo velit ferre illam harum brevitatem: nam id paullo poſt large promittit verbis illis, *ſed exſpecta πάντα περὶ πάντων.* ſed ignoſci ſibi vult, quod hæ non ſolum breves ſint, ſed alias etiam ante breves acceperit, ut hæ ſint jam ſecundæ litteræ ad eum ſcriptæ breves. Quo magis poſtea liberalius ſpondet, ſe copioſe omnia perſcripturum: videbatur enim ſibi nonnihil culpæ admiſiſſe, qui iterum jam breves miſiſſet: ut ſi *alteras has habebis breves*, dixiſſet, nullus ſcrupulus fuerit. interpoſita autem vox illa *habebis* locum obſcuriorem facit, ſed eſt elegantiſſimus modus dicendi a Cicerone crebro uſurpatus, ut lib. x. ad Atticum tres dictiones in medium inculcaverit, *alteram tibi eodem die hanc epiſtolam dictavi.* lib. autem XIII. ordine permutato, *Has alteras hodie litteras*, dixit: ut etiam lib. IV. *Nam ut veni Romam, iterum nunc ſum certior factus eſſe cui darem litteras: itaque has alteras dedi. prioribus tibi declaravi, &c.* Ut nihil ſcrupuli reſtet quin hic per *has alteras*, ſecundas ſignificet. *Victorius.*

49. *Nos hic P. Sullam patrem mortuum habebamus.*] Stephanus Pighius monuit in faſtis ſuis ad annum urbis conditæ DCCII. legendum heic & infra *D. Silanum. Gebhard.*

50. *Tamen ad te ſcribam aliquid. Nos hic D. Syllam patrem, &c.*] Omnino elegantius in antiquis codicibus, quemadmodum nos ſcripſimus, legitur hic locus: ut verba illa *tamen ad te ſcribam aliquid* ſint poſt duas illas dictiones *nos hic.* Cum enim ſupra dixiſſet non opus ſibi eſſe excuſatione cum Caſſio, nec debere ſe illi purgare, cum inanes ab eo veniant tabellarii, ad eumque cum epiſtolis revertantur, quaſi hoc loco finem epiſtolæ facere voluiſſet: imprudenter tamen addit, *nos hic* principium narrationis. Ideoque ſtatim cognito errore infert, *tamen ad te ſcribam aliquid.* ſe caſtigans quod propoſitum mutaverit: quaſi dicat, Non tamen potui, ut decreveram, me continere quin aliquid ad te ſcriberem. Nos profecto hanc lectionem argutiorem politioremque putavimus: inventamque in priſcis exemplaribus nullo pacto prætermittere debuimus. Speramus etiam eruditos ingenioſoſque multo hanc magis vulgata probaturos eſſe. *Victorius.*

51. Πρόσωπον πόλεως.] Specimen civitatis. Videtur laudari, ut apud

Cæſarem putabant moleſtè laturum, verentem, ne haſta refrixiſſet. Mindius Marcellus & Attius pigmentarius valde gaudebant ſe adverſarium perdidiſſe. De Hiſpania novi nihil: ſed exſpectatio valde magna: rumores triſtiores, ſed ἀδέσποτοι. Panſa noſter paludatus a. d. III. kalend. Jan. profectus eſt, ut quivis intelligere poſſet id, quod tu nuper dubitare cœpiſti, τὸ καλὸν δι' αὐτὸ αἱρε-
P. CCLIV. τὸν eſſe. Nam quòd multos miſeriis levavit, & quòd ſe in his malis hominem præbuit, mirabilis eum virorum bonorum benivolentia proſecuta eſt. Tu quòd adhuc Brundiſii moratus es, valde probo, & gaudeo: & mehercule puto te ſapienter facturum, [52] ſi ἀκινόσπουδος fueris. Nobis quidem, qui te amamus, erit gratum. & amabo te, cùm dabis poſthac aliquid domum litterarum, mei memineris. Ego numquam quemquam ad te, cùm ſciam, ſine meis litteris ire patiar.

EPISTOLA XVIII.

ARG. *Epiſtola brevitatem excuſat feſtinatione tabellarii: triſtitiam temporum ſignificat: de bello Hiſpanienſi nihil ait eſſe certi, nihil novi. abſenti Caſſio gratulatur, ſua cauſſa dolet.* [A. V. C. DCCVIII.] Hanc præceſſit ep. 18. lib. VI. ſequitur proxime ſuperior.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

LONGIOR epiſtola fuiſſet, niſi eo ipſo tempore petita eſſet à me, cùm jam iretur ad te. longior etiam, [53] ſi

apud Senec. *ſpecimen antiquum imperii.* ſed revera ſignificat, vel amiſimus hominem unde ſcire poſſes, quam corrupta civitate utamur; vel ſine ullo ad hunc reſpectu, omnem faciem bene conſtitutæ reip. perdidimus per Cæſareanos. *J. F. Gronov.* Πρόσωπο πόλεως] In Palatino primo legitur, πρόσωπον καλὸν καὶ αὐτὸ αἱρετόν. alii exhibent fere eodem modo, niſi quod αὐτὸν habeant pro αὐτό. alii rurſum legunt πρόσωπον καλῦ.

52. *Si ἀχειῖος πίλος fueris.*] Nos deletis his ineptiſſimis verbis cum antiquis codicibus ἀκινόσπουδος ſcripſimus, una tantum parum perverſa littera. In illis clara hæc erat ſcriptura, ut mirer unde Græcas illas voces eruerint, quæ in vulgatis nihil prorſus quod hic quadraret ſignificantes, legebantur. Cic. ad Att. prima noni libri epiſtola, nimiam ſuam diligentiam in rebus inanibus, & nullius momenti inveſtigandis taxans, *ſed hæc fortaſſe* κενόσπουδα dixit, ut non debeat majus ſtudium in illis inquirendis poni. κενόσπουδος autem Suidæ eſt, qui in rebus inanibus levibuſque ſtudium

53 ſi φλυαρὸν aliquem [a] habuiſſet. nam σπουδάζειν ſine periculo vix poſſumus. Ridere igitur, inquies, poſſumus. Non mehercule facillimè. verumtamen aliam aberrationem à moleſtiis nullam habemus. 54 Ubi igitur

a habuiſſem *Lamb.* è conj.

dium ponit: ut quid hic κενόσπυδος ſignificet, dubium non ſit, elegans prorſus verbum, & quod ſolum declaret ſententiam, quæ niſi pluribus verbis Latine exprimi non poſſet. *Victorius.*

53. *Si φαιδρὸν aliquem habuiſſet.*] Antiqua exemplaria φλύαρον recte. φλύαρος enim φλήναφος καὶ λῆρος, ut docet Suidas, quod pulchrè reſpondet ſequenti Græcæ dictioni. Longior, inquit, epiſtola fuiſſet, ſi nugas fabulaſque habuiſſet aliquas, quas jocoſe ſcribendo pleniorem epiſtolam feciſſem: de rebus enim ſeriis vix ſine periculo agere poſſumus, quod temporum iniquitate accidebat. Opponitur autem σπυδάζειν jocis, riſui, nugis, ut exprimit Ariſtophanes, σκώπτειν πειρᾷ καὶ κωμῳδεῖν τῦ σπυδάζειν ἀμελήσας· ut nihil de loci hujus integritate dubitari poſſit. Quod autem paullò poſt in eadem epiſtola legitur, *& quidem in culina mea moleſta eſt* verba alicujus poëtæ videntur: nullibi tamen ea me legere memini: nos autem nihil mutavimus: invenimus enim hoc loco antiquos codices cum vulgaris convenire: quarè tantum librorum conſenſum condemnare temerarium viſum eſſet. Scimus alios aliis modis emendaſſe: cum autem docuerint quo conſilio auctoritateque hoc fecerint, nos ſententiæ illorum ſubſcribemus: verum dum nihil certius adferunt, non peccare nobis videmur (ut in malis) qui antiquorum codicum fidem ſequamur. *Victor.*

54. *Ubi igitur, inquies, philoſophia tua? Quidem in culina mea, moleſta eſt.*] Quid de his verbis ſentiremus antea locuti ſumus: operam dederunt alii, ut ex hoc tam depravato loco commodus aliquis ſenſus eliceretur, in quo mihi laborandum eſſe non putavi, in tanta enim caligine ac tenebris, me lucem aliquam diſpicere poſſe non ſperavi. Illorum lectionem, ut acute excogitatam, non reprehendo: ut veram, germanamque laudare, nullo modo poſſum: nam verba etiam illa, quæ adjunguntur, *pudet enim ſervire* non valde mihi videntur ſententiæ, quam excogitarunt, convenire. *Victorius.* *Ubi igitur, inquies, Philoſophia tua? Quidem in culina mea moleſta eſt.*] Sic habet Palatinus ſextus, ſic quoque Medicæus, niſi quod ſuo more *moleſtaſt.* Notatque Egnatius illam lectionem emendatorum ingenio exiviſſe: *In culina quidem mea, ſed moleſta eſt.* Manutius putabat legendum olim, teſte Lambino, *ubi igitur Philoſophia? tua quidem, in culina: mea, in palaſtra eſt.* quam tamen jacturam ipſe probare non potuit, ſed hanc cujuſdam amici ſui: *ubi igitur Philoſophia? tua quidem, in culina: mea in moleſtia eſt.* Gulielmius pro *in moleſtia eſt*, putabat, *in moleſtra eſt.* Videndus Feſtus. Palatinus primus: *ubi igitur, inquies Philoſophia tua? quidem in culina mea moleſtaſſet:* quæ ſcriptura vitiosè nata eſt ab Medicæo. Editio prima exhibebat: *ubi igitur, inquies, Philoſophia tua, & quidem in quilina mea moleſtia eſt.* Nos ſtetimus ab optimo Palatino, & Victorio. *Gebh.*

55. Tua

tur, inquies, philoſophia? 55 tua quidem in culina; mea moleſta eſt. 56 pudet enim ſervire. Itaque [b] 57 facio me alias res agere, 58 ne convicium Platonis audiam. De Hiſpania nihil adhuc certi, nihil omnino novi. Te abeſſe, mea cauſa moleſtè fero, tua gaudeo. Sed flagitat tabellarius. Valebis igitur, meque, ut à puero feciſti, amabis.

b ſcito *alii.*

EPISTOLA XIX.

ARG. *Reſpondet ad duas Ciceronis epiſtolas, quæ ante proximam ſuperiorem leguntur. maxime autem Epicurum, & Epicureos, quorum ipſe in numero erat a ſtudio virtutis & juſtitiæ laudat. Cupere videtur ut Cæſar in Hiſpania vincat, tam cognita jam ejus clementia.* [A. V. C. DCCVIII.] Hanc præceſſit ep. 16. hujus libri, ſequitur ep. 13. lib. IX.

C. CASSIUS M. T. C. S. P. D.

S. V. B. Non mehercule in hac mea peregrinatione quidquam libentiùs facio, quàm ſcribo ad te. videor enim cum præſente loqui & jocari. Nec tamen hoc uſu venit propter ſpectra Catiana: pro quo tibi proxima epiſtola tot ruſticos Stoicos regeram, ut Catium Athenis natum eſſe dicas. Panſam noſtrum 59 ſecunda voluntate

55. *Tua in culina, mea in palæſtra.*] Ad gravem quæſtionem ne nihil dicat, ridicule reſpondet. *In culina*, quia voluptatem ſequens Epicuri: *in palæſtra*, quia mihi placent, qui virtutem & laborem præferunt. *J. F. Gronov.*

56. *Pudet enim ſervire.*] Aliquid agere publice, quia qui partem reip. tractat, is ſe componere ad nutum unius neceſſe habet. *Idem.*

57. *Facio me alias res agere.*] Fingo me rerum mearum ſatagere, & abſtineo negotiis. *Idem.*

58. *Ne convicium Platonis audiam.*] Volunt Comici, cujus fragmentum ponunt. Non video, quid ad rem faciat. Videtur potius alludere ad id, quod refert ep. 9. lib. I. *Atque hanc quidem ille cauſſam ſibi ait non attingendæ reip. fuiſſe, quod quum offendiſſet pop. Athenienſem prope jam deſipientem ſenectute, &c.* Ne Plato me arguat, quod tali tempore attingere velim rempublicam. *Idem.*

59. *Secunda voluntate hominum.*] Id eſt omnibus valde volentibus, & faventibus. Sic apud Liv. lib. II. *Primores ejus excipiunt quærendo, indignandoque & eos ipſos ſedulo audientes ſecunda verba iræ, & per eos multitudinem aliam in ſubjectum via campum deduxit.* Ubi *ſecunda verba iræ* ſunt quæ favent iræ & approbant iram. Sic idem lib. VIII. *Dictatura popularis &c. tres leges ſecundiſſimas plebi,* ad-

luntate hominum paludatum [c] ex urbe exiſſe, cùm ipſius cauſa gaudeo, tum mehercule etiam omnium noſtrum. Spero enim, homines intellecturos, quanto ſit omnibus odio crudelitas, & quanto amori probitas & clementia: atque ea, quæ maximè mali petant, & concupiſcant, ad bonos pervenire. Difficile eſt enim perſuadere hominibus, τὸ καλὸν δι' αὐτὸ αἱρετὸν eſſe: ἡδονὴν vero, & ἀταραξίαν virtute, juſtitia, τῷ καλῷ pa-

P. B. c exſurrexiſſe MSS.

adverſat nobilitati tulit. Id eſt valde faventes potentiæ plebis adverſus nobiles. Sic Horat.

Rideto fictis rerum balatrone ſecundo.

pro favente, applaudente, approbante. *J. F. Gronov.* Locum Horatii aliter exponit Heinſius.

60. Ἡδονὴν *vero & διαξίαν.*] Sic omnes habebant vulgati codices, prorſus mendoſè. Germani videntur exemplar habuiſſe, quod minus incorruptum hunc locum conſervarit: credimus enim illos, ut teſtati ſunt, ex vetuſto codice collegiſſe, quas in marginibus collocarunt, lectionum varietates: ἀταξίαν enim legunt. Quod ſi in medio ſyllabam unam reponas, errore librariorum (ut puto) omiſſam, rectiſſime hic locus reſtitutus erit. nec mirum videri debet in Latinis libris antiquitus exaratis Græcas voces aliquantum perverſas eſſe, & inquinatas: cum enim ſermonem illum ignorarent, vix poterant ab erroribus cavere: videmus enim illos quaſi deſcripſiſſe pinxiſſeque Græcos characteres non negligenter, ſi conſideres eos eorum quæ ſcribebant ſententiam non percepiſſe. Quod ſi quandoque aliqua deſunt, aut abundant, venia digni ſunt: ego potius miror quomodo potuerint tam integras Græcas voces effingere ejus linguæ rudes: ſed de hoc nimis. ἀταραξίαν inquam, facies, quam genuinam eſſe hic vocem puto, & antiquis veſtigiis propinquam, & ſententiæ ipſi optime quadrantem. Nam diviſerat Epicurus voluptates, ut quædam illarum in motu, quædam in ſtatu eſſent: ſed hæc verbis ipſius Epicuri, quæ apud Laertium ſunt, melius declarabuntur. ſic enim Laertius dicit, Ὁ δὲ Ἐπίκουρος ἐν τῷ περὶ αἱρέσεων οὕτω λέγει, ἡ μὲν γὰρ ἀταραξία καὶ ἀπονία καταστηματικαί εἰσιν ἡδοναὶ, ἡ δὲ χαρὰ καὶ εὐφροσύνη κατὰ κίνησιν ἐνεργείᾳ βλέπονται. quam etiam diviſionem percurrit Cic. lib. 1. de Finibus his verbis: *Non enim hanc ſolam ſequimur, quæ ſuavitate aliqua naturam ipſam movet, & cum jocunditate quadam percipitur ſenſibus, ſed maximam illam voluptatem habemus, quæ percipitur omni dolore detracto, &c.* Sæpe autem eſt ἀταραξία in ſcriptis Epicuri: nam hoc præcipue nomine tranquillum iſtum ſtatum hominis declarat, quo vacuus omni perturbatione degit. ut qui ante nos ἀναλγησίαν emendarant, cum locum corruptum eſſe in vulgatis animadvertiſſent, nihil laborantes circa antiqua veſtigia, ſententiamque tantum ſecuti, non penitus aberrarint: noſtra tamen lectio vereor, ut quæ ex antiquis exemplaribus eruta ſit: & nomen illud habeat quo præcipue uteretur ipſe Epicurus: nam qui λείαν κίνησιν emendarunt, multo

d præterea prob. *alii.*

parari, & verum & [d] probabile eſt. Ipſe enim Epicurus

multo audacius & improbius fecerunt: lenis enim motus, interpretatio eſt voluptatis, ut idem ſit ἡδονὴ & λεία κίνησις. voluit autem Caſſius utramque voluptatem declarare: per ἡδονὴν enim hic voluptatem in motu intelligit. neceſſe igitur eſt vocem, quæ ſequitur, voluptatem eam, quæ detractis perturbationibus percipitur, ſignificare. Qui antem εὐεξίαν repoſuerunt, conati ſunt ex corruptis illis characteribus, qui vulgo legebantur, vicinam, & ſimilem vocem elicere: ſed nimis ſe rudes rationis Epicuri oſtenderunt. & nedum Epicuri rationem expreſſerunt, ſed vix idoneam ſententiam effinxerunt. cum enim εὐεξία ſit bona corporis habitudo: quomodo ullus unquam proferret eam virtute, Juſtitia, dignitate parari: cum voluptas, ſecuritaſque ex his virtutibus in animis hominum gignatur? *Victorius.* Ἡδονὴν *vero &* ἀταραξίαν.] Ita accurate de hoc loco diſſeruimus; ut aliquid nunc addere ſupervacaneum exiſtimemus Mediceus veræ lectionis veſtigia & ipſe retinet: habet enim *Aiaxian*, ut ſi ſecundæ litteræ apicem addas, ἀταξίαν facias; quod in aliis etiam manuſcriptis invenitur. Animadvertimus autem librarium, qui eum codicem ſcripſit, in hoc ſæpe peccaſſe. Et ut imperitum Græci ſermonis I pro T, crebro ſumpſiſſe, ut paulo ſupra, ιοκαλον, & ad Fabium γελωτα καρδώνιον. In cunctis autem media ſyllaba defecit. Præclara etiam vox Epicuri a Clemente in VI. commentario de vera Philoſophia adducitur: qua docuit ille non parvum juſtitiæ fructum eſſe; quod ea reddit animum omni perturbatione vacuum: in ea autem explicanda ille hoc nomine uſus eſt; δικαιοσύνης καρπὸς μέγιστος ἀταραξία. Sed altera etiam ejuſdem a Plutarcho in commentario adverſus Colotem Epicureum, qua dignitatem hujus ſecuritatis mirum in modum celebraverat. Plutarchi ipſius verba ſunt: ἀλλὰ τίνες εἰσὶν οἱ ταῦτα συγχέοντες καὶ ἄρδην ἀναιροῦντες οὐχ οἱ τῆς ἀταραξίας στέφανον ἀσύμβλητον ταῖς μεγάλαις ἡγεμονίαις λέγοντες. Hanc & ſuperiorem illam, de incurſione ſimulacrorum; caſtigationem, quæ non parvam doctrinam continent, & ab eo qui Epicuri ſententiarum rudis ſit, intelligi non poſſunt; expoſui nuper Franciſco Medici optimo ac nobiliſſimo juveni, ut quid de hac omni re ſentiret, intelligerem: non quod Epicureus ille ſit: eſt enim omni liberali doctrina eruditiſſimus: ſed cum omnes Peripateticorum ſententias cognitas habere voluerit: non ſprevit etiam hujus familiæ decreta, in primiſque Romanum Poëtam, qui inventa Epicuri politiſſime expreſſit, amavit: eamque operam in eo poſuit, quæ & illi neceſſaria erat, & omnibus ipſius ſtudioſis grata eſſe debebit. Ita autem loquor, quia ſpero illum cum per graviora ſtudia, quibus deditus eſt, ei licuerit, non paſſurum tot, tamque utiles ſuos labores fruſtra ab aliis deſiderari. Ut autem omnes intelligant, me non ſine cauſa de illius doctrina & ſedulitate tam egregie ſentire, locum e multis ab ipſo feliciſſime reſtitutis, qui nunc mihi ſuccurrit, exponam. In II. lib. Lucretius, ubi docet corpora individua, cum multitudine infinita ſint, figuris eſſe finita: narratque quod incommodum

turus, à quo [61] omnes Catii, & Amaſinii, mali verborum interpretes, proficiſcuntur, dicit: οὐκ ἔστιν ἡδέως, ἄνευ τοῦ καλῶς καὶ δικαίως ζῆν. Itaque & Panſa, qui ἡδονὴν ſequitur, virtutem retinet: & [e] ii, qui à nobis Φιλήδονοι vocantur, ſunt [f] φιλόκαλοι, καὶ φιλοδίκαιοι, omneſque virtutes & colunt, & retinent. Itaque Sulla, cujus judicium probare debemus, cùm diſſentire philoſophos videret, non [g] quæſiit, quid bonum eſſet, [h] [62] omnia bona coëmit: cujus ego mortem forti [i] mehercules animo tuli. Nec tamen Cæſar diutius nos eum de-

e iis *alii.*
f *tres ſeqq. voces deſunt in MSS.*
g *alii* quæſivit.
h & omn. *alii.*
i *alii* mehercule.

dum ſequeretur, ſi formæ illorum ſine fine eſſent: quod Democritus, & Leucippus voluerant, inquit (ut Franciſci opera cognoſcimus)

Aurea pavonum ridenti imbuta lepore
Secla, novo rerum ſuperata colore, jacerent.

Qui verſus, quam deformati antea in omnibus libris eſſent, & quam planam elegantemque nunc ſententiam habeant, omnibus notum eſſe poteſt. Præſidio autem ille antiquorum codicum, adhibito etiam judicio, quo plurimum valet, omnes illinc maculas delevit. Hanc libenter ipſius hic caſtigationem adjunxi, quia non parvo ornamento huic meo libello fore putavi. Conſultus igitur ille a me ſuper duobus his locis, judicium meum probavit, & hanc dixit ſe veram eſſe illorum lectionem arbitrari. *Idem in poſter.*

61. *Omnes Catii & Amaſinii.*] Vetuſti codices *Amaſinii*, etſi noſter aliter operarum vitio habet: ſcilicet *Amafanii.* C. enim Amaſinius Epicuri diſciplinam ſectatus edidit libros, qui eam rationem explicarent. nam de *Catio* ex Horatio præcipue notum eſt: etſi hi videntur fuiſſe ex illis quos legitimi Epicurei σοφιστὰς (ut ait Laertius) ſoliti eſſent appellare: degenerabant enim nonnihil ab Epicuri decretis, &, ut inquit Caſſius, *mali* erant Epicuri *verborum interpretes.* Amaſinii multis aliis locis Cicero mentionem fecit; etſi fere ſemper hoc nomen corruptum aliquantulum eſt. In procemio lib. IV. Tuſculanarum quæſtionum bis *Amafaninum* appellat: ubi tamen manuſcripti codices *Amaſinium* habent. *Cum interim illis ſilentibus C. Amaſinius extitit dicens.* Et paullo poſt, iterum. Nos cùm tot antiqui & probati codices concurrant, *Amaſinium* legi debere exiſtimamus. ſed cum hoc loco *Amaſinii* ante cunctis in libris ſcriptum eſſet; aliis vero multis locis in Cicerone *Amafanius*: quis unquam putaſſet eundem intelligi debere? Non parum igitur hæc menda; quæ alioqui minuta videntur, ſæpe tenebrarum offundunt, ut omnia animadvertere non inutile, nec ineptum negotium eſſe videatur. *Victorius.*

62. *Omnia bona coëmit.*] Ne erraret in delectu, omnia bona ſumpſit. Ludit in ambigua bonorum ſignificatione. nam Philoſophi de ſummo bono diſputabant: Sulla vero Pompejanorum bona omnia, cum in auctione venderentur, coëmit. *P. Manut.*

deſiderare patietur. [63] nam habet damnatos, quos pro
k ſectatorem MS. illo nobis reſtituat: [64] nec ipſe [k] ſectorem deſiderabit,
cùm [65] filium viderit. Nunc, [l] ut ad rempublicam re-
l ut deeſt in MS. deam, quid in Hiſpaniis geratur, reſcribe. Peream,
m aut MS. niſi ſollicitus ſum, [m] ac malo veterem & clementem
dominum habere, quàm novum & crudelem experiri.
Scis, Cnæus quàm ſit fatuus: ſcis, quomodo crudelitatem, virtutem putet: ſcis, quàm ſe ſemper à nobis deriſum putet. Vereor, [66] ne nos ruſticè gladio velit ἀντιμυκτηρίσαι. Quid fiat, ſi me diligis, reſcribe. Hui;

63. *Nam habet damnatos, quos pro illo nobis reſtituat.*] Ita in manuſcriptis legitur, quam lectionem Paullus quoque poſteriore ſua editione ſequitur, & illius ſenſum declarat, cum in priore *domi notos* legiſſet culpa impreſſorum, ut arbitror, cum *domi natos* ſcribi vellet. Quod ſi priſca exemplaria *domi natos* haberent, non inſulſus fortaſſe ſenſus ex illa ſcriptura duci poſſet, ut appellaſſet *domi natos* paratos, qui in manu ejus ſemper eſſent, quorum magna copia nunquam illum deficeret: (*reſtituat* autem ſupponat ſignificare, & in ejus loeum ſubſtituat) hic enim eſt ſignificatum illius elegamiſſimæ vocis, crebro a Cicerone uſurpatæ. nec tamen hanc receptæ lectioni præponendam cenſemus. Potiuſque e genere illarum caſtigationum eſſe cenſemus; quæ ſubtiliter magis quam vere excogitantur. *Victorius.*

64. *Nec ipſe ſectorem deſiderabit.*] Sectores erant genus mancipum, ſeu publicanorum, qui bona publicata ſeu confiſcata alicujus damnati vel proſcripti univerſa ſimul & ſemel ab haſta, ſeu illis qui haſtæ præerant, emebant, eaque poſtea diſtracta rurſum per partes vendebant. *J. F. Gronov.* Adi Aſcon. in Verrinam I. c. 20. & 23. & Barth. Adverſ. lib. v. c. 4.

65. *Filium.*] Antonium, quem ſecundum hæredem in teſtamento ſcripſerat, Flor. IV. 4. *Sectorem Pompejanorum bonorum*, II. Phil. 26. *Idem.*

66. *Ne nos ruſticè gladio velit ἀντιμυκτηρίζαι.*] Id eſt non reddat urbanitatem ſeu jocum, ſed gladio vel manu cædat. μυκτηρίζαι enim eſt ſubſannare vel deridere, *naſo ſuſpendere*, ut Latini Græca imitatione dixerunt, & ſatis notum eſt. hinc ἀντιμυκτηρίζαι pro viciſſim deridere, ſive ulciſci ſe aliâ deriſione. Elegantia eſt in eo, quod adjicitur *gladio*, & verbum a ſimplici geſtu transfertur ad vim & opus manuum. Illuſtrat totum locum M. Seneca Suaſ. I. *Dicendum nihil ajebat, niſi cum ſumma veneratione regis, ne accideret idem quod præceptori ejus Calliſtheni accidit, quem occidit propter intempeſtivè liberos ſales. Nam cum Deus vellet videri, & vulneratus eſſet, viſo ſanguine ejus Philoſophus mirari ſe dixit, quod non eſſet* ἰχώρ (qualem ſanguinem Diis fluere finxit Homerus Iliad. E. vs. 340.) *ille ſe ab hac urbanitate lancea vindicavit. Eleganter in C. Caſſii epiſtola, quæ ad M. Ciceronem miſſa, pr-ſitum ? multum jocatur de ſtultitia Cn. Pompeji adoleſcentis, qui in Hiſpa-*

Hui, quàm velim ſcire, utrùm iſta ſollicito animo, an ſoluto legas! ſciam enim eodem tempore, quid me facere oporteat. Ne longior ſim, vale: & me, ut facis, ama. Si Cæſar vicit, celeriter me exſpecta. P. CCLV.

EPISTOLA XX.

ARG. *Interfecto Cæſare, Trebonius ad Aſiam regendam profectus eſt. euntem Cicero amantiſſimis litteris proſequitur, miſſo jam ad eum libro ſuo de perfecto oratore: quem librum cum Sabino neſcio cui commendaverit, laudat in Sabina gente fidem & probitatem: petit autem a Trebonio crebras litteras, & rationem itineris. Antonio & Dolabella Coſſ.* [A. V. C. DCCIX.] Hanc præceſſit ep. 16. lib. XII. ſequitur ep. 27. lib. XI.

M. T. C. TREBONIO P. S. D.

ORATOREM meum, (ſic enim inſcripſi) Sabino tuo commendavi. Natio me hominis impulit, ut ei rectè putarem: niſi fortè candidatorum licentia hic quoque uſus, hoc ſubitò cognomen arripuit. etſi modeſtus ejus vultus, ſermoque conſtans, 67 habere quiddam à Curibus videbàtur. Sed de Sabino ſatis. Tu, mi Treboni, [n] quum ad amorem meum [o] aliquantum olim diſcedens addidiſti; quo [p] tolerabiliùs feramus igniculum deſiderii tui, crebris nos litteris appellato: atque ita, ſi idem fiat à nobis. quamquam duæ cauſæ ſunt, cur tu frequentior in iſto officio eſſe debeas, quàm nos: primùm

n quando *alii.*
o aliquantulum *alii.*
p tolerantius *Lamb. è conj.*

Hiſpania contraxit exercitum; & ad Mundam acie victus eſt. Deinde ait: nos quidem illum deridemus, ſed timeo ne ille nos gladio ἀντιμυκτηρίσῃ In omnibus regibus hac urbanitas extimeſcenda eſt. J. F. Gronov. Adde Did. ad Homer. Iliad. Δ. vs. 20. & Caſaub. ad Theoph. Charact. p. 101. Lucian. initio Libelli contra eum qui dixerat &c. qui pag. 8. Atticis id tribuit. Vid. & Sueton in Claud. c. IV. Cyrillus Hieroſolymit. in Procatecheſi, ubi de fidelibus verba facit, qui eccleſiæ arcana Catechumenis pandunt: Οὐκ οἶδε γὰρ τί ἤκουσε, καὶ ἐλέγχει τὸ δόγμα, καὶ ἐκμυκτηρίζει τὸ λεγόμενον, *neſcit enim quid audivit, itaque rem coarguit, & quod ipſi dicitur naſo ſuſpendit adunco.* Eſt etiam operæ pretium adire Salmaſ. ad Hiſt. Auguſt. p. 168. *Cuper.*

67. *Habere quiddam a Curibus videbatur.*] Id eſt videbatur habere aliquam ſpeciem gravitatis & ſanitatis morum. Cures primatia, ut notum eſt, urbs Sabinorum, quæ gens præter ceteras gravitatis laude commendatur. Hinc *rigidi Sabini* apud Horat. *J. F. Gronov.* Vid. Manut. Quæſit. per Epiſt. ep. 1.

mùm, quòd olim ſolebant, qui Romæ erant, ad provinciales amicos de republica ſcribere: nunc [q] tu nobis ſcribas oportet. Res enim publica iſtic eſt: deinde, quòd nos aliis officiis tibi abſenti ſatisfacere poſſumus: tu nobis, niſi litteris, non video, qua re alia ſatisfacere poſſis. Sed cetera ſcribes ad nos poſtea. Nunc hæc [r] primò cupio cognoſcere: iter tuum cujusmodi [s] ſit: [t] 68 ubi Brutum noſtrum videris: quamdiu ſimul fueris: deinde, cùm proceſſeris longiùs, de bellicis rebus, de toto negotio, ut exiſtimare poſſimus, quo ſtatu ſimus. Ego tantum me ſcire putabo, quantum ex tuis litteris habebo cognitum. Cura ut valeas, meque ames amore illo tuo ſingulari.

q te nob. ſcribere *MS.*
r prima *MSS.*
s ſit ad nos *alii.*
t utrum *MS.*

EPISTOLA XXI.

ARG. *Rogat ut ſui abſentis deſiderium crebris & longis epiſtolis leniat: enumerat Trebonii erga ſe officia: de Calvo oratore jam mortuo, quid ſentiat, exponit. Ceſare dictatore* II. [A. V. C. DCCVI.] Hanc præceſſit ep. 20. lib. XIV. ſequitur ep. 14. lib. IV.

P. B.

M. T. C. TREBONIO S. P. D.

ET epiſtolam tuam legi libenter, & librum libentiſſimè: ſed tamen in ea voluptate hunc [v] accepi dolorem, quòd, cùm [x] incendiſſes cupiditatem meam conſuetudinis augendæ noſtræ, (nam ad amorem quidem nihil poterat accedere) tum diſcedis à nobis, meque tanto deſiderio afficis, ut unam mihi conſolationem relinquas, fore, ut utriuſque noſtrûm abſentis deſiderium crebris & longis epiſtolis leniatur. Quod ego non modò de me tibi ſpondere poſſum, ſed de te etiam mihi. Nullam enim apud me reliquiſti dubitationem, quantum me amares. Nam, ut illa omittam, quæ civitate teſte feciſti, 69 cùm mecum inimicitias [y] communicaſti, cùm me concionibus tuis defendiſti, cùm quæſtor in

v cepi *MS.*
x accendiſſes *MS.*
y communicaviſti *MSS.*

68. *Ubi Brutum noſtrum videris.*] M. Brutum, Galliam Ciſalpinam regentem. Si quis tamen hæc omnia ad profectionem, de qua in ep. 28. lib. X. & epiſt. 16. lib. XII. dictum eſt referat, non video cur magnopere ſit repugnandum. *Corrad.*

69. *Quum mecum inimicitias communicaſti.*] Adverſus inimicos meos ſimultates ſuſcepiſti. vide IV. Obſerv. 2. *J. F. Gronov.*

70. *Multa*

in mea atque [z] in publica cauſa conſulum partes ſuſcepiſti, tùm tribuno plebis quæſtor non paruiſti, cui tuus præſertim collega pareret: ut hæc recentia, quæ meminero ſemper, obliviſcar: quæ tua ſollicitudo de me in armis, quæ lætitia in reditu, quæ cura, qui dolor, [a] cùm ad te curæ & dolores mei perferrentur? Brundiſium denique te ad me venturum fuiſſe, niſi ſubitò in Hiſpaniam miſſus eſſes? Ut hæc igitur omittam, quæ mihi [b] tanti æſtimanda ſunt, [c] quanti vitam æſtimo, & ſalutem meam: liber iſte, quem mihi miſiſti, quantam habet declarationem amoris tui? primùm, quòd tibi facetum videtur, quidquid ego dixi: quod aliis fortaſſe non item: deinde, quòd illa ſive faceta [d] ſunt, ſive [e] ſic fiunt, narrante te, venuſtiſſima. quin etiam antè quàm ad me veniatur, riſus omnis pænè conſumitur. Quòd ſi in his ſcribendis nihil aliud, niſi, quod neceſſe fuit, de uno me tamdiu [f] cogitaviſſes, ferreus eſſem, ſi te non amarem. Cùm verò ea, quæ [g] ſcriptura perſecutus es, ſine ſummo amore cogitare non potueris: non poſſum exiſtimare, plus quemquam à ſeipſo, quàm me à te amari. Cui quidem ego amori, utinam ceteris rebus poſſem! amore certè reſpondebo: quo tamen ipſo tibi confido futurum ſatis. Nunc ad epiſtolam venio, cui copioſè, & ſuaviter ſcriptæ, nihil eſt quòd multa reſpondeam. Primùm enim ego illas Calvo litteras miſi, non plus, quàm has, quas nunc legis, exiſtimans exituras. aliter enim ſcribimus, quod eos ſolos, quibus mittimus; aliter, quod multos lecturos putamus. Deinde ingenium ejus melioribus extuli laudibus, quàm tu id verè potuiſſe fieri putas. Primum, quod ita judicabam, acutè movebatur. genus quoddam ſequebatur: in quo judicio lapſus, [h] quo valebat, tamen [i] aſſequebatur, quod probaret. 70 Multæ erant & reconditæ litteræ: vis non erat. Ad eam igitur [k] adhortabar. In excitando autem, & in acuendo plurimùm valet, ſi laudes eum, quem cohortere. Habes de Calvo judicium & conſilium meum: conſilium, quòd hortandi cauſa laudavi: judicium, quòd de ingenio ejus valde exiſtimavi bene. Reliquum eſt, [l] tuam profectionem amo-

z in deeſt in *MS.*
a quam ad *MS.*
b tanta *MS.*
c quantam id. *MS.*
d ſint *alii.*
e ſecus *alii.*
P. CCLVI.
f cogitaſſes *MS.*
g ſcripta *MS.*
h quod *MS.*
i exſeq. *MS.*
k hortab. *alii.*
l ut tuam *MS.*

70. *Multa erant & recondita littera.*] *Doctum* etiam Calvum vocat Propert. lib. II, eleg. ult. ubi vide Paſſeratium.

 * Or-

amore proſequar : reditum ſpe exſpectem : abſenten memoria colam : [m] omne deſiderium litteris mittendi accipiendiſque leniam. Tu velim tua in me ſtudia & officia multum tecum recordere : quæ cùm tibi liceat mihi nefas ſit obliviſci, non modò virum bonum m exiſtimabis, verùm etiam te à me amari plurimùm judi cabis. Vale.

m com- mune *alii.*

P. B.

* M. TULLII CICERONIS EPISTOLARUM

LIBER SEXTUSDECIMUS, AD TIRONEM.

EPISTOLA I.

ARG. *Suum Cicero Tironi deſiderium ſignificat. Cum enin Cilicia proconſul ad urbem rediret, ſervum ſibi cariſſimum Tironei cujus præcipue opera in litteris utebatur, agrum Patris reliquit : eum ſæpe ex itinere teſtes amoris ac deſiderii ſui litteras miſit. Paullo, C. Marcello Coſſ.* [A. V. C. DCCIII.] Hanc præceſſit 5. lib. XIV. ſequitur proxime ſubjuncta.

(III) M. T. C. ET CICERO MEUS, ET FR. E FRATRIS FIL. TIRONI S. P. D.

PAULLO faciliùs putavi poſſe me fe deſiderium tui : ſed planè non fero : quamquam magni ad honorem noſtr intereſt, quàm primùm ad urbem me nire, tamen peccaſſe mihi videor, [a] à te diſceſſerim. Sed quia tua volur ea videbatur eſſe, ut prorſus, niſi confirmato cor

a abs *Lamb.* male.

* Ordo Epiſtolarum in hoc extremo libro valde perturbatus

re, nolles navigare, approbavi tuum conſilium, neque nunc [b] muto, ſi tu in eadem es ſententia. Sin [c] autem poſtea, quàm cibum cepiſti, videris tibi poſſe me conſequi, tuum conſilium eſt. Marionem ad te eò miſi, ut aut tecum ad me quàm primùm veniret: aut, ſi tu morarere, ſtatim ad me rediret. Tu autem hoc tibi perſuade, ſi commodo valitudinis tuæ fieri poſſit, nihil me malle, quàm te eſſe mecum. [d] ſi autem intelliges opus eſſe, te Patris, convaleſcendi cauſa, [e] paullum commorari, nihil me malle, quàm te valere. Si ſtatim navigas, nos Leucade conſequere. ſin te confirmare vis; & comites, & tempeſtates, & navem idoneam ut habeas, diligenter videbis. Unum illud, mi Tiro, videto, ſi me amas, ne te Marionis adventus, & hæ litteræ moveant. Quod valitudini tuæ maximè conducet, ſi feceris; [f] maximè obtemperaris voluntati meæ. [1] Hæc pro tuo ingenio conſidera. Nos ità te deſideramus, ut amemus. amor, ut valentem videamus, hortatur: deſiderium, ut quàm primùm. Illud igitur potiùs. Cura ergo potiſſimùm, ut valeas: De tuis innumerabilibus in me officiis erit hoc gratiſſimum. III nonas Novembres.

b muto MS. mitto al. MS.
c alii delent autem.
d ſin intell. alii.
e P. B. pullum MS.
f max. deeſt in MS.

EPISTOLA II.

ARG. *Scribit de ſua ſollicitudine, ſuoque ad Alyziam acceſſu: rogat ut valetudinem diligenter curet.* [A. V. C. DCCIII.] Hanc præceſſit ſuperior epiſtola, ſequitur ſtatim ſubjecta.

(IV) TULLIUS TIRONI SUO S.P.D.

NON queo ad te nec lubet ſcribere, quo animo ſim affectus; tantùm ſcribo, & tibi & mihi maximæ

nos eum, quem Lambinus conſtruxit, ſecuti ſumus, non multum intereſſe exiſtimantes, quo loco hæc vel illa legatur. Vitiis bellum indiximus, ut ſuum nitorem Tullio reciperemus: velitari verò, quid priore, quid poſteriore acie, collocandum ſit, cum tot editionibus animum nunquam induximus. *Gebh.* Nos tamen, partim ne quis criminetur numeros pagg. edit. Aldinæ in margine perperam eſſe poſitos, partim ut lector Nizolianum theſaurum recte poſſit ſequi, dedimus ſeriem epiſtolarum editionis Aldinæ, numeris uncis incluſis unicuique epiſtolæ appoſitis, uſque ad decimam ſextam, poſt quam nulla reperitur in ordine varietas.

1. *Hæc pro tuo ingenio conſidera.*] Si ſcriberet ad unum alicujus aucto-

ximæ voluptati fore, ſi te firmum quàm primùm videro. Tertio die abs te ad [g] Alyziam acceſſeramus. Is locus eſt citra Leucadem ſtadia CXX. Leucade aut te ipſum, aut tuas litteras à Marione putabam me acceptu- rum. Quantùm me diligis, tantùm fac ut valeas, vel quantùm te à me ſcis diligi. Nonis Novembr. Alyzia.

[g] Aliziam, aut Aluciam *MSS.* & *ita deinceps.*

EPISTOLA III.

ARG. *Rogat ut omni cura valetudini ſerviat.* [A. V. C. DCCIII.] Hanc præceſſit ſuperior, ſequitur proxime ſequens.

(V) TULLIUS ET CICERO, TIRONI SUO S. D. ET Q. PATER, ET Q. FILIUS.

NOs apud Alyziam, ex quo loco tibi litteras antè dederamus, [h] unum diem commorati ſumus, quòd Quintus nos conſecutus non erat. Is [i] dies fuit nonæ Novembr. Inde ante lucem proficiſcentes, ante diem VIII. idus Novemb. has litteras dedimus. Tu, ſi nos omnes amas, & præcipuè me, magiſtrum tuum, confirma te. Ego valde ſuſpenſo animo exſpecto, primùm te ſcilicet, deinde Marionem cum tuis litteris. Omnes cupimus, ego in primis, quàm primùm te videre: ſed, mi Tiro, valentem. Quare nihil properaris: ſatis quotidie videro, ſi valebis. [2] Utilitatibus tuis poſſum carere: te valere, tua cauſa primùm volo, tum mea, mi Tiro. Vale.

[h] ut unum *MS.*

[i] enim dies *MS.*

Pag. CCLVIII.

EPI-

auctoritatis, dixiſſet, pro tua ſapientia. Diligenter expende, ut ſoles, male Manutius. *J. F. Gronov.*

2. *Utilitatibus tuis poſſum carere.*] *Utilitates* hic non pro rebus utilibus accipiuntur, ſed pro operis quas Tiro, cum valeret, Ciceroni præbere ſolitus erat: ut ab eo, quo utimur, non ab eo, quod utile eſt, deducatur. Sic ad Att. ep. 5. lib. VII. *Tironem, etſi mirabiles utilitates mihi præbet, cum valet, in omni genere vel negotiorum, vel ſtudiorum meorum, tamen propter humanitatem & modeſtiam malo ſalvum, quam propter uſum meum.* Et Lucretius lib. VI. *Utilitatem*, pro, uſum dixit; *Nihil adeo poſſet cuiquam leve, tenueque membris Vertere in utilitatem.* Manſit hæc ſignificatio uſque ad venerabilis Bedæ tempora: nam in quadam homilia, *An tu*, inquit, *calumniaris ea, qua oculis vides, manu tenes, utilitate ſentis?* P. Manut.

3. Jus

EPISTOLA IV.

ARG. *Tota cohortatio eſt ad curandam valetudinem.* [A. V. C. DCCIII.] Hanc præceſſit proxime præcedens, ſequitur ſtatim ſubjuncta.

(VI) M. T. C. ET Q. FR. ET Q. FIL. TIRONI S.

[k] VAriè ſum affectus tuis litteris: valde priore pagina perturbatus, paullùm altera recreatus. Quare nunc quidem non dubito, quin, quoad planè valeas, te neque navigationi, neque viæ committas. ſatis [l] te maturè videro, ſi planè confirmatum videro. De medico & tu bene exiſtimari ſcribis, & ego ſic audio, ſed planè curationes ejus non probo. 3 Jus enim dandum tibi non fuit, cùm κακοστόμαχος eſſes: ſed tamen & ad illum ſcripſi accuratè, & ad Lyſonem. Ad Curium verò, ſuaviſſimum hominem, & ſummi officii, ſummæque humanitatis, multa ſcripſi; in his etiam, ut, ſi tibi videretur, te ad ſe transferret. Lyſo enim noſter vereor, ne negligentior ſit: primùm, quia omnes Græci; deinde, quòd, cùm à me litteras accepiſſet, mihi nullas remiſit. ſed eum tu [m] laudas. Tu igitur, quid faciendum ſit, judicabis. Illud, mi Tiro, te rogo, [n] 4 ſumptu ne parcas ulla in re, [o] quod ad valitudinem opus ſit. Scripſi ad Curium, 5 quod dixiſſes, daret

k Valde *MS.*
l enim te *alii.*
m laudaſti *MSS.*
n ſumtui *Grav. & alii.*
o qua *alii.*

3. *Jus enim tibi dandum non fuerat, cum κακοστόμαχος.*] Celſus quoque lib. II. cap. 24. inter ea quæ aliena *ſtomacho* ſunt jurulenta ponit. merito igitur culpavit Aſclaponem Medicum Cicero: ſi enim firmo ſtomacho jurulenta non conveniunt, quanto magis infirmum affectumque Tironis jus quod ei dederat, lædere potuit? κακοστόμαχον appellavit, qui ſtomacho laboraret. Idem Medicinæ candidiſſimus auctor, cùm inquit, *at imbecillis ſtomacho, quo in numero magna pars urbanorum, omneſque pane cupidi litterarum ſunt*, κακοστομάχους intellexit. *Victorius.*

4. *Sumtui ne parcas, ulla in re, quod.*] Pecuniæ erogandæ. De hac locutione veterum, *re quod*, vid. III. Obſerv. 2. *J. F. Gronov.*

5. *Quod dixiſſet daret medico, ipſi puto aliquid dandum eſſe.*] Hæc verba (niſi fallor) perperam diſtincta ſunt: &, ut arbitror, ita interpungi debent, *quod dixiſſet, daret. medico ipſi puto aliquid dandum eſſe.* ut certiorem faciat Cicero Tironem ſe ad Curium ſcripſiſſe, ut ei daret numeraretque pecuniam, quam dixiſſet ac popoſciſſet, ut illa ipſe in ſumptum uti poſſet. Admonet tamen Tironem, ut ante omnia medico ipſi partem aliquam illius pecu-

 niæ

F. B. daret medico. ipſi puto aliquid dandum eſſe, quò ſit ſtudioſior. Innumerabilia tua ſunt in me officia, domeſtica, forenſia, urbana, provincialia: in re privata, in publica, in ſtudiis, in litteris noſtris. Omnia viceris, ſi, ut ſpero, te validum videro. Ego putò te belliſſimè, ſi rectè erit, cum quæſtore p Meſcinio decurſurum. non inhumanus eſt: teque, ut mihi viſus eſt, diligit, & cùm valitudini tuæ diligentiſſimè conſulueris, tum, mi Tiro, conſulito navigationi. Nulla in re q jam te feſtinare volo. nihil laboro, niſi ut ſalvus ſis. Sic habeto, mi Tiro, neminem eſſe, qui me amet, quin idem te amet: & cùm tua, & mea maximè intereſt te valere, tum multis eſt curæ. Adhuc, r dum mihi nullo loco deeſſe vis, numquam te confirmare potuiſti. nunc te nihil impedit: omnia depone, corpori ſervi. quantam diligentiam in valitudinem tuam contuleris, tanti me fieri judicabo. Vale, mi Tiro, vale, s vale, & ſalve. Lepta tibi ſalutem dicit, & omnes. Vale. VII. idus Novembr. Leucade.

p Meſſinio MS.

q tam MS. jam feſt. alii.

r cum MS.

s vale illud delet MS.

EPISTOLA V.

ARG. *Rogat Tironem ut valetudinem curet.* [A. V. C. DCCIII.] Hanc præceſſit proxime ſuperior, ſequitur quæ ſtatim ſubjungitur.

(I) TULLIUS, ET CICERO, ET Q. Q. TIRONI HUMANISS. ET OPT. S.P.D.

VIDE, quanta ſit in te ſuavitas. 6 duas horas Thyrei fuimus. Xenomenes hoſpes tam te diligit, t quàm

niæ ſolvat, quo ſtudioſior ac diligentior ille ſit. neque enim veriſimile eſt, jubere Ciceronem mercedem aliquam Curio dari, qui civis Romanus erat & locuples homo, & Ciceronis in primis familiaris, quemadmodum ex epiſtolis ipſius intelligi poteſt, quæ ſunt in libro ad Marium, nec non ex epiſtola Curii ad Ciceronem: quicquid enim ille pro ſalute & commodis Tironis faciebat, officii gratia faciebat & jure amicitiæ, qua cum patrono ipſius arcte conjunctus erat. Hanc etiam ſuſpicionem confirmant verba illa, quæ ſunt in tertia ab hac epiſtola, *Curio miſi, ut medico honos haberetur, & tibi daret quod opus eſſet: me cui juſſiſſet curaturum.* Oſtendunt enim voluiſſe Ciceronem in poteſtate Tironis nummos eſſe, quamvis ei mandet, quod prætermitti non potuit, ut medico ſtatim mercedem diſſolvat. *Victorius.*

6. *Duas horas Thyrei fuimus.*] Monet vir eruditus, (indicarunt alii,

n ſi vixerit tecum. Is omnia pollicitus eſt, quæ ſſent opus: facturum puto. Mihi placebat, ſi fir-eſſes, ut te Leucadem [v] deportaret, ut ibi te pla-onfirmares. Videbis, quid Curio, quid Lyſoni, medico placeat. Volebam ad te Marionem [x] re-re: quem, cùm meliuſculè tibi eſſet, ad me [y] mit-: ſed cogitavi, unas litteras Marionem afferre:, me autem crebras exſpectare. Poteris igitur, & s, ſi me diligis, ut quotidie ſit Acaſtus in portu. i erunt, quibus rectè litteras dare poſſis, qui ad me ter perferant. Equidem Patras euntem neminem ermittam. Ego omnem ſpem tui diligenter curan-ı Curio habeo. Nihil poteſt illo fieri humanius, ni-oſtri amantius. Ei te totum trade. malo te paullo valentem, quàm ſtatim imbecillum videre. Cura r nihil aliud, niſi ut tu valeas: cetera ego curabo. m atque etiam vale. [z] Leucade proficiſcens, VII Novembr.

t quaſi vix. *MS.*
v *alii* deportares, *MS.* adportaret.
x mittere *MS.*
y remittes *MSS.*
z Leucadem *MS.*

EPISTOLA VI.

R. G. *Rogat, ne quid omittat, quod ad recuperandam valetudi-ſpectet.* [A. V. C. DCCIII.] Hanc præceſſit proxime ſuperior, itur quæ ſtatim ſubjicitur.

II) M. TULLIUS CIC. PATER ET FIL. ET Q. Q. TIRONI S. D.

ERTIAM ad te hanc epiſtolam ſcripſi [a] eodem die, magis inſtituti mei tenendi cauſa, quia nactus n cui darem, quàm, [b] quò haberem, quid ſcribe-ı. Igitur illa: quantum me diligis, tantum adhibe te diligentiæ. Ad tua innumerabilia in me officia le hoc, quod mihi erit gratiſſimum omnium. cùm tudinis rationem, ut ſpero, habueris, habeto etiam igationis. In Italiam euntibus omnibus ad me lit-teras

a *alii* ead.
b quod *alii.*

, quorum verba ferè pono) videamus an rectius *Thyreis*, lega-: cujus, ut Epiri inſulæ, mentionem facit Strabo. Paullò poſt nt Palatinus ſextus, Hittorpianus, *quaſi vixerit tecum:* ſed gatum defendit Catullus, *utor tàm bene, quàm mihi pararim:* potius illam, quam ex v. c. oræ vulgatarum editionum im-ſſerunt, *quàm vixerit tecum.* mihi illa genuinam ac veterem gantiam redolere videtur. *Gebhard.*

7. *Cura*

c quando alii. teras dabis, ut ego euntem Patras neminem prætermitto. Cura, [7] cura te, mi Tiro, [c] quum non contigit,
F, CCLIX. ut ſimul navigares. nihil eſt, quod feſtines: nec quidquam cures, niſi ut valeas. Etiam atque etiam vale. VII. idus Novembr. Actio, veſperi.

EPISTOLA VII.

ARG. *Adverſis ventis Corcyræ ſe teneri ſignificat. Tironem hortatur ut ſe curet, nec niſi confirmatus naviget.* [A. V. C. DCCIII.] Hanc præceſſit ſuperior, ſequitur ep. 9. hujus libri.

F. CCLVII.

(II) M. T. C. TIRONI S. P. D.

SEPTIMUM jam diem Corcyræ tenebamur; Quintus autem [d] pater & filius Buthroti. Solliciti eramus de tua valitudine mirum in modum: nec mirabamur nihil à te litterarum. [8] Iis enim ventis iſtinc navigatur, qui ſi [e] eſſent, nos Corcyræ non ſederemus. [9] Cura igitur te, & confirma: &, cùm commodè, & per valitudinem, & per anni tempus nàvigare poteris, ad nos, aman-

d frater Vict.

e non eſſ. quad. edd.

7. *Cura te mi Tiro.*] Nos auxilio vetuſtorum codicum bis *Cura* ſcripſimus, nota figura, & quæ oſtendat majore quodam affectu pronuntiata eſſe hæc verba. Quod veriſimile eſt cum tantum de ſalute Tironis ſollicitus eſſet. Ariſtoph. in Ranis non ſemel ſic locutus eſt, *πρᾶγμα πρᾶγμα γὰρ κεκίνηται μέγα ἐν τοῖς νεκροῖς, καὶ ςάσις πολλὴ πάνυ* Item,

Ἄρν' ἄρνα μέλαιναν παῖδες ἐξενέγκατε.

Sed tam frequens eſt apud poëtas & oratores hæc figura, ut omnes ſciant vim quam habet, ejuſque elegantia capiantur. ſæpe tamen (quod incommode accidit) vitio librariorum deleta eſt: qui cum in exemplari eandem vocem repetitam viderent, mendum eſſe putantes, ſemel tantum ſcribebant. *Victor.*

8. *Iis enim ventis iſtinc navigatur, qui ſi eſſent, nos Corcyræ non ſederemus.*] Iſte locus corruptus eſt, ſi recte perpendatur. Cicero, qui Patris reliquerat tyronem ægrum, in Italiam navigaverat, ſed Corcyræ ventis adverſis retinebatur. Hinc dicit ſe non mirari nihil ſibi litterarum afferri a Tyrone, quia iſtis ventis, qui tunc flabant, commode Corcyra Patras poſſit curri, non vero Patris Corcyram. Quid vero eſt, *qui ſi eſſent, nos Corcyræ non ſederemus.* Atqui erant ii venti, qui Patras propellebant naves Corcyra ſolventes; propter illas ſedebat in illa inſula invitiſſimus. Legendum cenſeo, ut huic loco ſententia conſtet, *qui niſi eſſent, nos Corcyræ non ſederemus.* Ultimæ litteræ præcedentis voculæ *qui* videntur primam ſyllabam *τοῦ niſi* imbibiſſe. Si hi venti non eſſent, nos Corcyræ non moraremur. *Gravius.*

amantiſſimos tui, veni. Nemo nos amat, qui te non [f] diligat. carus omnibus, exſpectatuſque venies. Cura, ut valeas etiam atque etiam, [g] Tiro noſter. Vale. 9 xv kalend. Novembr. [h] Corcyrâ.

f diligit *MS.* g Tiro noſt. *deeſt in MS.* h *alii* Corcyræ.

EPISTOLA VIII.

ARG. *Q. Cicero, quanta ſibi Tironis valetudo curæ ſit, amantiſſimis verbis oſtendit.* [A.V.C. DCCIV.] Hanc præceſſit ep. IX. hujus libri, ſequitur ep. 15. lib. VIII.

(VIII) 10 Q. C. TIRONI S.

MAGNÆ nobis eſt ſollicitudini valitudo tua. nam, tametſi qui veniunt, ἀκίνδυνα μὲν, χρονιώτερα δὲ nuntiant, tamen in magna conſolatione ingens [i] ineſt ſollicitudo, ſi diutius à nobis [k] afuturus eſt is, cujus uſum & ſuavitatem deſiderando ſentimus. Attamen quamquam videre [l] te tota cogitatione [m] cupio, tamen te penitus rogo, ne [n] te tam longæ navigationi & viæ per hiemem, niſi bene firmum, committas: neve naviges, niſi exploratè. Vix in ipſis tectis, & oppidis frigus infirma valitudine vitatur: nedum in mari & via ſit facilè abeſſe ab injuria temporis. ψῦχος δὲ [o] λεπτῷ χρωτὶ πολεμιώτατον inquit Euripides. Cui tu quantum credas, neſcio. ego certè ſingulos ejus verſus ſingula [p] ejus teſtimonia puto. Effice, ſi me diligis, ut valeas, & ut ad nos firmus ac valens quàm primùm venias. Ama nos, & vale. Q.F. tibi ſalutem [q] dicit.

i eſt *MS.* k *alii* abfuit. l de *MS.* m percupio *MS.* n te *deeſt in MS.* o λεπτόχρωτι *MS.* p *alii non habent* ejus. q plur. dicit *alii.*

EPI-

9. xv. *Kal. Nov.*] xv. Kal. Decemb. legendum, nemo non videbit, qui ep. 9. hujus lib. leget, in qua a Tirone ad IV. Non. Novemb. diſceſſiſſe oſtendit. *Corradus.* Videtur ſcribendum XVI. ſcribit enim in 9 hujus libri epiſtola, *Corcyra fuimus uſque ad* XVI. *Kal. Decembris.* Urſin.

10. *Q. CIC. TIR. S. Magna nobis &c.*] Nos ſecuti antiquorum codicum fidem, qui in hoc omnes conveniebant, hanc epiſtolam *Q. Ciceroni* reſtituimus. nam etſi quaſdam conjecturas quæ id confirmarent adferre poſſemus, ſatis eſſe putavimus librorum vetuſtatem, teſtimonium, ut ſuum unicuique reddatur. Quod autem in cunctis impreſſis ante legebatur *Q. Frater tibi Sal. dic.* Nos cum iiſdem codicibus ſcripſimus, *Qu. F. tibi Sal. dic.* F. autem filium ſignificare non fratrem, nemo eſt qui neſciat. *Victor.*

11. A

EPISTOLA IX.

ARG. *Navigationis deſcriptio, & ad curandam valetudinem benevolentiæ plena cohortatio.* [A. V. C. DCCIII.] Hanc præceſſit ep. 7. hujus libri, ſequitur ep. 11. in eodem hoc libro.

(IX) M. T. ET C. ET Q. TIRONI S. P. D.

NOS à te, ut ſcis, diſceſſimus a. d. IV. non. Novemb. Leucadem venimus a. d. VIII. idus Novembr. a. d. VII. Actium. ibi propter tempeſtatem a. d. VI. idus morati ſumus. Inde a. d. quintum idus Corcyram belliſſimè navigavimus. Corcyræ fuimus uſque a. d. XVI. kalend. Decembr. tempeſtatibus retenti. a. d. XV. kalend. Decembr. [11] à portu Corcyræorum, ad Caſſiopen ſtadia CXX proceſſimus. Ibi retenti ventis ſumus uſque a. d. IX kalendas. Intereà, qui cupidè profecti ſunt; [r] multi naufragia fecerunt. Nos eo die cenati ſolvimus. Inde Auſtro leniſſimo, cælo ſereno, nocte illa, & die poſtero in Italiam ad Hydruntem ludibundi pervenimus: eodemque vento poſtridie (id erat a. d. VII. kalend. Decembr.) hora quarta Brundiſium venimus: eodemque tempore ſimul nobiſcum in oppidum introiit Terentia: quæ te facit plurimi. a. d. V. kal. Decemb. ſervus Cn. Plancii Brundiſii tandem aliquando mihi à te exſpectatiſſimas litteras reddidit; datas idibus Novembr. quæ me moleſtia valde [s] levarunt: utinam omnino liberaſſent! Sed tamen Aſclapo medicus [t] planè confirmat; pro-

P. B.

r multa MS.

s levavenunt MS.

t equidem alii.

11. *A portu Corcyraeorum ad Caſſiopen.*] Vetuſta exemplaria *Caſſioden.* Nos erratum unius litteræ in illis eſſe exiſtimavimus, & *Caſſiopen* reſtituimus: de quo portu Strabo lib. I. ἐν τούτῳ δ' ἐστὶ τῷ διαστήματι Πάνορμός τε λιμὴν μέγας ἐν μέσοις τοῖς Κεραυνίοις ὄρεσι· καὶ μετὰ ταῦτα Ὀγχισμὸς λιμὴν ἄλλος, καθ' ὃν τὰ δυσμικὰ ἄκρα τῆς Κερκυραίας ἀντίκειται καὶ πάλιν ἄλλος Κασσιόπη, ἀφ' οὗ ἐπὶ Βρεντέσιον χίλιοι ἑπτακόσιοι στάδιοι, οἱ δ' ἴσοι ἐπὶ Τάραντα ἀπὸ ἄλλου ἀκρωτηρίου νοτιωτέρου τῆς Κασσιόπης ὃ καλοῦσι Φαλακρόν. Plinius etiam lib. IV. cap. 12. *Inſulæ autem ex adverſo Theſprotiæ Corcyra, a Buthroto XII.* ∞ *paſſ. eadem ab Acroceraunijs L.* ∞. *cum urbe ejuſdem nominis Corcyra liberæ civitatis & oppido Caſſiope temploque Caſſii Jovis, paſſ.* LXXXXVII. *in longitudine patens.* Sed & A. Gellius in initio lib. XXI. *Navigabamus a Caſſiope Brunduſium.* Victor. *Ad Caſſopen* legendum ex Plinio lib. IV. extant etiam numiſmata vetera ΚΑΣΣΩΠΑΙΩΝ. Urſin.

12. *Sym-*

propediem te valentem fore. Nunc [v] quid ego te hortor? ut omnem diligentiam adhibeas ad convaleſcendum. Tuam prudentiam, temperantiam, amorem erga me novi. ſcio te omnia facturum, ut nobiſcum quàm primùm ſis. Sed tamen ita velim, ut ne quid properes. [12] Symphoniam Lyſonis velim vitaſſes, ne [13] in quartam [x] hebdomada incideres. Sed, [y] quum pudori tuo maluiſti obſequi, quàm valitudini, reliqua cura.

v ſane *alii*
x *alii* hebdomadam.
y quando *alii*.

12. *Symphoniam Lyſonis.*] Vellem non interfuiſſes convivio Lyſonis, in quo Symphonia cecinit, ut loquitur III. Verr. 44. vel Symphoniaci pueri cecinere, v. Verrem 31. pro Cœl. 15. *J. F. Gronov.*

13. *In quartam hebdomadam.*] Medici eos dies, quos κρισίμους vocant, in hebdomadas contrahunt, quarum hic *quartam* dici potius arbitror, quam quod quidam putarunt, unam ex illis duodecim hebdomadibus, quibus in libris Hetruſcis fatalem hominis ætatem deſcribi Varro commemorat. qua in re Cœlius Calcagninus, Ferrariæ decus atque adeo Italiæ, a me non diſſentiebat. *Corrad.* Recte de diebus κρισίμοις ægrotorum intelligit, quæ hebdomadibus deſcribebantur apud Græcos Medicos. Cenſorinus de Die natali, cap. XI. *Hippocrates quoque, aliique medici in corporum valetudinibus non aliud oſtendunt. Namque ſeptimum quemque diem* κρίσιμον *obſervant.* Idem cap. 14. *Ut in morbis dies ſeptimi ſuſpecti ſunt ac* κρίσιμοι *dicuntur, ita per omnem vitam ſeptimum quemque annum periculoſum, & velut* κρίσιμον *eſſe &* κλιμακτηρικὸν *vocari.* Gell. III. cap. 10. *Diſcrimina etiam periculorum in morbis majore vi fieri putant in diebus; qui conficiuntur ex numero ſeptenario: eoſque dies omnium maxime, ita ut medici appellant,* κριτικοὺς ἢ κρισίμους, *cuique videri primam hebdomadam & ſecundam & tertiam.* Videtur igitur Lyſo invitaſſe Tironem ad audiendam ſymphoniam, ſed ea defatigatus, deterius ſe habuit, ut hinc Cicero vereretur ne in quartam hebdomadem ejus morbus incurreret & protraheretur. *Gravius.*

14. *Ut medico honos haberetur.*] *Habere honorem* dicitur de omni præmio, & quod fit pecunia, atque adeo interdum ponitur pro mercedem dare, ut hoc loco, ſed honeſtius dicitur habere honorem. Sic lib. II. de Invent. *Aut cum beneficiis honos habitus ſit, pro maleficio pœnam ſumi oportere.* Cæſar lib. II. de Bell. Civ. *Eadem ratione privatim ac quibusdam civitatibus habitis honoribus.* Curtius lib. X. *Cum omnes amicos regis donis ſupra ipſorum, vota coluiſſet, Bagoa, ſpadoni qui Alexandrum obſequio corporis devinxerat ſibi, nullum honorem habuit.* J. F. Gronov. Non ſimpliciter *honor* ſignificat iſtis locis mercedem aut præmium, ſed proprie ἀντίδωρον ſive ἀντευεργέτημα. Appoſite Tellus apud Ovid. Metam. lib. III. vs. 285.

Hoſne mihi fructus, hunc fertilitatis honorem
Officiique refers. Verburg.

15. *Noſtra*

ra. Curio miſi, [14] ut medico honos haberetur: & tibi daret, quod opus eſſet: me, cui juſſiſſet, curaturum. [z] Equum & mulum Brundiſii tibi reliqui. Romæ vereor, ne ex kal. Jan. magni tumultus ſint. Nos agemus omnia modicè. Reliquum eſt, ut te [a] hoc rogem, & à te petam, ne temerè naviges. Solent nautæ feſtinare quæſtus ſui cauſa. Cautus ſis, mi Tiro. Mare magnum & difficile tibi reſtat. Si poteris, cum Meſcinio. cautè is ſolet navigare. ſi minùs, cum honeſto aliquo homine, cujus auctoritate navicularius moveatur. In hoc omnem diligentiam ſi adhibueris, teque nobis incolumem [b] præſtiteris, omnia à te habebo. Etiam atque etiam, noſter Tiro, vale. Medico Curio Lyſoni de te ſcripſi diligentiſſimè. Vale, ſalve.

z Medicum *MS.*
a *alii delent* hoc.
P. CCLX.
b ſtiteris *Manut.*

EPISTOLA X.

ARG. *Narrat, quam Tironi periculoſum ſit, poſt morbum in viam ſe dare: & ejus operam in ſtudiis exigit.* [A. V. C. DCCVIII.] Hanc præceſſit ep. 19. hujus libri, ſequitur ep. 18. in eodem hoc libro.

P. CCLXII.

(XII) M. T. C. TIRONI S. P. D.

EGo verò cupio te ad me venire: ſed viam timeo. graviſſimè ægrotaſti: inedia & purgationibus, & vi ipſius morbi conſumptus es. Graves ſolent offenſiones eſſe [c] ex gravibus morbis, ſi [d] quæ culpa commiſſa eſt. Jam ad [e] id biduum, quod fueris in via, dum in Cumanum [f] venis, accedent continuò ad reditum dies quinque. Ego in Formiano a. d. III. kalend. eſſe volo. Ibi te ut firmum offendam, mi Tiro, effice. Litterulæ meæ, ſive noſtræ, tui deſiderio oblanguerunt. Hac tamen epiſtola, quam Acaſtus attulit, oculos paullum ſuſtulerunt. [g] Pompejus erat apud me, cùm hæc ſcribebam, hilarè & libenter ei cupienti audire noſtra, dixi, ſine te omnia mea muta eſſe. Tu Muſis noſtris para ut operas reddas. [15] noſtrà ad diem dictam

c *tres ſeqq. voces deſunt in MS.*
d qua *alii.*
e illud *MS.*
f veneris *alii.*
g Pomponius *Manut.*

15. *Noſtra ad diem dictam fient.*] Modus loquendi ſumptus a Græcis, illi enim ἐς ῥητὴν ἡμέραν. Utuntur eo ſæpe Romanorum rerum Græci ſcriptores, Plutarchus, Dion, Appianus. Terentius, *Ad præſtitutam diem*, inquit: quemadmodum etiam ſæpe

dictam fient. Docui enim te, fides ἔτυμον quod haberet. Fac planè ut valeas. nos adſumus. Vale. XIIII. kalend.

EPISTOLA XI.

ARG. *Rogat ut præter valetudinem nihil curet: addit de ſuo ad urbem adventu, de ſtatu reip. civilibus diſcordiis perturbato, de triumpho, de præfectura Campana. Lentulo, Marcello Coſſ.* [A. V. C. DCCIV.] Hanc præceſſit ep. 9. hujus libri, ſequitur ep. 20. lib. v.

(X) M. T. ET C. TERENTIA, ET TULLIA, Q. FRATER, ET Q. F. TIRONI S. P. D.

ETSI opportunitatem operæ tuæ omnibus locis deſidero: tamen non tam mea, quàm tua cauſa doleo, te non valere. Sed [h] quum in quartanam converſa vis eſt morbi (ſic enim [i] ſcribit Curius) ſpero, te, diligentia adhibita, etiam firmiorem fore. Modò fac, id quod humanitatis tuæ eſt, ne quid aliud cures hoc tempore, niſi ut quàm commodiſſimè convaleſcas. Non ignoro, quantum ex deſiderio labores; ſed erunt omnia facilia, ſi valebis. feſtinare te nolo, ne nauſeæ moleſtiam ſuſcipias æger, & periculosè hieme naviges. Ego ad urbem acceſſi pridie nonas Januar. obviam mihi ſic eſt proditum, ut nihil [k] poſſit fieri [l] ornatius. Sed incidi in ipſam flammam civilis diſcordiæ, vel potiùs belli; cui cùm cuperem mederi, &, ut arbitror, poſſem, cupiditates certorum hominum (nam ex utraque parte ſunt, qui pugnare cupiant) impedimento mihi fuerunt omnino. & ipſe Cæſar, amicus noſter, minaces ad ſenatum & acerbas litteras miſerat. [16] & erat adhuc impudens; qui exercitum & provinciam, invito ſenatu, teneret: & Curio meus illum incitabat. Antonius quidem noſter, & Q. Caſſius, [17] nulla vi expulſi, ad Cæſarem cum Cu- P. B.

h quando *alii.*
i ſcripſit *MS.*
k fieri potuerit *ed. vet.*
l honoratius *alii.*

pe Cicero, qui *ad præfinitam* quoque dixit. Plutarch. in Cæſare, ἂν ἐν ἡμέρᾳ ῥητῇ, μὴ κατάθηται τὰ ὅπλα. Appianus in Libycis, de Scipione, qui primus Africanus eſt appellatus, Σικελῶν δ' αὖ τριακοσίους καταγράψας εὐδαίμονας, ἐκέλευσεν ἥκειν ἐς ἡμέραν ῥητήν. Dion lib. XLVII. de Dolabella poſt Trebonii cædem, καὶ τοῖς τε συνοῦσιν οἱ ῥητὴν ἡμέραν ἐς ἔκλειψιν τῆς φιλίας αὐτοῦ προεῖπον. Et militibus certam diem præfinierunt, intra quam illis fraudi non eſſet, ſi a Dolabella diſceſſiſſent. *Victor.*

16. *Et erat adhuc impudens.*] Forte, *ad hoc*, i. e. eouſque impudens; ut parere Senatui recuſaret jubenti exercitum & provinciam deponere. *J. F. Gronov.*

17. *Nulla vi expulſi.*] Sed vim interpretabantur SC. quò removebantur a rep. Cæſar B. Civ. 5. *Idem.*

Curione profecti erant. [18] Poſteà quam ſenatus conſulibus, prætoribus, tribunis plebis, & nobis, qui proconſules ſumus, negotium dederat, ut curaremus, ne quid reſpublica detrimenti caperet, nunquam majore in periculo civitas fuit: nunquam improbi cives habuerunt paratiorem ducem: omnino ex hac quoque parte [19] diligentiſſime comparatur. Id fit auctoritate, & ſtudio Pompeji noſtri, qui Cæſarem ſero cœpit timere. Nobis inter has turbas ſenatus tamen frequens flagitavit triumphum: ſed Lentulus conſul, quo majus ſuum beneficium faceret, ſimul atque expediſſet, quæ eſſent neceſſaria, de republica dixit ſe relaturum. Nos agimus nihil cupidè, eoque eſt noſtra pluris auctoritas. Italiæ regiones deſcriptæ ſunt, quam quiſque partem tueretur. Nos Capuam ſumpſimus. Hæc te ſcire volui. Tu etiam atque etiam cura, ut valeas, litteraſque ad me mittas, quotieſcumque habebis, cui des. Etiam atque etiam vale. D. pridie idus Jan.

in bellum comp. *alii.*

EPISTOLA XII.

ARG. *Deplorat ſtatum reip. & initia bellorum civilium exponit, tum ſuam in Tironem benevolentiam ſignificat.* [A. V. C. DCCIV.) Hanc præceſſit epiſt. 18. lib. XIV. ſequitur ep. 8. hujus libri.

(XI) M. T. C.

18. *Poſteaquam ſenatus, conſulibus, prætoribus, tribunis plebis & nobis, qui proconſules ſumus.*] Præſidio hujus loci emendatur alter in Oratione pro Dejotaro rege: qui cum eandem ſententiam haberet, negligentia librariorum corruptus fuerat, vel potius vitio veteris illius ſcripturæ aliquantulum perturbatus: *Cum audiſſet ſenatus conſentientis auctoritate arma ſumpta, Coſſ. Pratt. Tribb. nobis imperatoribus remp. defendendam datam:* ita enim legendum eſt, non *novis* ut nunc in omnibus impreſſis mendoſe legitur. Notum autem jam omnibus eſt, veteres librarios nullo pene diſcrimine illis litteris uſos eſſe, quæ etiam ſcriptura in lapidibus antiquis reperitur: Erat enim tunc Cicero cum imperio, & habebat faſces laureatos, quare & illum, & reliquos omnes qui cum imperio eſſent, voluit Senatus providere publicæ ſaluti. In II Philip. *Tum contra te dedit arma hic ordo Coſſ. reliquiſque imperiis & poteſtatibus.* Cæſar etiam in primo comment. cum de hoc SC. loqueretur, inquit: *Dent operam Coſſ. Prat. Trib. pleb. quique cum imperio ſunt ad urbem, nequid reſp. detrimenti capiat.* Romæ de hac animadverſione cum eruditis viris locuti ſumus. *Victor.* Vetus liber habet, *nobis qui pro conſulibus ad urbem ſumus.* Urſinus.

19. *Diligentiſſime comparatur.*] Vid. Gronov. ad Liv. lib. XXXVIII. cap. 12.

20. *Sed*

(XI) M. T. C. TIRONI SUO S. P. D.

QUo in diſcrimine verſetur ſalus mea, & bonorum omnium, atque univerſæ reipublicæ, [n] ex eo ſcire potes, quòd domos noſtras, & patriam ipſam, vel diripiendam, vel inflammandam reliquimus. In eum locum res deducta eſt, ut, niſi [o] qui deus, [p] vel caſus aliquis ſubvenerit, ſalvi eſſe nequeamus. [q] Equidem ut veni ad urbem, non deſtiti omnia & ſentire & dicere & facere, quæ ad concordiam pertinerent: [20] ſed mirus invaſerat furor non ſolùm improbis, ſed etiam his,

[n] & ſenatus ex eo *MS.*
[o] quis *alii.*
[p] aut *MS.*
[q] Et quidem *MS.*

20. *Sed mirus invaſerat furor non ſolum improbos.*] Nos hic vulgatam receptamque lectionem non mutavimus, priſca tamen exemplaria ab ea diſſentiunt: quorum lectionem a recentioribus Grammaticis repudiatam fuiſſe, ob idque hinc deletam exiſtimo. Non ſum autem illam ego contra hos reſtituere auſus: nec tamen committere volui ut hujus locutionis exemplum e Latina lingua extinguatur, ſi fortè doctioribus probaretur. Quare rectum me facere putavi, ſi hic eam adnotaſſem. Scias igitur optime lector *improbis* tertio multitudinis caſu in illis legi. Quod quia non facile credas librariorum negligentia accidiſſe: quod ſequitur, eadem ratione in illis legitur, *ſed etiam his*, non *hos* accuſandi caſu, ut in reliquis libris. Vix autem veriſimile eſt imperitos librarios temere in ambobus locis lapſos. Nos tam novam, & noſtris auribus inauditam ſtructuram verborum recipere & probare auſi non ſumus: nec tamen culpam mereri nobis videmur, quod hanc rem, quantulacunque eſt, admonere non piguit. Quidquid de hoc ſtatuent elegantiores & eruditiores viri, nos libenter ſequemur. *Victor.* Admonuimus olim Mediceum codicem, & alium item bonum *improbis* habere, tertio multitudinis caſu: & paullo poſt eadem ratione *his.* nec tamen tanti mihi fuit auctoritas illorum ut ita ſcriberem, quamvis non ſine cauſſa id factum eſſe exiſtimarim: animadvertimus poſtea optimos auctores ita locutos eſſe. quare veterem omnino lectionem recipiendam cenſemus. Citatur teſtimonium Atcii Meleagro, a Nonio Marcello in Vaſtities, *Quæ vaſtitudo hæc, aut unde invaſit mihi?* Item Terentii Varronis e IV libro de vita populi Rom. 1413. *Tanta porro invaſit cupiditas honorum pleriſque, ut vel cælum ruere; dummodo magiſtratus adipiſcantur, exoptent.* Aliis etiam in locis apud eundem, niſi memoria me decipit, veteres ſcriptores ita locuti eſſe reperiuntur, & (ut arbitror) exempla paſſim occurrerent, niſi omnia quæ contra certas quaſdam ipſorum regulas facerent, a recentioribus grammaticis temere deleta eſſent. *Idem in poſter.* Hæc quoque eſt Palatt. codicum lectio, quam Victorius indicavit: tum etiam editiones primæ: ut flagellanda merito veniat aliorum temeritas, intrudentium caſum accuſandi pro tertio. nam excudebatur, *ſed mirus invaſerat furor non ſolum, ſed etiam hos.* Timiditas tamen hic

P. CCLXI.

his, qui boni [r]habentur, ut pugnare cuperent, me clamante, nihil eſſe bello civili miſerius. Itaque cùm Cæſar amentia quadam raperetur, & oblitus nominis, atque honorum ſuorum, Ariminum, Piſaurum, Anconam, Arretium [s]occupaviſſet, Urbem reliquimus: quàm ſapienter, aut quàm fortiter, nihil attinet diſputare. Quo [t]quidem in caſu ſimus, vides. Feruntur [v]omnino conditiones ab illo, ut Pompejus eat in Hiſpaniam: dilectus, qui ſunt habiti, & præſidia noſtra dimittantur: ſe ulteriorem Galliam Domitio, citeriorem [21] Conſidio Noniano (his enim obtigerunt) traditurum: ad conſulatus petitionem ſe venturum, neque [x]ſe jam velle, abſente ſe, rationem haberi ſui. ſe præſentem [y]trinum nundinum petiturum. [z]Accepimus conditiones: ſed ita, ut removeat præſidia ex his locis, quæ occupavit, ut ſine metu de iis ipſis conditionibus Romæ ſenatus haberi poſſit. Id ille ſi fecerit, ſpes eſt pacis non honeſtæ. leges enim imponuntur. ſed quidvis eſt melius, quàm ſic eſſe, ut ſumus. Sin autem ille ſuis conditionibus ſtare [a]noluerit: bellum paratum eſt; ejuſmodi tamen, quod ſuſtinere ille non poſſit, præſertim cùm à ſuis conditionibus ipſe fugerit: tantummodò ut eum [b]intercludamus, ne ad urbem poſſit accedere; quod ſperabamus fieri poſſe. [c]Dilectus enim magnos habebamus putabamuſque illum metuere, ſi ad urbem ire cœpiſſet, ne Gallias amitteret: quas ambas habet inimiciſſimas, [22] præter Tranſpadanos: ex [d]Hiſpaniaque ſex legiones, & magna auxilia, Afranio & Petrejo ducibus, [e]habet à tergo. Videtur, ſi inſaniet, poſſe opprimi, [f]modo ut Urbe ſalva. Maximam autem plagam accepit, quòd is, qui ſummam auctoritatem in illius exercitu habebat, T. Labienus, [g]ſocius ſceleris eſſe noluit: reliquit illum, & nobiſcum eſt: multique idem facturi eſſe dicuntur. Ego adhuc oræ maritimæ præſum à Formiis. Nullum majus negotium ſuſcipere

P. B.

vo-

r habebantur *MS.*
s occupaſſet *Lamb.*
t quidem *hic delet Lamb.*
v quidem omnino *idem.*
x ſe *alii non habent.*
y trinundinum *MS.*
z Accipimus *MS.*
a voluerit *alii.*
b includamus *MS.*
c Delectus *alii.*
d Hiſpania tres *MS.*
e habemus *MS.*
f *quatuor ſeqq. voces deſunt in MS.*
g ejus ſocius *MS.*

hic Victorii mihi non placet, rectius Lambinus, qui fidenter eam admiſit, ſicut & Manutius. *Gebhard.*

21. *Conſidio Noniano.*] Opinor deſignari *C. Conſidium Nonianum*, qui in argenteo denario deſcriptus eſt. *Urſin.*

22. *Præter Tranſpadanos.*] Quibus Cæſar & ædilis, & conſul civitatem dare cogitaverat: quod poſtea dictator effecit. Dio. Tranſpadanos autem Cæſari ſtuduiſſe, auctor eſt Cicero ep. 7. lib. VII. ad Att. & ep. 2. lib. V. ad eundem. *P. Manut.*

23. Re-

volui, quo plus apud illum meæ litteræ cohortationeſque ad pacem valerent. Sin autem erit bellum, video me caſtris, & certis legionibus præfuturum. Habeo etiam illam moleſtiam, quòd Dolabella noſter apud Cæſarem eſt. Hæc tibi nota eſſe volui: quæ cave [h] ne te perturbent, & impediant valitudinem tuam. Ego A. Varroni, quem [i] cùm amantiſſimum mei cognovi, tum etiam tui ſtudioſum, diligentiſſimè te commendavi, ut & valitudinis tuæ rationem haberet & navigationis, & totum te ſuſciperet ac tueretur: quem omnia facturum confido. recepit enim & mecum locutus eſt ſuaviſſimè. Tu, [k] quum eo tempore mecum eſſe non potuiſti, quo [l] ego maximè operam & fidelitatem deſideravi tuam, cave feſtines, aut committas, ut aut æger, aut hieme naviges. Numquam ſerò te veniſſe putabo, ſi ſalvus veneris. Adhuc neminem videram, qui te poſteà vidiſſet, quàm M. Voluſius, à quo tuas litteras accepi: quod non mirabar. neque enim meas puto ad te [m] litteras tanta hieme perferri. Sed da operam, ut valeas: &, ſi valebis, cùm rectè navigari poterit, [n] tum naviges. Cicero meus in Formiano erat: Terentia, & Tullia Romæ. Cura, ut valeas. IV kalendas Febr. Capua.

h ne *alii non habent.* i tum *alii.* k quando *alii.* l ego tempore *Lamb.* m litteras *deeſt in MS.* n tum *non eſt in MS.*

EPISTOLA XIII.

ARG. *Cohortatio ad valetudinem curandam.* [A. V. C. DCCIV.] Hanc præceſſit ep. 15. lib. VIII, ſequitur proxime ſubjecta.

(XV) M. T. C. TIRONI S. P. D.

OMNIA à te data mihi putabo, ſi te valentem videro. ſumma cura exſpectabam adventum [o] Menandri, quem ad te miſeram. Cura, ſi me diligis, ut valeas: &, cùm te bene confirmaris, ad nos venias. Vale. IV idus April.

o *fortè* Andrici.

EPISTOLA XIV.

ARG. *Tirone ægrotante, litterarum ſuavitate & fructu ſe carere dicit, eumque rogat ut omnem curam ad convaleſcendum adhibeat.* [A. V. C. DCCIV.] Hanc præceſſit proxime ſuperior epiſtola, ſequitur quæ ſtatim ſubjuncta eſt.

(XIV) M. T. C. TIRONI S. P. D.

ANDRICUS poſtridie ad me venit, quàm exſpectaram. 23 Itaque habui noctem plenam [p] timoris, ac mi-

p timoribus *alii.*

23. *Itaque habui noctem plenam timoribus ac miſeriis.*] Sic omnes vulgati libri tam magno conſenſu, ut noſter etiam communem cul-

q miſeriis *Lamb.*
r nullo modo *MS.*

q miſeriæ. Tuis litteris r nihilo ſum factus certior, quomodò te haberes: ſed tamen ſum recreatus. Ego omni delectatione, litteriſque omnibus careo; quas antè quàm te videro, attingere non poſſum. Medico mercedis, quantum poſcet, promitti jubeto, id 24 ſcripſi ad Ummium. Audio te animo angi, & medicum dicere, ex eo te laborare. Si me diligis, excita ex ſomno tuas litteras, 25 humanitatemque, propter quam mihi

es

culpam ſuſtineat. ut verum enim fateamur, parum in hoc ipſo vidimus. Quod tamen tunc peccati cum aliis admiſimus, nunc omnino rejecimus, auctoreſque unicuique ſumus, ut noſter etiam liber caſtigetur, cum antiquiſque concordare cogatur, qui rectam lectionem retinent: ſic enim legunt, *Itaque habui noctem plenam timoris: ac miſerius, tuis litteris nihilo ſum factus certior, &c.* Ut meo judicio ſic prorſus legi, & intelligi debeat, duo accidiſſe quæ maxime Ciceronem cruciarint, unum, Andricum poſtridie veniſſe quam expectarat, ut ſollicitus de valetudine Tironis, multaque quæ nollet cogitans, noctem quæ interceſſit inter diem illum quo expectabat, & illum quo venit, plenam timoris habuerit. Alterum quod (*miſerius*) appellat, in litteris Tironis, quas Andricus attulit, non ſcriptum fuiſſe quomodo ſe haberet, ſe tamen recreatum dicit. Cognovit enim & adventu Andrici, & ipſius litteris illum vivere: quare majorem illum metum depulit, quem mora Andrici attulerat de morte ipſius: magnum tamen ei dolorem adportavit poſt ſollicitudinem quam ea nocte habuerat, non eſſe accurate a Tirone certiorem factum quomodo ſe haberet. Quod ipſe miſeriam quandam ſuam & infelicitatem putat. Nolumus hic amplius communem lectionem damnare, ne noſtrum judicium una condemnemus, qui primo tam contaminatam, & fœdam ſcripturam non animadvertimus: veræ tantum & incorruptæ collatio, quam beneficio priſcorum codicum nunc promulgamus, ſatis valet ad illam convincendam in hac ipſa epiſtola. *Victorius.* Salmaſ. in Tertull. de Pallio p. 322. legit *ac miſerius*, & explicat per *ac quod miſerius eſt.*

24. *Scripſi ad Ummium.*] Antiqui codices *Ummium* habent, ubi vulgati *Mummium*. quod nomen noſtri librarii corruperunt, quare corrigatur. Ne autem hoc nomen quia rarum eſt, amplius ut novum repudietur, adſcribemus epitaphium quod Piſis in antiquo lapide vidimus: in quo valde ſimile huic & quaſi ab eo derivatum nomen legitur;

D. M.
UMMIDIÆ CALE
FELICIO PATER
CALE MATER
MYRTILUS TATA
ET EROS CONIUX
FECER.
VIX. A. XVI. M. VIII. DIEB. VIII. *Victor.*

25. *Humanitatemque.*] Non dubito, quin *humanitatem* hic Cice-

ro,

es cariſſimus. nunc opus eſt te animo valere, ut corpore poſſis. Id cùm tua, tum mea cauſa facias, à te peto. Acaſtum retine, quò commodiùs tibi miniſtretur. Conſerva te mihi, dies promiſſorum adeſt. [16] quem etiam repræſentabo, ſi adveneris. Etiam atque etiam vale. IV. idus hora VI.

EPISTOLA XV.

ARG. *Suam de Tironis valetudine ſollicitudinem ſignificat.* [A. V. C. DCCIV.] Hanc præceſſit proxime ſuperior epiſtola, ſequitur ep. I. lib. VIII.

(XIII) M. T. C. TIRONI S. P. D.

ÆGYPTA ad me venit pridiè idus Apriles. Is etſi mihi nuntiavit, te planè febri carere & bellè habere, tamen, quòd negavit te potuiſſe ad me ſcribere, curam mihi attulit, & eo magis, quòd Hermia, quem eodem die venire oportuerat, non venerat. Incredibili ſum ſollicitudine de tua valitudine: qua ſi me liberaris, ego te omni cura liberabo. Plura ſcriberem, ſi jam putarem, libenter te legere poſſe. Ingenium tuum, quod ego maximi facio, confer ad te mihi tibique [s] conſervandum. Cura te etiam atque etiam diligenter. Vale. [t] Scripta jam epiſtola Hermia venit. Accepi tuam epiſtolam; vacillantibus litterulis: nec mirum, tam gravi morbo. Ego ad te Ægyptam [v] miſi, quòd nec inhumanus eſt, & te viſus eſt mihi diligere, ut is tecum eſſet: & cum eo cocum, quo utere. Vale.

s *alii* confirmandum. P. B.
t ſcripſi ſ. epiſtolam *MS.*
v remiſi *Lamb.*

EPISTOLA XVI.

ARG. *Q. Cicero Marco fratri de Tirone manumiſſo & gratias agit, & gratulatur. Hac epiſtola aut eodem tempore quo ea qua incipit,* Quid igitur? *aut paullo poſt, vel ante videtur eſſe ſcripta; cum utraque Tironem paullo ante manumiſſum ſignificet.*

Q. C.

ro, non pro facilitate quadam & benevolentia erga homines, ſed pro eruditione poſuerit: ut lib. I. de Orat. *In omni recto ſtudio atque humanitate verſarentur.* lib. II. *Homini non hebeti, non exercitato, neque communium litterarum, & politioris humanitatis experti.* In Verrem: *Tu ſine ulla bona arte, ſine humanitate, ſine ingenio, ſine litteris intelligis & judicas?* P. Manut.

26. *Quem etiam repræſentabo.*] Non exſpectabo, ſed antevertam. niſi leg. *qua.* ſtatim præſtabo, nec opperiar diem. *J. F. Gronov.* Idem lib. I. de Pec. Vet. c. 6. *qua etiam repræſentabo* legendum inquit, ut referatur ad *premiſſa.*

V. CCLXIII. Q. C. M. CICERONI FRATRI S. P. D.

DE Tirone, mi Marce, ita te, meumque Ciceronem, & meam Tulliolam, tuumque filium videam, ut mihi gratiſſimum feciſti, cùm eum indignum illa fortuna, [x] ac nobis amicum, quàm ſervum eſſe maluiſti. Mihi crede, tuis, & illius litteris [y] perlectis, exſilui gaudio, & tibi & ago gratias & gratulor. Si enim mihi Statii fidelitas [z] eſt tantæ voluptati: quanti eſſe in iſto hæc eadem bona debent, additis litteris, [a] & ſermonibus, humanitate, quæ ſunt his ipſis [b] commodis potiora? Amo te omnibus equidem maximis de cauſis, verùm etiam propter hanc, vel quòd mihi ſic, ut debuiſti, nuntiaſti. Te totum in litteris vidi. Sabini pueris & promiſi omnia & faciam.

x *alii delent* ac.
y perlatis *MS.*
z *alii addunt* & frugalitas.
a & *alii delent.*
b commodis *alii non habent*

EPISTOLA XVII.

ARG. *Reprehendit, modeſte tamen, Tironem, quia ſcripſerat,* Valetudini fideliter inſerviendo: *eumque rogat ut omnino valetudini ſerviat.* [A. V. C. DCCVIII.] Hanc præceſſit ep. 22. hujus libri, ſequitur ep. 20. eodem hoc libro.

M. T. C. TIRONI S. P. D.

[c] VIDEO, quid agas. tuas quoque epiſtolas vis referri in volumina. Sed heus tu, qui κανὼν eſſe meorum ſcriptorum ſoles, unde illud tam ἄκυρον, VALITUDINI FIDELITER INSERVIENDO? Unde in iſtum locum, [27] FIDELITER, venit? cui verbo domicilium eſt proprium in officio: migrationes in alienum, multæ. Nam & doctrina, & domus, & ars, & [28] ager etiam, fidelis dici poteſt: ut ſit, quomodo Theophraſto placet, verecunda tralatio. Sed hæc coram.

c Vide *MS.*

27. FIDELITER *venit.*] Paſſeratius in Propert. p. 545. videtur innuere, Ciceronem hic non rectè reprehendiſſe Tironem, quum vox *fideliter* rectè apponatur τῷ *inſervire valetudini*, & Gellius non male dixerit, lib. XVII. c. 13. *Fidelius conſtantiusque valent quartanam paſſi*, & eodem modo *fideliter valere* ac *fideliter inſervire valetudini* dicantur. *Verburg.*

28. *Ager etiam fidelis.*] Ager fertilis & reſpondens labori dicitur eleganter *fidelis*, ſicut in contrarium *perfidia terrarum* legitur apud Quintil. Decl. XII. Eodem modo *mendacem fundum* dixit Horat. III. Od. I.

Non verberatæ grandine vineæ
Fundusque mendax.

Petron. *Loquatur aurum & argentum fundosque mendaces, & perpetuam ſterilitatem.* J. F. GRONOV.

ram. Demetrius venit ad me: 29 quo quidem comitatu ἀφωμίλησα: ſatis ſcis. d Tu eum e videlicet non potuiſti videre. cras aderit. videbis igitur. Nam ego hinc perendie f manè cogito. Valitudo tua me valde ſollicitat: g ſed inſervi: & fac omnia. tum te mecum eſſe, tum mihi cumulatiſſimè ſatisfacere h putato. Cuſpio quòd operam dediſti, mihi gratum eſt. Valde enim ejus cauſa volo. Vale.

d & tu *MS.* e ſcilicet *MS.* f manere *MS.* P. B. g ſed ei *Lamb.* h putabo *alii.*

EPISTOLA XVIII.

ARG. *Cum epiſtolam ſuam Cicero, poſt manumiſſum Tironem, inſcripſiſſet hoc modo:* M. Tullius Cicero M. Tullio Tironi; *veritus invidiam Tiro, non ſic inſcribendum, ſed ut ante manumiſſionem, reſpondit. Cicero non eſſe mutandam inſcriptionem contendit, quin etiam addendum*, ſuo: *quod majoris etiam eſſet benevolentiæ ſignum. Tironi melius eſſe factum, gratulatur: eumque rogat ut Valetudini prorſus indulgeat, & alia quoque breviter attingit.* [A. V. C. DCCVIII.] Hanc præceſſit epiſt. 10. hujus libri., ſequitur epiſt. 6. lib. IV.

30 TULLIUS TIRONI S. P. D.

QUID igitur? non ſic oportet? Equidem cenſeo ſic, addendum etiam, ſuo. ſed, ſi placet, invidia vitetur: quam quidem ego ſæpe contempſi. 31 Tibi διαφόρησιν gaudeo profuiſſe. ſi verò etiam Tuſculanum, dii

29. *Quo quidem comitatu ἀφωμίλησα, ſatis ſcis.*] Locus obſcurus, & fortaſſe depravatus: nullam in priſcis exemplaribus varietatem inveni: nam quod paullo ante dixit, *doctrinam fidelem* non incommode dici poſſe, & eſſe translationem quæ ferri poſſit. ipſe ea uſus eſt, cum de Oratore inquit, *& habeas qui docere fideliter poſſit.* Victor. *Quo quidem comitatu ἀφωμίλησα.*] Locus eſt obſcurus & ſuſpectus. ego nihil varietatis in libris veteribus reperi. Licet dicere, hanc eſſe ſententiam, Ego me ab hoc comitatu abſtraxi ac removi, neque cum eo congreſſus aut collocutus ſum. *Lambinus.* *Quo quidem comitatu ἀνομιλήσας.*] Sic videtur legendum. quibus comitibus inſtructus. Α'νομιλεῖν eſt conſuetudine alicujus uti, verſari cum aliquo. *J. F. Gronov.*

30. *TULLIUS TIRONI.*] Videtur ſcribendum *M. Tironi*, quia manumiſſus Tiro a Cicerone, Marci patroni prænomen libertus aſſumſit. *Urſin.*

31. *Tibi διαφώνησιν gaudeo profuiſſe.*] Hæc eſt vetus & ſincera lectio *tibi διαφόρησιν*, &c. Quid ſit διαφόρησις, docet Galenus lib. XIII. Therapeutices, cap. de Jecoris inflammatione, his verbis, Τηνικαῦτα γοῦν ἡ μὲν ἀπὸ τῆς φλεγμονῆς ἔνδειξις τῶν ποιητέων ἐςὶ μία· καλοῦσι δ' αὐτὴν διαφόρησιν ἐκκενοῦσαν λόγῳ θεωρητοῖς πόροις τὸν ἐν τῷ φλεγμαίνοντι μορίῳ χυμόν. Latini *digeſtionem* aut *evaporationem* dixerunt, hujuſcemodi res non meum eſt hic longius

 de-

dii boni! quanto mihi illud erit amabilius? Sed, ſi me amas, quod quidem aut facis, aut perbelle ſimulas, quod tamen [i] in modum procedit: [32] ſed ut eſt, [33] indulge valitudini tuæ: cui quidem tu adhuc, dum mihi deſervis, ſerviſti non ſatis. ea quid poſtulet, non ignoras: πέψιν [34] ἀκοπίαν, περίπατον σύμμετρον, τέρψιν, εὐλυσίαν κοιλίας. Fac bellus revertare. non modò te, ſed etiam Tuſculanum noſtrum plus amem. Parhedrum [k] excita, ut hortum ipſe conducat. Sic oli-

i mirum in *Lamb.*

k excitavi *MS.*

declarare: ſunt enim medicorum vocabula, & ad eorum artem pertinet ea accuratius explicare. Satis mihi fuit priſcam lectionem notam facere, & quam ea huic loco conveniat, oſtendere. *Victorius.* Διαφόρησιν.] Ventris purgationem, ponunt ad marginem. Medicorum vox, humorum in φλεγμονῇ ſive fervida collectione digeſtio & eductio: unde διαφορητικὰ, medicamenta diſcuſſoria, & humores ebibentia. *J. F. Gronov.*

32. *Sed ut eſt indulge valetudini tuæ.*] Sic Amſtelodam. Mentel. Græv. ſec. & omnes veteres libri. Male Lambinus & Gebhardus *ut ut eſt*, quod & Manutius malebat. *Ut* ſæpe in eodem ſenſu ponitur, pro *ut ut*, quomodocunque. Terent. Phorm. v, 4.

Lætus ſum, ut mea res ſe ſe habent, fratri obtigiſſe quod vult.

hoc eſt, quomodocunque meæ res ſe ſe habent. Plaut. in Pœnulo IV, 2.

——— qui habet, quod det, ut homo eſt,
Omnia genera recipiuntur.

Sic MSS. Senec. ep. 19. *Ut ſe res habet ab Epicuro verſura facienda eſt.* Gronovius Obſerv. III. c. 6. ubi vide plura.

33. *Indulge.*] *Indulgere*, eſt nimium obſequi. plus concedere, quam deceat: ut ep. 4. lib. x. ad Att. *Q. filius indulgentia noſtra depravatus, eo progreſſus eſt, quo non audeo dicere.* Eſt ep. 6. ibidem: *Pater, nimis indulgens, quidquid ego adſtrinxi, relaxat.* Eſt etiam filii in patrem laudabilis indulgentia, in lib III. Off. *Qui perindulgens in patrem, idem acerbe ſeverus in filium.* P. Manut.

34. Ἀλυπίαν] Nos emendavimus ἀκοπίαν, adjuti ab antiquis exemplaribus: quid enim ἀλυπία poteſt ad bonam valetudinem? quæ vacuitas eſt doloris. nam quod ſanitatem adjuvat lætitia animi delectatioque, paullo poſt addit, τέρψιν dicendo. ἀκοπία autem, id eſt, vitatio immodicarum defatigationum, neceſſaria eſt ei qui ſanitatem tueri vult. κόποι enim, id eſt, nimiæ defatigationes, febrim gignunt: ut recte ἀκοπίαν poſuerit inter ea quæ bonam valetudinem conſervant. Simplic. in Commentariis in Phyſicam Ariſtotelis: Τῷ γὰρ ἰσχύος χάριν γυμνασαμένῳ πλείω καὶ διὰ κόπον πυρέξαντι, ἀπροαίρετον μὲν τὸ πυρέξαι οὐκ ἀπὸ τύχης μέν τοι. εἴωθε γὰρ ἐπὶ τῶν πλείστων τῶν ἀσυμμέτρων γυμνασίων κόπος ἐπιγίνεσθαι, ἐπὶ δὲ τούτῳ πυρετός. ſed tam frequens eſt hoc verbum apud medicos & alios etiam bonos auctores, ut nihil notius ſit. Remedia etiam quædam medici quæ defatigationes has ex nimiis laboribus ortas levent, ἄκοπα appellant. *Victorius.*

35. Heb-

olſtorem ipſum commovebis. 35 Helico nequiſſimus [1]H-S.

35. *Helluo nequiſſimus ſeſtertia ducenta dabat, &c.*] Vetuſti libri ſic habent *Helico nequiſſimus* HS ∞ *dabat.* Noſter tamen hic pro nota, qua veteres mille ſignificabant, M habet, cum nondum typi illi, qui a nobis renovati ſunt, fabricati eſſent: aliis autem locis ſemper ubi M habebant vulgati codices, ∞ in cunctis priſcis exemplaribus a nobis inventam notam repoſuimus: neque ſolum in his vidimus epiſtolarum antiquis libris hoc ſemper ſervatum eſſe, ſed etiam in Livianis quibuſdam vetuſtiſſimis exemplaribus quæ in D. Marci bibliotheca ſervantur; quod idem & M. Varronis in eadem bibliotheca miræ antiquitatis codex retinet, & Columellæ non negligenter ſcriptus a Nicolao Nicolo liber, quem olim Politianus viderat & laudat. Sed quid opus eſt hæc tam accurate vel ambitioſe potius teſtimonia colligere? nullos umquam vidi antiquiores codices, qui non ſemper loco millenarii numeri hanc notam retinerent. Non debuimus igitur licet omiſſam & obſoletam rem contemnere: cum noſtrum totum ſtudium fuerit ad priſcam & genuinam ſcripturam hos libros reducere. Nec enim caſtigare aut emendare receptos Ciceronis codices voluimus: ſed ope priſcorum exemplariorum importunas & ineptas quorundam audaciorum caſtigationes ejicere & delere: ſecuti conſilium Timonis Philaſii, qui, Diogene Laertio auctore, ab Arato interrogatus quomodo ſincerum & integrum Homeri poëma ſibi parare poſſet, reſpondiſſe fertur, ſi antiqua ejus exemplaria ſibi propoſuiſſet, non quæ ab aliquo caſtigata jam eſſent. Cenſuit ille optimi judicii vir, quo magis tractati eſſent & caſtigati antiqui auctores, eo magis contaminatos inquinatoſque eſſe: jam tum enim vigebat hæc peſtis, quæ noſtris temporibus adeo pervagata eſt, ut omnes meliores libros fœdis maculis deturpatos habeamus. Eandem igitur notam renovavimus, ut quantum a nobis fieri potuit, vetuſtatem illam & integritatem, quam ſummo noſtro labore deprehendimus, exprimeremus. Quomodo autem hæc nota conflata fuit, quia ſcimus eruditos quoſdam viros in hoc multum laboraſſe, nec tamen rem, ut erat, invenire potuiſſe, ex Priſciano docebimus, qui in libello de ponderibus & menſuris id aperit, his verbis, *Mille ſecundum Atticos per χ litteram, ſed ut ſit differentia, ad x circumſcriptis lateribus* (x). quod infra etiam tangit. Quam ſimile autem haberent Latini ſuum x (qua littera decem ſignificant) χ Græcæ litteræ, declaratur maxime, quia id quod Græci χιάζεσθαι ab hac littera formato verbo appellant, id ipſi a ſua itidem littera *decuſſare* dicunt. Licet igitur hac ætate omnes mille numerum prima ejus nominis littera deſcribant, cum tamen antiquos potius hac nota uſos & antiqua omnia exemplaria, & non contemnendus Grammaticus doceant: non debuimus eorum libros aliter, quam ipſis viſum ſit deſcribere: nam qui in ſuis libris morem uſumque noſtri temporis potius ſequetur, nunquam a nobis reprehendetur, quemadmodum nos culpa digna non ſumus, ſi antiquos auctores antiqua conſuetudine, & quæ uſque ad hæc fere tempora duravit, ſcribimus. nam in multis etiam non ita antiquis iiſdem notis hi numeri deſignati ſunt.

[l] alii ſeſtertia ducenta.
[m] canſa MS.

[l] H-S CIↃ dabat nullo aprico horto, nullo emiſſario; nulla maceria, nulla [m] caſa. Iſte nos tanta impenſa derideat?

ſunt. modeſtiores enim librarii tunc erant, & non omnia, quæ aliquem ſcrupulum habebant rejiciebant, quod poſteriores nimis audacter fecerunt. Quod autem olim hanc notam non perciperent, intemperanter temereque aliquis pro ipſa, ducenta ſcripſit: quod erratum in omnes codices invaſit. *Victorius.* *Helico nequiſſimus*] Sic omnes quos vidi manu ſcripti, Mediceus in primis: impreſſi enim *Helluo.* Ex vetere ſcriptura libenter legerem *Salaco nequiſſimus*: qua Græca voce uſus eſt in epiſtolis ad Gallum, *Cognoviſti meam cauſſam, & iſtius Salaconis iniquitatem*, & in epiſtolis ad Atticum. Declaratio hujus vocis qua naturam ipſius Græci interpretantur, mire quadrat huic ſententiæ Ciceronis: ait enim Salaconas dici θρυπτομένους, qui delicate vivunt. καὶ οὗ μὴ δεῖ δαπανῶντας. & qui ſumptum faciunt, ubi minime oportet: Cicero enim inquit, HS. CIↃ dabat nullo aprico loco, nullo emiſſario, nulla maceria, nulla caſa: grandem igitur pecuniam pendebat, ubi non decebat, & in rebus quæ nihil haberent commoditatis, aut oblectationis. Ariſt. lib. II. Rhetor. ubi de moribus divitum diſſerit, & in quibus fere peccent, oſtendit, inquit: τρυφεροὶ δὲ καὶ σαλάκωνες. quo etiam in loco aperit, cur illi his vitiis obnoxii ſint. Mire igitur exprimit Græca vox hujuſcemodi ingenium, quale in eo quem acerbe accuſat, Cicero deſcribit. S, autem ultima erat litera antecedentis dictionis, quæ cum geminata eſſe deberet (conſequens enim vox ab eadem litera incipiebat) negligentia librarii relicta eſt. maculæ plurimæ hujuſcemodi ſunt. Par huic eſt, & eodem pacto conformata, quæ fœdavit locum Taciti in primo libro, ea autem tanti incommodi fuit, ut perſuaſerit docto, & diligenti viro locum illum ſtellula, ut deſperatum notare. ſic autem legendus totus eſt: *Atque idem cum Valerius Meſſalinus ſignum aureum in æde Martis ultoris, Cæcina Severus aram ultioni ſtatuendam cenſuiſſent, prohibuit ob externas eas victorias ſacrari, dictitans domeſtica mala triſtitia operienda.* Potuit etiam hæc in Cicerone perverſio naſci, quod ſuperioribus temporibus mala quædam conſuetudo erat libros corrigendi: non pauci enim fuerunt, neque hi omnino imperiti, nec parum in hoc munere jactati homines, qui cuncta, quæ ſtatim non intelligebant, tollerent: a quibus multæ, quæ nunc in bonis auctoribus maculæ ſunt, fluxerunt. Oſtendimus alias, non pauca in Lucretio quondam ab eo, qui corrigere voluit, depravata fuiſſe; idem etiam de Catullo dicimus: cum enim ille vetuſtate ex majore parte dilapſus eſſet, non pauca præterea vulnera ab his ſiniſtris correctoribus accepit. De una ipſius plaga nunc mentionem faciam, quæ ab eo impoſita eſt, qui rariorem vocem ignorabat, & malo conſilio uſus eam delevit, ac communem pervulgatamque repoſuit: illum autem nomine etiam appellare poſſem, quod tamen non faciam, parcamque dignitati hominis. Verſiculi Catulli ſunt in carmine de Atti,

Ait hæc minax Cybele: religatque juga manu.
Ferus ſe ipſe adhortatus rapidum incitat animum,

Non

rideat ? calface hominem, ut ego n 36 Mothonem. n M. Othonem Corrad.
37 Itaque abutor coronis. De Crabra quid agatur, etſi nunc quidem etiam nimium eſt aquæ, tamen velim ſcire. Horologium mittam, & libros, ſi erit ſudum. Sed tu nulloſne tecum libellos ? an pangis aliquid Sophocleum ? 38 fac o opus appareat. A. Ligurius, Cæſaris familiaris, mortuus eſt, bonus homo, & nobis amicus. Te quando exſpectemus, fac ut ſciam. Cura te diligenter. Vale. o ut opus MS.

EPISTOLA XIX.

ARG. *De litteris, de Demetrio, de Aufidiano nomine.* [A.V.C. DCCVIII] Hanc præceſſit proxime ſequens, ſequitur ep. 10. hujus libri.

M. T. C. TIRONI S. P. D. P. CCLXIV.

EXSPECTO tuas litteras de multis rebus: te ipſum multò magis. Demetrium redde noſtrum, & aliud, ſi quid p poteſt boni. De Aufidiano nomine nihil te hortor. ſcio tibi curæ eſſe. ſed confice. Et, ſi ob eam rem moraris, accipio cauſam. ſi id te non tenet, advola. Litteras tuas valde exſpecto. Vale. p potes Vict.

EPI-

Non ſolum autem manu ſcripti codices, ſed nonnulli etiam formis excuſi primis illis annis, quibus hæc ratio ſcribendi libros inventa eſt, habent: *Ferus ſeſe adhortatus: lis, rapidum incitat animum*, quæ vera ac germana lectio eſt. *Lis* autem Græcis leo: quod qui ignorant, parum in lectione Græcorum Poëtarum verſati ſunt, qui ea voce frequenter utuntur. Theocritus certe in Idyllio, quem appellavit Hylam, ter ipſa uſus eſt. Libenter autem uſurpare Poëtas peregrina verba, & ea etiam ratione ſolere fabulas ſuas ornare, quis neſcit? Hanc quondam, cum Romæ eſſem, caſtigationem expoſui Franciſco Mario Molſæ, maximi ingenii, ac eruditionis viro, ut ejus judicio potiſſimum uterer in eo Poëta expurgando, quem ille plurimum amat, ac politiſſimis ſuis verſibus divinitus exprimit. *Victor.*

36. *M Othonem.*] *Mothonem*, antiqui libri omnes. placet vel *M. Othonem*, cujus crebra mentio lib. XII. ad Attic. vel *Mathonem*, eum fortaſſe, qui nominatur epiſt. 25. lib. IX. vel *Motonem*, de quo ep. 50. ad Att. lib. XII. vel *Mutonem* in oratione pro Fundanio. *P. Manut.*

37 *Itaque abutor coronis.*] Ut ego Mothonem, ſimilem triconem & alium hortum male colentem incitavi; itaque tantum inde florum decerpo, ut abundem coronis & iis non parcam & quodammodo luxuriem. *J. F. Gronov.*

38. *Fac opus appareat.*] Exſtet, II Att. 9. in publicum exeat, aut ſaltem videamus. Cato de R. R. 2. *Si ei opus non apparet, dicit villicus ſedulo ſe feciſſe.* Idem.

39. Suo-

EPISTOLA XX.

ARG. *De valetudine curanda, de libris componendis, de olitore, de reditu Tironis.* [A. V. C. DCCVIII.] Hanc præceſſit ep. 17. hujus libri, ſequitur epiſtola proxime ſuperior.

M. T. C. TIRONI S. P. D.

SOLLICITAT, ita vivam, me tua, mi Tiro, valitudo: ſed confido, ſi diligentiam, quam inſtituiſti, adhibueris, citò te firmum fore. Libros compone, q indicem cùm Metrodoro lubebit, r quum ejus arbitratu vivendum eſt. cum olitore, ut videtur. Tu potes kalendis ſpectare gladiatores, poſtridie redire: & ita cenſeo. Verùm, ut videbitur. Cura te, ſi me amas, diligenter. Vale.

q videlicet *Vict.*
r quando *alii.*

EPISTOLA XXI.

ARG. *Propenſionem animi ad virtutem, ſtudiumque ſuum Ciceronis filius ſignificat: de prædio empto gratulatur. ſcripta Antonio & Dolabella Coſſ.* [A. V. C. DCCIX.] Hanc præceſſit ep. 27. hujus libri, ſequitur ep. 25. eodem hoc libro.

C. FIL. TIRONI SUO DULCISS. S. P. D.

CUM vehementer tabellarios exſpectarem quotidie, aliquando venerunt poſt diem XL. & VI, quàm à s vobis diſceſſerant: quorum mihi fuit adventus t adoptatiſſimus. Nam cùm maximam cepiſſem lætitiam ex humaniſſimi, & cariſſimi patris epiſtola: tum verò jucundiſſimæ tuæ litteræ cumulum mihi gaudii attulerunt. Itaque v me jam non pœnitebat, intercapedinem ſcribendi feciſſe: ſed potiùs lætabar. fructum enim magnum humanitatis tuæ capiebam ex ſilentio mearum litterarum. Vehementer igitur gaudeo, te meam ſine dubitatione accepiſſe excuſationem. Gratos tibi optatoſque eſſe, qui de me rumores afferuntur, non dubito, mi dulciſſime Tiro: præſtaboque, & enitar, ut in dies magis, magiſque hæc naſcens de me duplicetur opinio. Quare quòd x polliceris te buccinatorem fore exiſtimationis meæ, firmo id, conſtantique animo facias licet. Tantum enim mihi dolorem, cruciatumque attulerunt errata ætatis meæ, ut non ſolùm animus à factis, ſed aures quoque à commemoratione abhorreant. Cujus te ſollicitudinis, & doloris participem fuiſſe, notum exploratumque eſt mihi: nec id mirum. Nam cùm omnia mea cauſa velles mihi 39 ſucceſſa; tum etiam tua. ſocium

s nobis *MS.*
t *alii* optatiſſimus, *aut* exoptatiſſimus.
v etiam non *MS.*
P. B.
x pollicetur iſte bucc. *MS.*

39. *Succeſſa.*] Lambinus delet *mihi ſucceſſa*; Scioppius retinet ſuc-

cium enim te meorum commodorum ſemper eſſe volui. ʸQuod igitur tum ex me doluiſti, nunc, ut duplicetur tuum ex me gaudium, præſtabo. ᶻCratippo me ſcito non ut diſcipulum ſed ut filium, eſſe conjunctiſſimum. nam cùm ᵃ& audio illum libenter, tum etiam propriam ejus ſuavitatem vehementer amplector. Sum totos dies cum eo, noctiſque ſæpenumerò partem. exoro enim, ut mecum quàm ſæpiſſimè cenet. Hac introducta conſuetudine, ſæpe inſcientibus nobis, & ᵇcœnantibus obrepit, ſublataque ſeveritate philoſophiæ, humaniſſimè nobiſcum jocatur. Quare da operam, ut hunc talem, tam jucùndum, tam excellentem virum videas quàm primùm. Nam quid ego de ᶜBruttio dicam? quem nullo tempore à me patior diſcedere: cujus cùm frugi ſeveraque eſt vita, tum etiam jucundiſſima ᵈconvictio. non eſt enim ſejunctus locus à philologia, & quotidiana συζητήσει. Huic ego locum in proximo conduxi, &,

y *Quando alii.*
z *Gratis MS.*
a *& delet Lamb.*
b *jocantibus alii.*
c *Bruto alii. male.*
d *conjunctio alii.*

ſucceſſa, & defendit exemplis, quæ mihi videntur huc non valde pertinere. Quid ſi legamus *ſucceſſe* pro *ſucceſſiſſe*, ut paſſim leguntur *impleſſe*, *commoſſe* & ſimilia? Quod ſi cui minus placet, is aut deleat omnino *ſucceſſa*, aut pro captu refingat, nam vocem illam ſanam eſſe nequeo mihi perſuadere; quod enim quidam ex Ovid. Metam. lib. 11. ẏs. 788. huc trahunt *ſucceſſorumque Minervæ*, ii videntur mihi etiam non bene ſentire, quum apud Ovidium legendum ſit, *ſeceſſu namque Minerva Indoluit.* Poſſes etiam legere *ſumma eſſe*, quod non diſplicet, errore nato e compendio ſcribendi. *Verburg.*

40. *Non eſt enim ſejunctus jocus.*] Sic recte Amſtelod. & editiones priſcæ. P. Victorius & Gebhardus ex quibusdam libris ſuppoſuerunt, *non eſt enim ſejunctus locus.* quos hic ſequi nos vetat ſententia hujus loci. Dicit enim, ſeveram quidem eſſe vitam Bruttii, conſuetudinem tamen ſuaviſſimam, præcipue inter cœnandum. Philologicis enim illis quæſtionibus, & quotidianis diſquiſitionibus, quibus cœnas ſuas condiant, adſpergi ab eo jucundos jocos. Peck. codex pro *Philologia* ſcribit *Philoſophia*, quod ſi muniretur antiquiorum librorum auctoritate, non improbem. Sed vero ſimilius tamen eſt ſuper cœnam non in tetricis & ſpinoſis diſputationibus philoſophicis, ſed potius philologicis amœnitatibus illos eſſe verſatos, pro more doctorum ætatis priſcæ: ſicut convivales quæſtiones Plutarchi, & Athenæi convivantes ſapientes argumento ſunt. Hinc vulgata lectio non eſt ſollicitanda. *Jocus* vero mutari in membranis priſcis ſæpe in *locus* oſtendunt etiam Phædri verſus in Præfat. lib. 11.

Quicunque fuerit ergo narrandi locus,
Dum capiat aurem, & ſervet propoſitum ſuum,
Re commendatur, non auctoris nomine.

Narrandi locus ſane nec aurem capit, nec re commendatur. legendum eſt ut puer fere vidi,

Qui-

&, ut poſſum, ex meis anguſtiis illius ſuſtento tenuita-
P. CCLXV. tem. Præterea declamitare Græcè apud Caſſium inſti-
e Brutum tui: Latinè autem apud [e] Bruttium exerceri volo. Utor
alii. malè. familiaribus & quotidianis convictoribus, quos ſecum Mytilenis Cratippus adduxit; hominibus & doctis &
f illis *MS.* [f] illi probatiſſimis. Multùm etiam mecum eſt Epicrates, princeps Athenienſium, & Leonides, & horum ceteri ſimiles. τὰ μὲν οὖν καθ' ἡμᾶς, τάδε. De Gorgia autem quòd mihi ſcribis, erat quidem ille in quotidiana declamatione utilis: ſed omnia poſtpoſui, dummodò præceptis patris parerem. διαῤῥήδην enim ſcripſerat; ut eum dimitterem ſtatim. tergiverſari nolui; [41] ne mea nimia σπουδὴ ſuſpicionem ei aliquam importaret. Deinde illud etiam mihi ſuccurrebat, grave eſſe; me de judicio patris judicare. Tuum tamen ſtudium & conſilium gratum acceptumque eſt mihi. Excuſationem anguſtiarum tui temporis accipio. ſcio enim, quàm ſoleas eſſe occupatus. Emiſſe te prædium vehementer gaudeo: feliciterque tibi rem iſtam evenire cupio. [42] Hoc loco me tibi gratulari, noli mirari. eodem enim ferè loco, tu quoque emiſſe te, feciſti me certiorem. [43] Habes. de-

Quicunque fuerit ergo narrantis jocus.
Quemcunque ego jocum his libris admiſcuero, dummodo oblectet audientes, & corrigat errores hominum, dum ridendo verum dicit, non magni fit, quod ſive a me, ſive ab Æſopo, aut alio inſigni viro ſit prolatus; ſed quod ſit feſtivus, urbanus & juxta ſalutaris. Nec enim frigidi ſi qui iis exciderunt, magnorum virorum joci probantur, quod Ciceronem noſtrum expertum eſſe nemo paullo humanior ignorat. *Grævius.*

41. *Ne mea nimia σπουδὴ ſuſpicionem ei aliquam importaret.*] Gulielmius ex veteri libro notat *ſuſceptionem*, ſed reverâ leg. *ſuſpectionem.* quæ vox & ſuperius occurrit. Gorgias autem hic erat Rhetor, ut notat ad primam impreſſionem Egnatius, quem Cicero ſummovit à contubernio convictuque filii; cauſatus, quod adoleſcentes pelliceret ad voluptates & vinum, teſte Plutarcho in Cicerone. *Gebhard.*

42. *Hoc loco me tibi gratulari.*] *Hoc loco*, eſt, hac parte epiſtolæ meæ, quum gratulationibus tribuere primas fere epiſtolarum partes ſoleamus. Cicero ipſe ad Cœlium: *Primum tibi, ut debeo, gratulor.* Cœlius ad Ciceronem: *Gratulor tibi affinitate viri-mediusfidius optimi.* Cicero ad Appium: *Gratulor tibi primum; ſic enim ordo rerum poſtulat, deinde ad me convertar.* Et ad Balbum: *Gratulor tibi mi Balbe, vereque gratulor.* Bern. Rutil.

43. *Habes: deponendæ tibi ſunt urbanitates.*] Sinceriſſima lectio hæc à Lambini libris eſt: quam quoque deprendi in Pall. Vaticani excerptis, & editionum primana. Victorius edidit: *habes ubi ſunt de-*

deponendæ tibi ſunt urbanitates. 44 ruſticus Romanus factus es. Quomodo ego mihi nunc ante oculos tuum jucundiſſimum conſpectum propono? videor enim videre ementem te ruſticas res, 45 cum villico loquentem, in lacinia ſervantem ex menſâ ſecundâ ſemina. Sed quod ad rem pertinet, me tum tibi defuiſſe, æquè ac tu, doleo. Sed noli dubitare, mi Tiro, quin te ſublevaturus ſim, ſi modò fortuna g me: præſertim cùm ſciam, communem nobis emptum eſſe iſtum fundum. De mandatis quòd tibi curæ h fuit, eſt mihi gratum. Sed petó à te; ut quàm celerrimè librarius mittatur, maximè quidem Græcus: 46 multum mihi enim eripitur

g me juverit *alii.*
h fuerunt *Lamb.*
P. M.

deponenda urbanitates. vulgò verò: *Habes ubi deponenda tibi ſint urbanitates.* Gebhard. *Ubi deponenda tibi ſint.*] Ubi moleſtias & ineptias, quæ multæ ſunt in urbe ferendæ, quoties earum tædium te ceperit, fugias & abjicias. *J. F. Gronov.*

44. *Ruſticus Romanus factus es.*] Joco dictum: quaſi Tironi, qui pauſſo ante ſervierat, gratuletur, quod ruſticus Romanus, empto prædio, ſit factus. nam veteres illi ruſtici Romani admodum laudabantur, utpote conſulares multi ac triumphales. Varro γεροντοδιδάσκαλῳ: *Quoties priſcus homo, ac ruſticus Romanus internundinum barbam radebat.* P. Manut.

45. *Cum villico loquentem.*] Quod in priſcis aliis monimentis adnotavi, in Mediceo hic obſervatum eſt, *Vilico* ſcribi conſuetudinem fuiſſe per unum *l*, tantum, quod quamvis omninò non magni momenti ſit; tamen quia admirabile eſt, cum a *villa* deducatur; præterire nolui. libri M. Varronis de re Ruſtica pleni ſunt hujus nominis; nuſquam autem non ſic ſcriptum in perantiquo illo, qui eſt in divi Marci bibliotheca, inveni. In Pandectis Florentinis quoties hoc nomen eſt, toties ita ſcriptum eſt. Romæ etiam vetere in lapide ita ſcriptum eſt *Docimo vilico* Rei parvæ doctiſſimum & optimum virum teſtem dabimus, Ludovicum Fabrum Panenſem, qui cum hoc adnotavi præſens aderat: utebar enim judicio illius ſumme officioſi hominis, in hujuſcemodi rebus; quarum ille peritiſſimus eſt, perſcrutandis. Sed ajunt etiam Capuæ in ſacello Divi Benedicti hanc inſcriptionem inveniri;

EUTYCHUS VILICUS
A. PLUMBO EVAGOGUS
A. FLAM.
FECERUNT SIBI ET SUIS. *Victorius.*

46. *Multum enim mihi eripitur opera.*] Legendum cenſeo *deripitur*, quod valet, detrahitur. *Lambin.* Nihil hic contra omnem librorum conſenſum eſt mutandum. *Opera* hoc loco eſt tempus; ut apud Plautum Trucul. IV, 4, 30.

Numquid vis? DI. *fac valeas. opera ubi mihi erit, ad te venero.* Gell. I, 17. *Nunc mihi opera non eſt: cum otium erit reviſes ad me; atque diſces.* de hac notione alia notavit exempla Johannes Schultingius, vir inſignis, quem rei litterariæ & mihi, erat enim in-

Mnth tur

ex operæ MS. — tur [i] operæ in exſcribendis [47] hypomnematis. Tu velim inprimis cures, ut valeas, ut unà συμφιλολογεῖν poſſimus. [48] Antherum tibi commendo. Vale.

EPISTOLA XXII.

ARG. *Prima pars epiſtolæ Tironem hortatur ad curandam valetudinem, reliqua variis de rebus agunt. Scripta eſt Tirone iterum ægrotante: cum in agris Cicero, in urbe Tiro eſſet: quantum ex ipſa licet epiſtola conjicere.* [A. V. C. DCCVIII.] Hanc præceſſit ep. 11. lib. v. ſequitur ep. 17. hujus libri.

[49] TULLIUS TIRONI, S. P. D.

k cupio equidem certè *alii.* l ſervias *MS.* m cave ut *MS.* n cures *MS.*

SPERO ex tuis litteris tibi meliùs eſſe: [k] cupio certè. Cui quidem rei omni ratione cura ut [l] inſervias: & [m] cave ſuſpiceris, contra meam voluntatem te facere, quòd non ſis mecum. mecum es, ſi te [n] curas. Quare malò te valitudini tuæ ſervire quàm meis oculis & auribus. Etſi enim & audio te & video libenter: tamen hoc multo erit, ſi valebis, jucundius. Ego hîc ceſſo, quia ipſe nihil ſcribo: lego autem libentiſſimè. Tu iſtic, ſi quid librarii mea manu non intelligent, monſtrabis. [50] Una omnino interpoſitio difficilior eſt, [51] quam

ter nos ſumma animorum & voluntatis conjunctio, præceps factum eripuit, in notis ad 1 Senec. Suaſor. *Gravius.*

47. *Hypomnematis.*] Commentariis, ex tempore & ſine cura ſcriptis. ep. 23. lib. xv. ad Att. *Silium exſpectabam: cui ὑπόμνημα compoſitum.* Vide illud ep. 3. lib. VIII. *Aliquod ad me σύνταγμα conſcribas.* Hæc Hypomnemata fortaſſe Cratippi commentarii fuere: qui nominantur lib. III. Off. in extremo. *P. Manut.*

48. *Antherum tibi commendo.*] Delenda aſpirationis nota ex nomine *Antherum.* Urſin.

49. *TULLIUS TIRONI.*] Videtur ſcribendum *M. Tironi*, quia manumiſſus Tiro a Cicerone, Marci patroni prænomen libertus aſſumpſit. *Idem.*

50. *Una omnino interpoſitio difficilior eſt quam ne ipſe quidem facile legere ſoleo de quadrimo Catone.*] Faernus nullum his verbis ineſſe mendum exiſtimabat, ſed ex Plutarchi auctoritate ita locum explicabat, ut ad Catonis factum referret, cum in domo M. Druſi avunculi Trib. pl. Latinis petentibus civitatem, & ſe præcipitem illum daturos joco minantibus, quadrimus conſtantiſſime negavit. quod Ciceronem in laudibus Catonis non prætermiſiſſe veriſimile eſt in eo libro, qui Cato minor inſcriptus fuit; ſed quia aut totam rem, aut aliquam partem interpoſuiſſet litteris minutulis, id eſſe, quod ſcriberet, ne a ſe quidem facile legi poſſe. Quadrimum vero fuiſſe tunc Catonem, cum egit ea quæ Plutarchus ſcribit, colligere poſſumus ex ea ætate, qua mortuum Catonem Hiſtorici tradunt, & ex Druſi Tribunatus anno:

Plu-

ſuam ne ipſe quidem facilè legere ſoleo, [52] de quamo Catone. De triclinio, cura, ut facis. Teraderit, modò ne Publius rogatus ſit. Deme-:s iſte numquam omnino Phalereus fuit: ſed unc planè Bilienus eſt. Itaque te do vicarium. tu eum

archus quidem anno ætatis duodequinquageſimo obiiſſe Ca-:m ſcribit, Appianus pæne quinquageſimo, & Florus XLIX. n annum non refert ætatis, ſed mortis tempus rejicit in con-:um C. Cæſaris tertium, & M. Lepidi, hoc eſt, ſi Faſtos itolinos ſequimur, annum Urbis DCCVII. Druſi Tribunatus anno proximo ante bellum Marſicum L. Marcio Philippo, Julio Cæſare Cos. ann. DCLX. ut in eiſdem Faſtis eſt; ıus accedit Ciceronis auctoritas in lib. II. de Legibus, Aſcon. :orneliana, & Val. Max. lib. IX. Itaque ſi fingamus natum onem ann. Urbis DCCVII. quinquennium explebit die natali DCLXII. & quinquageſimum annum die natali DCCVII. ſi s fuit ante diem natalem ejus anni, erat annorum XLIX. ſi diem natalem ea geſſit quæ Plutarchus refert in Druſi Trib. . domo, quadrimus Cato ea geſſit. Quod ſi fingamus naann. Urb. DLIIX. facilius dicemus in Tribunatu avunculi quaıum fuiſſe, ſive ageret quartum annum, ſive excederet ali-: menſibus. mors vero incidet in XLIIX. exactum, & pæne quageſimum inchoatum. qua ratione Florus & Appianus cum ırcho conſentient. ſed & initium Tribunatus fuit ante Idus :mbris an. DCLXI. in quo veriſimile eſt hæc tum Catonem e, licet id Plutarchus non ſcribat. *Urſin.*

:. *Quam ne ipſe quidem facile legere ſoleo.*] In qua, quoties relegi, hæſitare & ipſe me ſenſi. male delet τὸ *legere* Manut. *Gronov.*

.. *De quadrimo Catone.*] Sic omnes & antiqui & impreſſi codiıabent. Aliquos tamen ſcimus *de qua primo Catone* emendaſ-ɔarva omnino licentia, unius ſcil. tantum litteræ converſione, ım ſuperiore ſermone conjunctum ſit hoc membrum: de qua ino interpoſitione primo Catone diximus, ſeu aliquid tale ligentes. ſed quia nunquam ſcimus illum ſic appellaſſe liı de ſenectute, ſed ſemper Catonem majorem: ideo receptam onem commovere auſi non ſumus: Quia tamen res non ino contemnenda viſa eſt, noluimus præterire, quin lectoadmoneremus, præſertim cum ſit locus obſcuriſſimus, & noetiam judicio non vacuus mendo. *Victor.* Extat in Palatino o, tertio, & editione antiquiſſimâ; *De qua primo Catone.* alii cum Manutio legunt, *de quo primò caveto.* Alii, *de pri-*'*atone.* nos in hoc obſcuriſſimo loco nihil adferre adjumenti ımus. Palatinus ſextus videtur præferre *de quadrimio Catone.* ıard.

. *Nunc plane Billienus eſt.*] Dignus ſuo nomine: vitio laborat , cujus nomen gerit. Videtur enim Graius homo Demetrius omen ſumſiſſe Billieni, quod per Billienum quendam libertaa& civitatem accepiſſet. *J. F. Gronov.*

eum obſervabis. [54] Etſi : verumtamen de illis : noſti cetera. Sed tamen, [o] ſiquem cum eo ſermonem habueris, ſcribes ad me, ut mihi naſcatur epiſtolæ argumentum, & ut tuas quàm longiſſimas litteras legam. Cura, mi Tiro, ut valeas. hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

o ſi quidem *MS.*

EPISTOLA XXIII.

ARG. *Hortatur ut profeſſionem conficiat, ſcribitque ſibi eſſe in animo amicitiam Antonii conſervare.* [A. V. C. DCCIX.] Hanc præceſſit ep. 17. lib. VI. ſequitur ep. 14. lib. IX.

TULLIUS TIRONI SUO, S.P.D.

P. CCLXVI.

TU verò confice [55] profeſſionem, ſi potes. etſi hæc pecunia ex eo genere eſt, ut profeſſione non egeat. Verumtamen Balbus ad me ſcripſit, tantâ ſe epiphorâ oppreſſum, [56] ut loqui non poſſit, Antonius de lege quid egerit. liceat modò ruſticari, Ad Bithynicum ſcripſi. [57] De Servilio tu videris, qui ſenectutem non contemnis. Etſi Atticus noſter, quia quondam me commoveri πανικοῖς intellexit, idem ſemper putat, nec videt, quibus præſidiis philoſophiæ ſeptus ſim : & [p] herclè, quòd timidus ipſe eſt, θορυβοποιεῖ. Ego tamen Antonii inveteratam ſine ulla offenſione amicitiam retinere ſanè volo; ſcribamque ad eum : ſed non antè, quàm te videro : nec tamen te avoco à ſyngrapha. [58] γόνυ κνήμης. Cras exſpecto Leptam. etenim ad cujus rutam

p *ita Vict. alii* hercule.

54. *Etſi : veruntamen. De illis.*] Hæc facile ſupplere Tiro potuit, cui notæ erant Patroni cogitationes. Similis brevitas ad Att. XIII, 2. XIV, 8. & 12. *J. F. Gronov.*

55. *Profeſſionem.*] *Profiteri*, eſt hic, publice denunciare, quidquid pecuniæ, agri, aliarumve rerum Cicero poſſideat. & videtur, ut hæc per Tironem, ſic altera ſuperioris anni profeſſio per Philotimum eſſe facta. nam epiſt. 33. lib. XIII. ad Att. *Negligentiam*, ait, *miram! ſemelne putas mihi dixiſſe Balbum, & Faberium, profeſſionem relatam? quin etiam eorum juſſu miſeram, qui profiteretur. profeſſus eſt Philotimus.* P. Manut.

56. *Ut loqui non poſſit.*] Jocus. ut neminem admittat. Hoc tantùm reſponderat Balbus per litteras roganti de ea lege Ciceroni. Sed Cicero lepido cavillo hoc interpretatur ita, ut expreſſit. *J. F. Gronov.*

57. *De Servilio.*] Iſaurico, quem hoc anno obiiſſe teſtatur Dio lib. XLV. quem felicem videtur ſcripſiſſe Tiro, qui effugerit Antonii minas & gladios. Id ad me, inquit Cicero, non pertinet, qui cædem non timeo, & vitæ obſaturatus ſum, ſed ad te. *Idem.*

58. Γονυ κνήμης.] Genu tibia propius eſt. nam ſubauditur

ἔγγιον

rutam [q] pulegio mihi tui ſermonis utendum eſt. Vale. q puleio. *MSS.*

EPISTOLA XXIV.

ARG. *Domeſticas res primum, deinde publicas complectitur hac epiſtola: quam poſt Cæſaris obitum ſcriptam eſſe, conſtat, conſulatum gerentibus M. Antonio, P. Dolabella.* [A. V. C. DCCIX.] Hanc præceſſit ep. I. lib. XI. ſequitur ep. 17. lib. VI.

TULLIUS TIRONI, S.P.D.

ETSI manè Harpalum miſeram: tamen, cùm haberem, cui rectè darem litteras, etſi novi nihil erat, iiſdem de rebus volui ad te ſæpiùs ſcribere: non [r] quin confiderem diligentiæ tuæ; ſed rei me magnitudo movebat. Mihi prora & puppis, ut Græcorum proverbium eſt, fuit à me tui dimittendi, ut rationes noſtras explicares. Ofillio & Aurelio utique ſatis fiat. A Flamma, ſi non potes [s] omne, partem aliquam velim extorqueas; in primiſque, ut expedita ſit penſio kalendis Jan. 59 De attributione, conficies. De repræſentatione, videbis. De domeſticis [t] hactenus. De publicis omnia mihi certa, quid [v] Octavius, quid Antonius: quæ hominum opinio: quid futurum putes. 60 Ego vix teneor, quin accurram, 61 Sed [x] ſt! litteras tuas exſpecto:

r quia *MS.*
s omnem *MS.*
t *alii* reb. hact.
v Octavianus *MS.*
x ſi litteras *Vict.* ſcilicet litt. *alii.*

ἔγγιον. Integrum proverbium recitat Ariſtoteles Moralium lib IX. Theocritus autem in Idyllio, quod Charites inſcripſit, eodem ſenſu dixit, ἀπωτέρω ἢ γόνυ κνήμα, id eſt, longius, quam genu, tibia. Terentius autem in Andria: *Heus proximus ſum egomet mihi. Tunica pallio propior.* Plautus in Trin. dixit. Hoc proverbio ſignificatur, curanda magis eſſe, quæ magis ad nos pertinent. *P. Manut.*

59. *De attributione.*] De aſſignatione pecuniæ, quam Ciceroni Dolabella, divortio facto cum Tulliola, ejus filia, debebat. vide ep. 13. lib. XV. ad Att. & ep. 3. lib. XVI. ad eundem. Varro lib. I. ling. Lat. *Idem.*

60. *Ego vix teneor, quin accurram: ſed ſi.*] Hæc eſt Medicei codicis lectio non ſine aliqua macula, ut exiſtimare facile poſſemus. non diſplicet Paulli conjectura: nam & perverſio parva eſt, ſi ita legi debet, & idoneum ſenſum habet: jubet enim Tironem tacere, quod ante dixerat, ſe vix teneri quin accurrat. Eodem modo locutus eſt in epiſtolis ad Attic. nec tamen notam ibi poſuit, aut ſibilo hoc ſignificavit, ſed verbo expreſſit quid eum facere vellet lib. II. *non libet fugere: aveo pugnare: magna ſunt hominum ſtudia: ſed nihil affirmo, tu hoc ſilebis.* Victor. Vetus liber *ſed ſi literas tuas exſpecto.* Urſin.

61. *Sed ſi literas.*] Sic Manutiani: unde ille *ſt!* quæ nota ſilentii eſt. Idem colligit Lambinus ex ſcriptis, in quibus: *Sed ſcilicet tuas literas exſpecto.* At hæc vera lectio eſt, ut V, epiſt. 5. Ego valde

y tuum *alii.* P. B. ſpecto: & ſcito Balbum y tum fuiſſe Aquini, cùm tibi eſt dictum, & poſtridie Hirtium. [62] Puto utrumque ad aquas. [z 63] Sed quod egerint Dolabellæ procuratores, [a] fac admoneantur. appellabis etiam Papiam. Vale.

z Scribas quid *Grav. e conj.*

a fac ut *alii.*

EPISTOLA XXV.

ARG. *Litteras a Tirone quam creberrimas M. Cicero filius requirit.* [A. V. C. DCCIX.] Hanc præceſſit ep. 21. hujus libri, ſequitur ep. 16. lib. VI.

CICERO FIL. TIRONI, S.P.D.

b intermiſſionis *alii.*

ETSI juſta & idonea uſus es excuſatione [b] de intermiſſione litterarum tuarum, tamen id ne ſæpiùs facias,

valde ſuſpenſo animo exſpecto, primum te, ſcilicet, deinde Marionem. *J. F. Gronov.*

62. *Puto utrumque ad aquas. Sed quod eg.*] Omnes vulgati codices habebant, *utrique ad aquas Semas.* Nos his neglectis, ut in veteribus libris invenimus, ſcripſimus. *Ad aquas* autem intelligit Baianas, quemadmodum in epiſtolis ad Atticum lib. XIV. *Haud amo vel hos deſignatos, qui etiam declamare me coegerunt, ut ne apud aquas quidem acquieſcere liceret.* id eſt, Bajis; nam quod in cunctis in fine epiſtolæ *Appiam* legebatur, nos iiſdem antiquis codicibus auctoribus *Papiam* ſcripſimus. *Victor.* In noſtrum impreſſum codicem Medicei lectionem tranſtulimus: quæ tamen culpa impreſſorum aliquantulum perturbata eſt: ſejungere enim debebant hæc verba ab inferioribus ut diſtincta eſſent, quemadmodum res ipſæ diſtinctæ ſunt. Quod ii hoc ſervaſſent, nihil, ut arbitror deſideraretur: intelligi ſane debet verbum, quo illa regerentur, non tamen poni, vel *nondum ſcio* vel *ad me ſcribe* aut aliquid quod ſententiam illam expleat, ut in epiſtola ante hanc in illo loco, *Antonius de lege quid egerit.* *Ad aquas* autem cum dicebant, quamvis nihil adderent, aquas tamen calidas Bajaſque intelligebant. *Idem in poſter.* *Puto utrumque ad aquas. Sed quid egerint.*] Victorianæ editionis lectionem tenuimus, approbatam & confirmatam à Palatino ſexto & Hittorpiano. Nam primus ſicut & antiquiſſima editio; *puto utrimque ad aquas ſeu quod elegerint Dol. proc.* Turnebus ex conjecturâ emendabat, vel: *puto utrumque ad aquas. Emas quid egerint:* vel *puto utrumque ad aquas Xenias, quid egerint, ſcribam ad te ſcilicet:* quod Lambino magis placet, quàm Manutianum commentum: *puto utrumque ad aquas. ſciemus quod egerint:* quod tamen aliquanto remotius eſſe à ſcriptura vulgatâ eademque antiquâ ait idem. Editiones quippe ferunt, *puto utrumque ad aquas ſemas:* unde faciendum Gulielmius eſſe putat *aquas ſenias.* Gebhard.

63. *Sed quod egerint.*] MSS. *ſeu.* lege, *ſeu quid egerint.* Sive etiam quid aliud, & ſerium egerint, poſterius noſcemus. *J. F. Gronovius.*

64. *Vide*

tias, rogo. nam etſi de [c] republica rumoribus & nun- c reip.
tiis certior fio, & de ſua in me voluntate ſemper ad me alii.
perſcribit pater, tamen de quavis minima re ſcripta à
te ad me epiſtola ſemper fuit gratiſſima. Quare cùm in
primis tuas deſiderem litteras, noli committere, ut
excuſatione potiùs expleas officium ſcribendi, quàm
aſſiduitate [d] epiſtolarum. Vale. d littera-
rum alii.

EPISTOLA XXVI.

ARG. *Tironem Q. Cicero & accuſat, quia litteras non miſerat, & rogat, ut omnino, etiam ſine argumento, ſcribat.*

Q. CICERO TIRONI SUO, S.P.D.

VERBERAVI te cogitationis tacito duntaxat convicio, quòd faſciculus alter ad me jam ſine tuis litteris perlatus eſt. Non potes effugere hujus culpæ pœnam. De patrono Marcus eſt adhibendus: iſque diu & multis lucubrationibus commentata oratione [64] vide ut probare poſſit, te non peccaſſe. Planè te rogo, ſicut olim matrem noſtram facere memini, quæ lagenas etiam inanes obſignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuiſſe, quæ furtim eſſent exſiccatæ: ſic tu, etiam ſi, quod ſcribas, non habebis, ſcribito tamen, ne furtum ceſſationis quæſiviſſe videaris. Valde enim [e] mi ſemper e mihi
& vera & dulcia tuis epiſtolis nuntiantur. Ama nos, alii.
& vale.

EPISTOLA XXVII.

ARG. *Invehitur Q. Cicero in Conſules deſignatos A. Hirtium, C. Panſam. Benevolentiam ſuam in Tironem ſignificat.* [A.V.C. DCCIX.] Hanc præceſſit epiſt. 22. lib. XII. ſequitur ep. 21. hujus libri.

Q. C. TIRONI SUO, S.P.D. P.CCLXVIII.

[65] MIRIFICAM mihi verberationem ceſſationis epiſtola dediſti. Nam, quæ parciùs frater perſcripſerat, ve-

64. *Vide ut probare poſſit.*] Id eſt, vix eſt ut probare poſſit. III. de Off. 29. *Videant ne latebra quæratur perjurio*, id eſt, vix eſt ut non quæratur. *J. F. Gronov.*

65. *Mirificam mihi verberationem.*] Hæc Q. Ciceronis epiſtola acerba & aſpera eſt. ſic autem illum ſolitum ſcribere Marcus oſtendit, cum ei præciperet, quomodo ſe in Aſia Procoſ. gerere de-

verecundia videlicet & properatione, ea tu ſine aſſentatione, ut erant, ad me ſcripſiſti, & maximè de conſulibus deſignatis: quos ego penitus novi libidinum & languoris effœminatiſſimi animi plenos: qui niſi à gubernaculis receſſerint, maximum ab univerſo naufragio periculum eſt. Incredibile eſt, quæ ego illos [f] ſcio, oppoſitis Gallorum caſtris, in æſtivis feciſſe, [66] quos ille latro, niſi aliquid firmius fuerit, ſocietate vitiorum deliniet. Res eſt aut tribuniciis aut privatis conſiliis munienda. Nam iſti duo vix ſunt digni, [67] quibus alteri Cæſenam, alteri Coſſutianarum tabernarum fundamenta credas. Te, ut dixi, fero oculis. Ego vos a. d. III. kalend. videbo, tuoſque oculos, etiam ſi te veniens in medio foro videro, [g] diſſaviabor. Me ama. Vale.

f ſcio *deeſt MS.*

g *alii* diſſuaviabor.

deberet, in primiſque hortaretur, ut ſe in ſcribendo maledictis abſtineret. Invehitur in conſules deſignatos, eoſque magna verborum contumelia perſtringit. Arbitror autem intelligere eum Hirtium ac Panſam: multis hoc conjecturis ductus credo. ſe autem conſcium eſſe dicit multis illorum ſceleribus ac libidinibus, quibus ita dediti erant ut in maximis periculis vix ſibi a luxuria temperare poſſent: ipſe enim una cum illis in Gallia Imper. Cæſare militaverat. *Victorius.*

66. *Quos ille latro.*] Antonium intelligit, contra quem illi bellum geſturi erant: exiſtimat enim Quintus Antonium niſi copiis ſuis viribuſque confiſus fuerit, alia via illos aggreſſurum eſſe: & omnia facturum ut illos ſibi placet, & in ſententiam ſuam traducat, putat eum id facile conſecuturum ſimilitudine vitæ & ſocietate vitiorum. *Idem.*

67. *Quibus alteri Caſenam, alteri Coſſutianarum tabernarum.*] Omnibus iniquus erat Quintus & nemini parcebat, dummodo iræ ſuæ ac furori obtemperaret. De ambobus illis Coſſ. deſſ. peſſime ſentiebat: verumtamen quantum ſuſpicari poſſumus, alterum illorum ignaviorem inertioremque altero exiſtimabat: nam quem aliquid conſilii habere putabat, vix dignum eſſe dicebat cui Cæſena committeretur. alterum, qui nullius conſilii eſſet, ſed penitus infirmi ingenii, ac intemperantiſſimæ naturæ, vix recte poſſe judicabat curare fundamenta Coſſutianarum tabernarum. Alii hunc locum procul dubio corruptum eſſe dixerunt, quibus non accedo: invenio enim vulgatam hanc lectionem nulla mendi ſuſpicione in optimis & antiquiſſimis libris. Quæ mens eum impulerit, ut poneret *Caſeniam* pro ignobili, & obſcuro oppido, non facile enuntiarim: neque æquum eſſe puto de hujuſcemodi rebus quid ſentias reſpondere cogi. Furore animi & magna aſperitate verborum illum in epiſtolis ſemper uſum, prodente M. Fratre liquido poſſumus affirmare. *Idem.*

FINIS EPISTOLARUM AD FAMILIARES.